D. GREGORII EPISCOPI NYSSENI DE CREAtione hominis liber, supplementum Hexamerōn Basilij Magni fratris, Interprete Dionysio Romano Exiguo, nunc primum typis excusus.

Item alia eiusdem authoris opera, quorum catalogum proxima pagella reperies.

¶ Cum indice locupletissimo.



COLONIAE, ex officina Melchioris Nouesiani, Anno M. D. XXXVII. Mense Martio.

Cum priuilegio Cæsareo ad Sexennium.

CONTENTA HOC VOLVMINE

D. GREGORII EPISCOPI NYSSENI

de Creatione hominis liber I. interprete Dionysio Romano Exiguo, nunc primum typis excusus.

Eiusdem de philosophia libri octo, interprete Iohanne Conone Norimontano.

Eiusdem mystica Mosaicæ vitę enarratio, perfectam formulam viuendi cuilibet Christiano præscribens, Georgio Trapezontio interprete.

Basilij Magni de differentia Vsiæ & hypostasis liber, ad Gregorium fratrem Nyssæ episcopum, interprete F. Io. Conone.

Gregorij Nazianzeni theologi, in laudē Gregorij Nysseni oratio, interprete F. Io. Conone.

Eiusdem sermo de moderandis disputationibus, interprete Iohanne Oecolampadio.

ILLUSTRI AC PRAECLARO VIRO D. REINARDO E COMITIBUS DE LEL-ningen, ac domino in Vuesterburch, ecclesiæ metropolitanæ Coloniensis Decano Maiori, Moguntinensi atq; Treuerensi Canonico capitulari, amico atq; Mecœnati suo integerrimo, Iohannes Nouiomagus S. D. P.

SOLEO vehementer admirari vna cum D. Iohanne Cęsario, viro & integerrimo & eruditissimo, qui tecum non minus suauiter quàm familiariter viuit prçclarissime Comes, raram istam ac veram animi tui nobilitatem, qua generis ac maiorum gloriam multis ac egregijs ingenij dotibus ac prçclaris virtutibus multo nobiliorem reddis. Ea est inter reliqua quæ tuę celsitudini partim natura partim tuũ ipsius viuendi institutũ ac consuetudo conciliauit, in bonarum disciplinarum & rerum minime vulgarium cognitione inuestiganda insatiabile studium incredibilisq; voluptas: adeo vt vel aliud agẽs, siue in conuiuio res geratur, siue alias cum amico animi gratia de rebus leuioribus suboriatur confabulatio, eorum studeas fieri mẽtionem, de his loquaris, ea in medium adferas, quæ docent animum tuum sine talibus cogitationibus, honestissimis scilicet, etiam tali tempore non esse vacuum. Accedit ad hanc laudem, honestissimæ videlicet occupationis, candor ille tuus vere singularis in audiendis censendisq; literatorum disputationibus: quin & in moderãdo quoq; iudicium. Qua virtute vtinam passim siue docti siue doctrinæ nomen sibi sumentes melius audirent, dum sic quisq; sua sequitur, vt ex impotentia quadam sine stomacho dissentientem vel audire nequeant. Ad hũc modum quæ vera sint, quæ falsa, quæ recta an secus, exquiri non potest. De hac tua audiendi & censendi æquitate ita mecum loqui solet Cæsarius (est enim harum voluptatum & comes & testis) vt mihi cum fide affirmet, se nullis sermonibus interesse libentius neq; cum maiore voluptate, quam his quæ fiunt, dum vel serio vel animi gratia coram hoc tuo candore de aliqua studiorum parte verba subnascũtur. Digna sane est hæc integritas tua & reliqua tua nobilissima quęq; maiore laudis attestatione quàm epistolæ modus requirit: nec tam facile est me quid de huiusmodi virtute sentiam, paucis explicare. Proinde vt ad tuorum studiorum commendationem redeam, hoc mihi semper in votis fuit, vt si qua in re possem, hoc nomine, id est, communi studiorum atq; literarum tuæ gratiæ gratificarer. Cuius voluntatis ostendendæ dum capto occasionem, ecce commodum ac præter expectationem nuper mihi, vbi Nouiomagi diebus aliquot in amicorum gratiam hærerem, oblatus est hic libellus Gregorij Episcopi Nysseni fratris Basilij Magni, cui titulum fecit περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως: paruum quidem opusculum, sed plane aureum & supplementum (vt idem ipse alibi testatur) eorum quæ Basilius frater scripsit in Hexamero. Huius dum mihi copiã euoluendi facit Henricus Grauius Dominicanus vir in græca & latina lingua bene eruditus, quomodo ipse eum sibi descripserat ex vetere quidem, sed non satis (vt apparet) emendato exemplari, continuo scriptoris vetustatem & authoritatem exosculatus, sumpta spe bona quod is author tandem veluti postliminio restitui ipse sibi possit, operæ precium existimaui, vt eius opusculi vtilitas ad quàm plurimos homines perueniret. Percurso igitur ab integro libello, cursim quædam castigo. Occurrebant enim quædã sic deprauata, quę nisi ad græci exemplaris (quod quidem mihi nondum videre cõtigit) fidem reponi non possunt. Neq; ego in hoc opus-

sculo tantum mihi tribuo, quantum in reliquis eiusdem scriptoris operibus Theologiæ & Philosophiæ professores debent Ioanni Cononi viro græcæ literarum atq; latinarum peritia celeberrimo: qui ijs libris quos male latinos ex bene græcis fecerat Burgundio quidam, quē neq; Græce neq; Latine satis doctum fuisse, apparet vel statim ex eius præfatione ad Fredericum Cæsarem, multum luminis & ornamenti dedit. Ego in hoc libello tantum oneris sumere non sum ausus, præsertim cum desint græca, sine quibus genus istud laboris molestum est, nec non sæpe periculosum. Atque Dionysius Abbas cognomine Exiguus recte satis latinum fecit, nisi librariorum negligentia aliter ad nos venisset. Adijcio igitur his quæ Ioannes Cono cum sua censura emisit, quæq; versa sunt à Trapezontio & recentioribus adhuc, quod tuæ exquisitissimæ bibliothecæ consecrare oportuit. Primum, quia tua celsitudo studium aliquod & quidem magnum ponere solet in vetustatis monumentis ab interitu vindicandis. Deinde, vt nostræ voluntatis indicium atque studium gratificandi tuæ gratiæ manifestum fieret. Accipe igitur clarissime comes sub tuo nomine ab interitu reuocatum paruum quidem hunc optimi authoris libellum, sed tuis studijs atq; cogitationibus conuenientissimum. Vale. Datum Coloniæ M. D. XXXVII. postridie Nonas Martij.

¶EX CATALOGO SCRIPTORVM ECclesiasticorum Diui Hieronymi.

Gregorius Nyssenus Episcopus frater Basilij Cæsariensis ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, qui & multa alia scripsisse & scribere dicitur.

IOHANNES CONO NORIMONTANVS BEATO RHENANO SELESTENSI. S. P.

GREGORII Nyssæ episcopi librum quem de ho
mine nominant, olim à Burgundione Pisano Fre
derici Imperatoris præfecto, vel indocte e græco
versum, vel vetustate tẽporis aut librariorum iner
tia deprauatum, natiuo splendori restituendum, vt
par est, hortaris & efflagitas, indignum arbitratus,
tam doctam tãq; præclaram tãti viri philosophiã
attico lepore defluentem, peregrina gothicaq; bar
barie offundi, vt neq; legentibus sensa elucere pos
sint, imo fastidium illa barbarolatina (vt ita dicã)
structura, & vocũ extorta affectataq; fictio inge-
rat. Efficit id sane (vt pace tua dicã) animi tui pro-
ba beatitas & beata probitas: quid eñ te nõ vel beatũ dixerim, q in hoc felix æuum
incideris, quo non solũ inter cætera ingenij & fortunæ præclara dona, defœcata illa
& pura philosophia Peripatetica, à diserto illo & celeberrimo philosopho Iacobo Fa
bro apud Parisios sis initiatus & eruditus, quem non indigne philosophum δαιδαλο
γραφώτατον dixerim: quippe qui vt alter Dedalus faber carpẽto ornato affabre fabre-
facto, philosophiam Aristotelicam eleganti stola & phrasi decoratam, cunctis aspi-
ciendam inuexit. Verum etiã vltra hãc ad Platonicam philosophiam imo Christia-
nam Gregorij Nysseni, quæ non solum sapientes sed & beatos efficere queat, animũ
vertas, aliosq; ad amplectẽdum adducere contendas. Quod vtiq; non nisi beati pro-
prium esse dixerim. Si enim diuo Aurelio credimus, beatus est, qui sic rerum inuesti
gat rationes & ordines, vt rerum & cognoscat & diligat autorem, & cunctis id agen
dum velit & conetur. Tua igitur animi beniuolentia prouocatus, mi beate Rhenane
quod sæpe rogasti aggrediendum statui, confisus imprimis dei dono, qui veluti bo-
nus pater præstat bona petẽtibus se, deinde exẽplaris græci quibusdã capitibus & fra
gmentis in nostra bibliotheca repertis instructus, illis deniq; græcis dicendi proprie-
tatibus animatus quas potissimum à præceptore meo in vtraque lingua disertissimo
Marco Musuro Cretẽsi nuper in gymnasio Patauino didici, antea vero Venetijs sub
Aldo Romano veluti parente & initiatore: addã & Scipionem Carteromachum eru
ditorem perhumanũ, (& hos humanitatis gratia tibi nomino). Quod itaq; Burgun-
dio versione sua ne dicam inuersione verbo verbum reddẽs fœdauit, græca quidem
bona & lepidissima, sordidis latinis immergens, tibi rursus emaculare & ad meliorẽ
frugem referre studui, nõ sine multa & assidua lucubratione. Cum enim translatio-
nem illius inter legendum introspicio, latina conferendo græcis, crede mihi isti tabu
læ fore librum

Persimilem; cuius veluti ægri somnia, vanæ
Finguntur species vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ.

Sed placidis coeant immitia. Verum nullo horum animo fractus, per verborum por
tenta & sensorum vepres, tametsi omnia scatere mendis, omnia inuersa, cuncta fere
gothica & peregrina contemplatus, à capite ad calcem vsq; transcurri, quam mole-
stiam verbis τῆς διώνη, τῆς μήτηρ ἀφροδίτης apud Homerum consolantis tempera-
ui. τέτλαθι τέκνον ἐμὸν καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν ὀλύμπια δώμα-
τα ἔχοντες. Parum aũt hoc pacto vel mihi vel tibi satisfactũ arbitratus, illud Verg. ani
mo pensans: Nec vidisse semel satis est, iuuat vsq; morari,

Iterum atq; iterum à carcere, vt aiunt, ad metam vſque libri incedo, ſemper inueni-
ens quod emendatione indigeret, atq; in hunc modum, totam hyemem (re fortaſſis
vtiliori neglecta, diui Chryſoſtomi inquam traductione) abſumo Inter hæc quid
præclari egerim tui ſit iudicij, ego id conſpicio ꝙ amphora cœpit. Inſtitui, currente
rota vix vrceus exit. Si ſuſtines verum dicam, facilius, purius & elegantius librum
hunc tibi recẽtem e græco vertiſſem, ſi integrum exemplar ſuccurriſſet, quàm ꝙ hęc
Burgundionis Interpretamenta, non tam operoſa quàm eneruata, tibi lecturo non-
nihil emendata, ne dicam culta pro tuo fortaſſis deſyderio nunc offeram: quis enim
non nouit, difficilius inueterata & confracta reuocare, quàm noua cudere. Effeci
igitur tuo nomine quod potui, græco exemplari deficiente, vndequaq; conquirens
vnde reliqua reſarcirem. Hinc multa ex Baſilij Magni hexamero græco emendaui,
& Helia Cretenſi, ac Io. Damaſceno, qui verbotim etiam multa capita diuini Grego
rij Nyſſeni, tanquam eo longe poſterior ſuis ſententijs interſeruit: quem præceptor
tuus Iacobus Faber, nuper latinitate cultiori decorauit: vtinam tamen non inter au-
licorum (vt ipſe ait) tumultus, & diuerſoriorũ angulos: nihilominus maiorem Bur-
gundione laudem faciliori opera commeruit. Cæterum abſit à me hęc indignitas, vt
Burgundionem παραφραςὴν illum, latine linguę ignarum, vel operoſum illius ſtudiũ
& conatum ab omni prorſus laude proſcribam, quin potius illi gratias nõ medio-
cres habeamus, cuius occaſione noſtra clariora reddere potuimus, & quaſi in ſordi-
bus repertum aurum ſuo nitori reſtituere, abſq; enim Burgundione nec penitus ha-
beremus hanc præclaram Gregorij Nyſſeni philoſophiam. Demusque potius hoc
horriſonum & gothicum dicendi genus temporum vitio, quo omnes bonæ artes &
cultiores literæ ſepultæ erant, & quaſi extinctæ. Quid quæris? Nonne Burgundio
præfectus votis omnibus optaſſet, vt Gregorium Nyſſenum ſuo decore attico Ince-
dentem, vel Liuiana eloquentia, aut Ambroſiana grauitate, Imperatoriæ maieſtati,
potius q̃ ſarmatica ſua loquentia horridula & incõpta, protuliſſet atq; conſecraſſet?
Quis enim nollet lumen ſub modio conditum, vt amicis luceat, ſuper candelabrum
poni? Sed non poterat diuo Frederico Cæſari præclarius quiddam afferre. Cæterum
quales tu noſtrę ætatis pleroſque cenſes τοῖς μώμοις νυκτοπορευτοῖς καὶ φιλοσκοτείνους,
qui claſſicos illos ſcriptores quos deus omnium donorum & ſapientiæ largitor,
quõdam tam præclara & culta edere afflauerat, & diu ſepultos rurſus ſeculo noſtro
reſtituit, hoſce infodiendos vel exturbandos velint? Niſi fortaſſis arbitrentur nihil
ſibi profuturam illorum eloquẽtiam, cum talem ipſi habeant qualis mulieribus etiã
largiter arridet. Sed quid hæc tibi condolenti ingero? Ad Gregorium tuum redeo.
Hunc tibi tanquam hyemis iſtius lucubrationes reddo: hunc tibi etiam ex græco fon
te emaculatum, à portentoſis ſaltem voculis, & minime latina dictione & phraſi, ſua
ſenſa ex omni fere parte redolentem, profero & aſſigno, tibi edendum potandumq;
(vt per iocum Comici verbis vtar) propino. In quo etſi non ſit par ſama labori, nec
officio in te meo ſatisfeciſſe videar, animi mei tamen conatum & beniuolentiã æquo
animo ἐν ταύτῃ διορθώσει ſuſcipias velim. Porro quod ad ſtili illuſtrationem attinet,
tu Ariſtarchus eſto: cum enim per te ſapias, ingenio facili præditus, & latinam phra-
ſim calleas, de tuo Gregorio fac vt lubet: & vel ſic talem ſinas, vel cultiorem redde,
quod tibi, aut cæteris forſitan lecturis noueris fore conducibilius. Id duntaxat te hor
tari duxi, vt cum Peripatetica philoſophia à tuo eleganti & docto FABRO ſis Inſti
tutus imbutusque, Gregorium hunc beatum pontificem & verum philoſophum be
ate legas, huius innitaris ſententijs, cuius profecto philoſophia beatiorem te cæteris
ethnicis philoſophis reddat. Nec tamen cum huic incubueris, priſtina tua philoſo-
phia fruſtrabere, aut relegare cogeris, verum tam humana quàm diuina certius bea-
tiusque ex iſto intelliges, vberiorique fœnore etiam Platonis diuini dogmata cum
Ariſto

Ariſtotele intueberis: quæ ille vna cum fratre ſuo Magno Baſilio, & cæteris clariſſimis ſui æui ſcriptoribus amplexatus, coluit, & prędicauit, tanquā diuiniora magis ac philoſophiæ Chriſtianæ accommodatiora, καὶ μακαριζομένη πολλοῦ. Inſuper præter vtranque philoſophiam, habes hic & mere Chriſtianam, quæ ſuos cultores vere beatos efficit. Tractat enim ſine velamine & ænigmate, ſine numeris Platonicis & figuris quæ Ciceroni obſcuriſſimæ viſæ ſunt, de hominis conſtitutione & eius cōditore, quàm excellentem quàm nobilem videlicet eum ſecerit. Deinde quod ad corpus attinet, quàm communem, conſortem, & participem cæteris effecerit, & quo pacto alijs rebus terrenis quibus eum præfecit, vti debeat, & ſuis maxime rebus, corporalibus & ſpiritualibus, exterioribus & interioribus: quæ rationi pareant & quæ non pareant. De actibus humanis qui noſtræ poteſtati ſubijciuntur, non fato. Demum in prouidentia ſuam philoſophiam concludit. Pulcher horum omnium connexus & ordo, & ſcitu dignus homini, hoc in libro nobis ſub compendio propoſitus & commendatus, noſſe quidnam ſimus, ad quidnam victuri gignimur, quis ordo nobis datus, qua humana locati ſimus in re, quid ſit quod circa nos, quæ extra nos, quæ in nobis, quæ ex nobis, quis actionum noſtrarum author, quàm liberi agendo, quàm proni in malum, difficiles ad bonum. In his tamen omnibus non ſiſtere noſtram cognitionem, ſed ex his mente aſcendere præcipit, ad naturæ videlicet authorem, intelligentiæ datorem, & charitatis (qua recte viuitur) inſpiratorem, vt eum cognoſcere ſtudeamus, ſine quo nulla creatura ſubſiſtit, ſine cuius gratia nihil recte nouit & appetit, ſine cuius prouidentia ad interitum tendit. Vigilanti ergo cura noſter Gregorius ſuo libro docere nos conatur, quatenus colamus opificem vt deum, grates agamus, vt redemptori, veneremur vt patrem, metuamus vt dominum, imploremus imbecillitatis noſtræ validum auxiliatorem. Commendemus nos tandem diuinæ prouidentiæ, non fato illi philoſophico, vt omnium author de ſua creatura diſponat & prouideat, quod ei nouerit vtilius profuturum. Hæc eſt mi Beate Rhenane, vera & beata Gregorij noſtri philoſophia, quæ ſuos cultores etiam hic beatos reddere parat, ſi iſta ſciat, dum tamen quæ ſcierint, agendo perficiant. Porro id tibi adijcere minime negligendum duxi, me inter emendandum ipſas græcas voculas quas repperi, reſtitutas quidem, integras reliquiſſe, imitatum non tam illius viri pium ſtudium quàm affectum. Neque enim adduci poſſum vt credam id ex ignorantia ei contigiſſe, quippe qui difficiliora latina reddidit, ſed vt vel vſui ſe illius temporis accommodaret, quo voces illæ familiares erant, aut illas nobis domeſticas & cicurandas (vt ita dicam) præberet. Non enim ignorauit probatiſſimos ante ſe ſcriptores idem crebro factitaſſe, qui ornatus gratia, tanquam gemmas, integra græca ſuis ſcriptis inſerere non dubitarunt, Ciceronem, Quintilianum, Lactantium, Hieronymum, Ambroſium. Qua in re quid ſentiendum ſit, de illo acri latinæ linguæ cenſore, qui Ethica Ariſtotelis eleganter quidem traduxit, non facile dixerim. Is enim veritus, ſibi laudis cumulum deeſſe, niſi ex aliorum erratis laudem captaret, bonum illum & doctum patrem veteris tranſlationis authorem, mordaciſſimo dente in ſua præfatione petiuit, clamitans neque græcæ, neq; latinæ eruditum, quia pauculas voces græcas non vertiſſet, quaſi id muneris ſibi ſoli à dijs huc vſque reſeruatū arbitratus: non animaduertens illius patris vel pium ſtudium vel induſtriam, quòd ſane & has latinæ reddere potuiſſet, qui difficiliores expreſſerat. Eſto autem quod obijcitur, æquiorem tamen ſe cenſorem præſtitiſſet, ille μεγαλοῤῥήμων μεταφραστής, niſi elegantiſſimam illam præ cæteris Demoſthenis orationem pro Cteſiphonte, fuco ſuo tum obliteraſſet, tum decreta plura, teſtimonia, teſtium noīa & leges, vnde totius orationis pendet intellectus omittens detruncaſſet. Quodnam igitur grauius piaculum cenſes, vel ſua Ariſtoteli de induſtria relinquere. Aut ſua præ-

ſtan

ſtantiſſimo oratori interpretãdo nouata opera detrahere? Non ergo integris græcis
vtentes ſemper vitio dandi ſunt, cum his ſanctam eccleſiam vti palam cernamus.
Demum vt noueris quantum authoritatis & fidei, huic clariſſimo antiſtiti Gregorio
Nyſſeno debeas, laudes ſanctæ vitæ & eruditionis tibi ex media græcia paucis narra
bo: Gregorius Nyſſæ epiſcopus, frater germanus Baſilij Magni, vir fuit eloquentiſſi
mus & omnifaria eruditione refectus, aptus potiſſimum & accommodus his, qui re
thorica vetuſtate oblectantur. Summus enim & illuſtris euaſit orator, nec priſcis ora
toribus inferior. Compoſuit orationem eximiam in Eunomium acutiſſimum hære
ticum, & volumen admirandum de conditione hominis (quod Baſileæ in bibliothe-
ca fratrum noſtrorum habetur) Homilias in Cantica canticorum & in Eccleſiaſten.
Sorori quoqꝫ ſuæ Macariæ elegantem prolixumqꝫ ſermonem de ratione animę ſcri
pſit. Inſuper laudes protomartyris Stephani, & vitam diui Gregorij Nazianzeni,
cognomento Theologi. Cæterum de vitæ eius dignitate & ſanctitate, nihil certum
tibi afferre queo, niſi quod legiſſe me memini, quaſdam epiſtolas Gregorij Theolo-
gi qui & Nazianzenus dicitur, quo nihil in epiſtolis elegantius aut eruditius vidi, in
quibus hortatur hunc noſtrum Nyſſenum ad ægrotationes & aduerſariorum calu-
mnias fortiter tolerandas. Id tamen tanquam verum conijciendum datur, ꝙ eo tem
pore antiſtes claruerit, quo non humano fauore & electione ambitioneqꝫ ingereban
tur epiſcopi, ſed vitæ ſanctæ merito trahebãtur. Nec minus vitæ ſanctitatem illi, quã
fratri eius ſancto Baſilio tribuamus (quem etiam huic vitæ integritate ac doctrina,
Rufinus adęquat) quamuis mira eius opera non legamus. Non enim inferior cæte-
ris ſui ſeculi epiſcopis, Chriſtianæ fidei contra Arrianos & Eunomianos propugna
tor extitit: aduerſus quos luculentiſſimam ſcripſit orationem, quam ſe ſanctus Hie-
nymus legiſſe teſtatur. Vide libellũ de illuſtribus viris ſub titulo Gregorij Emiſſeni:
ſic enim imperiti librarij & impreſſores illius nomen extinxerunt. Poſtremo cogno
ſce quid authoritatis cæteri illuſtres viri tam Græci quã Latini illi tribuerint, vt eorꝫ
exemplo ductus, nihl deinceps de illius doctrina hęſites. Io. Damaſcenus præclariſſi
mus philoſophus & theologus, tanto hunc proſecutus eſt honore, & veneratione, vt
inter ſcribendum theologicas ſanctorum patrum ſententias qui ante ſe fuerant, mul
tos verſus ſæpenumero, imo integra capita ex hoc libro noſtro excerpere, & ſuo te-
xtui inſerere minime grauatus ſit. Helias inſuper Cretẽſis Archiepiſcopus, vir erudi-
tiſſimus & diſertiſſimus, ſummus theologus & tam Platonicæ quàm Peripateticæ
ſectæ philoſophus, plurima ex hoc codice, lõgo verborum tractu ſibi verborum tan
quam ſuis dictis accommoda vendicauit, quod ipſe in pleriſque locis animaduerti.
Veniam deinde ad noſtros Latinos, ſanctum illum doctorem in primis Thomam
Aquinatem, clarum eccleſiæ catholicæ lumen, omni laude, fauore, lectione dignum,
cui tanta Nyſſeni Gregorij viſa eſt authoritas, vt in multis etiam difficillimis hunc in
robur ſuarꝫ probationum adducat: quod palam liquet ex Summula illa, quæ prima
ſecundæ nominatur. Albertus quoque Magnus tum libro ſecundo de mirabili ſcien
tia dei tum in libro de homine, huius venerandi patris ex hoc opere plurima loca in
probationis teſtimonium allegat. Merito igitur tam clari tamqꝫ probati philoſophi
Gregorij dico librum, ſummo ſtudio & fauore proſequamur, quem ſibi tot ſancti &
docti patres non dubitauerunt habere authoritate digniſſimum. Tu eum beate & iu
cunde legas. Vale & deum pro me ora. Ex Cœnobio F. ord. diui Dominici, Ex
Baſilea Curſim VII. luce Martij. An. M. D. XII.

LIBRORVM D. GRE-
GORII EPISCOPI NYSSENI DE CREATIONE hominis & de Philosophia farrago.

De creatione hominis liber I.

PHILOSOPHIAE

LIBER PRIMVS, DE HOMINE.

LIBER SECVNDVS, DE ANIMA.

LIBER TERTIVS DE ELEMENTIS.

LIBER QVARTVS, DE VIRIBVS ANIMAE.

De tactu

LIBER QVINTVS DE VOLVNtario & inuoluntario.

LIBER SEXTVS DE FATO.

LIBER SEPTIMVS DE LIbero arbitrio.

LIBER

INDEX CAPITVM.
LIBER OCTAVVS, DE PROVIDENTIA.

FINIS.

(.)

Sequitur Index rerum.

RERVM MAGIS NOTABILIVM SYLLABVS ACCVRATE COLLECTVS.

Media

Somnia

FINIS.

A D. GREGORII NYSSENI DE CREATIONE HOMINIS LIBER, SVPplementum Hexamerōn Baſilij Magni fratris, interprete Dionyſio Romano Exiguo.

¶ Particularis quædam ratiocinatio de mundo, naturaliſq; diſputatio & clarior expoſitio de his quæ prius in hominis formatione pacta monſtrantur.

CAPVT I.

HIC liber (ait ſcriptura) generationis cœli & terræ,
quando perfecta ſunt omnia q̃ videntur, & ad pro-
prium ſitum ſingula diſcreta ceſſerunt, quando vo-
lubile hoc corpus cœli cuncta cõſtituit, medium ve-
ro locum totius creaturæ grauia corpa & deorſum
vergentia ſortita ſunt, terra ſcilicet atq; aqua ſeſe mu
tuo continentia. Vinculum autem quoddam atque
firmamentũ eorũ quę facta ſunt, diuina æternaq; po
tentia eſt, extantium naturis inſerta, quæ geminis
effectibus vniuerſa moderatur. In ſtatu nanq; & mo
tu non ſolum ex non ſtantibus generationẽ, ſed per
manſionem ſubſiſtentibus, machinata eſt circa gra-
uiſſimam & incommutabilem naturæ immobilitatem, veluti quendam axem ſtabi-
lem atq; firmiſſimum, velociſſimam cœli circulationem ad inſtar rotæ iugiter perue
B hens, & indeſolubilem ſubſtantiam per alterutrum vtriſq; conſeruans. Nam & volu
bilis materia per celerrimum motũ ſoliditatem terræ circumacta conſtringit, & ter-
ræ ſtabilitas per immobilem firmitatem, volubilium circuitu inceſſanter extenditur:
æqua vero iuxta vnumquodq; eorum quorum operatio diſtat, magnitudo compa-
cta eſt, id eſt, tam eius quæ ſtabilis naturæ eſt, quàm illius quæ inceſſabili rotatione
raptatur, nam neq; terra poteſt à propria ſoliditate transferri, neq; cœlum vnquam
velociſſima motus ſui circuitione laxari. Hæc autem & prima ſecundum conditoris
ſapientiam veluti quoddam principium totius machinæ probantur eſſe conſtructa,
declarante magnifico illo Moyſe per hoc quod in principio cœlum & terram à deo
facta commemorat, & quod ex motu & ſtatione quę videntur in hac creatura, iuxta
diuinum conſilium in generatione cuncta producta ſunt. Cum ergo cœlum & terra
menſuris æquis iuxta contrariam efficaciam ab inuicem diſparata ſint, ea creatura
quæ in medio contrariorum eſt, ex parte quadam cohærentium ſibi pticipans ſum-
mitates diuiſas propria mediatione connectit. Ita vt manifeſtæ ſint cõtrariorum ad
alterutrum hac interpoſitione coniunctionis. Nam mobilis ſemper & ſubtiliſſimi
ignis ſubſtãtiam imitatur aliquatenus aer, tam leuitate naturæ quàm motus oppor-
tunitate: nõ tamen huiuſmodi eſt, vt à ſolidiſſimorũ cognatione videatur alienus, ne-
q; ſemper immobilis pmanens, neq; iugiter effluens atq; deficiens: ſed vtriuſq; pro-
prietate veluti quibuſdam contrariorum effectibus confinis efficitur, immiſcens ſi-
mul & diuidens in ſeipſo quæ natura diſcreta ſunt, ſecundum hanc rationem à liqui
da quoq; ſubſtãtia gemina charitate ſubnixa vtriſq; cõtrarietatibus coaptatur, quod
enim grauis & in deorſum procliuis eſt, multa ad terrenam naturã cognatione fœde
ratur: quod vero fluxæ & decurrentis efficaciæ eſt, non omni modo naturæ mobilis
expers eſſe cognoſcitur: quædam namq; per hoc ipſum fit oppoſitorũ mixtura atq;
concurſio, dum & grauitas in motu tranſeat, nec motus item grauitate tardetur, ſed

ad sese conueniant, quæ iuxta summitates naturaliter sunt diuisa, dū sibi mutuo quadam mediatione copulantur, imo potius diligentissimam rationem nec ipsa contrariorum substantia sine permixtione alterius proprietatis existat. Item quantū reor, vniuersa quæ in mundo cernuntur, mutua sibi societate consentiunt, & in vnum omnis creatura conspirare cognoscitur, dum in oppositorum proprietatibus inuenitur. Nam cum motus non solum iuxta localem translationem, verum & iuxta vertibilem modum atq; mutabilem fiat: itemq; natura stabilis motum qui fit per commutationem, nulla ratione recipiat: sapientia dei proprietates vniuscuiusque permutans, immobilem quidem naturam conuertibilem fecit, mobilem vero inconuertibilem: prouidentia quadam hæc ita dispensans, ne quod diuinæ naturæ est singulare vel proprium (id est, immobilitas & incommutabilitas) in aliqua creatura conspecta deum æstimare faceret creaturam. Non enim poterit anima videri opinionem habere diuinitatis, quod mobile vel mutabile fuerit. Idcirco terra quidem stabilis, sed mutabilis est: cœlum vero econtrario cum non sit mutabile, simul nec stabile est: vt stabili quidem substantiæ mutabilitatem, incommutabili vero mobilitatem diuina virtus annectens, & alterutrum per vtriusq; contrarietatem suis proprietatibus copulans, à diuinitatis opinione remoueret, quod neutrum horum (sicut dictum est) diuinæ naturæ putabitur, id quod mutabile & instabile comprobabitur. Vniuersa igitur ad suum finem congruenter aptata sunt. Perfecta sunt enim, sicut Moyses ait, cœlum & terra, & quæ inter hæc media sunt, omnia mira pulchritudine singula quæq; competenter ornata, cœlum quidem stellarum luminibus micans: mare vero atque aer animantibus tam natabilibus quàm volatilibus mire tripudians: terra vero multimodis herbarum naturis virgultorum diuersitatibus quodam modo gestiens, quæ conseruantem cuncta diuino nutu vegetata progenuit, & repleta quidem erat speciebus vniuersis simul cum floribus fructus quoque producens, plena & parata his quæ in eis solita sunt oriri: cuncta quoq; dorsa montium atque cacumina, & quicquid conuexum atq; supinum vel in cōuallibus planum atq; substratum herbarum noua specie & varia arborum pulchritudine coronabantur, modo quidem de terris eminentia: sed ad perfectionis suæ concurrentia mox decorem lętabantur, vniuersa iuxta modum suum præcepto viuificata diuino. Iumenta quidem gregatim iuxta proprium genus in sylua discurrentia morabantur, auium vero modulatis cantibus omnium syluarum consona resonabant. Maris etiam facies (vt æstimare licet) maxima tunc erat pluralitate & tranquillitate in suis congregationibus profundissimis constituta. Iuxta quam stationes & portus diuina voluntate veluti quidam sinus effecti per littora terris maria copulabant, quietissimi etiam motus vndarum vibrabantur veluti prata virentia, tenuissimis atq; innoxijs flatibus summitatis superficiem congrua subtilitate crispantes, & vniuersus orbis secundum creationem suam terra mariq; paratus astabat. Sed qui his vteretur, interim non erat.

¶ Cur nouissimus post creaturam factus sit homo. Caput II.

Nondum namq; magna hæc & preciosa res homo mūdi dominus aderat, nec enim decuerat prius existere principem, quàm illa quorum gereret principatum: sed vbi cuncta ei subijcienda parata sunt, iam cōsequens erat apparere rectorem. Quia igitur veluti quoddam regni domicilium futuro regi creator vniuersitatis effecerat, id autem erat terra, insulæ, maria, & super hæc cœlum in modum cameræ curuatum, diuitias vero reposuerat regni multiplices: diuitias autem dico totam creaturam, quicquid est in herbis & plantis & arboribus, quicquid in spiritalibus & sensilibus & animatis, quod nisi metalla quoq; his conuenit adnumerari diuitijs, quæ propter colorum pulchritudinem

A dinem preciosa humanis oculis visa sunt, vt auri & argenti & lapidum eorum quos homines amant, horum omnium copiam velut quibusdam regalibus thesauris terræ finibus occulens, in hūc mūdum hominem protinus introduxit, vt quorundam miraculorum spectator existeret, quorundam vero dominatum principaliter obtineret: quatinus p ea quibus vteretur intelligeret largitorem, p ea vero quæ pulchra & magnifica contemplatur, ineffabilem sui factoris posset inuestigare potentiā. Propterea nouissimus in hūc mundum post creaturam introductus est homo: non vt vilissimus in extrema parte proiectus, sed quem decebat genitum mox esse rectorem. Nam sicut quidam optimus inuitator non prius in domum pransorem quàm præparet epulas introducit, sed omnem apparatum instruens, domumq; cōgruenter exornans, discubitum quoq; & mensam & cætera: tunc ad præparatas iam delitias conuocatum inuitat. Iuxta hunc modum diues & copiosus nostræ conditor educatorq; substantiæ bonis omnibus replens habitaculum mundi huius & magnas has epulas variasq; disponens, sic introduxit hominem, dans ei opus eximium custodire mandatum: quo non appetitu rerum non extantium, sed præsentium possessione gauderet. Idcirco etiam duplicis compositiōis ei causas intexuit, terreno spirituale commiscens, vt per vtriusq; cognationem vtraq; proprietate potiretur, deo quidem spiritualiter fruens, terrena vero bona corporali vsu percipiens.

¶ Quod preciosior omni creatura, quæ videtur, existat humana conditio. Caput III.

Dignum vero est, vt nec ista res incontemplata prætereat, quod tanti huius orbis extructio & partium eius, quibus in elementis continetur vniuersitas, à diuina potentia perficiatur extemplo pariter cum iussiōe subsistens, B hominis autem formationem artificis præcedebat tanti consilium, & descriptio ne verbi quod futurum est ante signatur, qualemq; esse oporteat, & cuius primæ formę similitudinem referat, ob quam causam fiat, quidve finitus efficiat, & quorum dominatum gerat, omnia prius actione perspecta sunt, vt ante generationem suam homo antiquiorem quodammodo sortitus sit dignitatem, priusquam subsisteret vniuersorum possidens principatum. Dixit enim deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram & dominetur piscibus maris, & bestijs terræ, & volatilibus cœli, & pecoribus vniuersæ terrę. O quale miraculum, sol fit & nullum præcedit consilium, cœlū quoq; cui nihil in creaturis visibilibus simile reperitur, verbo solo perficitur, & opus tam mirabile nec vnde fiat nec qualiter, intimatur: sic & singula quęq; creaturarum, æther, stellæ & aer qui medium locum continet, mare, terra, animalia, & nascentia omnia, verbo tantummodo producuntur vt fiāt, ad hominis autem solius conditionem cum consilio quodammodo conditor vniuersitatis accedit, & materiam, quæ cōstructioni eius sit necessaria, præparat, & ad formam primæuæ ac principalis pulchritudinis eius coaptat similitudinem, & intentiōem, cuius rei gratia fiat, insinuat, congruam illi naturam effectibus suis instituens, quæ ad propositum aptissima esse probatur.

¶ Quare per omnia imperiosam quandam potestatem ipsa constructio humana significet. Caput IIII.

Sicut enim in hac vita ad quoslibet vsus ab artificibus instrumenta competenter aptantur: ita veluti res quædam ad opus imperij cōgruens ab optimo artifice natura nostra cōstruitur, quæ siue iuxta animæ prę rogatiuam seu iuxta corporis habitum talis existeret, quæ ad imperandum opportunior appareret: deniq; anima, id quod regale atq; sublimissimum est, suæ substantiæ

 & à

& à priuata procul humilitate seiunctum clarius hinc declaratur, quod nullius subij C
ciatur imperio, habens arbitrij libertatem, suoq; se nutu atq; moderatiōe dispensans,
cuius enim hoc nisi imperantis est proprium? Super hæc etiam totius creaturæ do-
minus ad imaginem sui creatoris effectus, nihil aliud indicat, nisi quod mox in eo re
gia natura formata sit. Sicut enim iuxta humanam consuetudinem, qui principum
imaginem fingunt, non solum impressionem formæ eius imitantur. Verum etiam
amictu propureo describunt regiam dignitatem, & imago ipsa iam pro consuetudi
ne dicitur imperator: sic & humana substantia, quoniam ad aliorum regimen cōde
batur, propter similitudinem regis vniuersorum, velut quædam imago animata cō-
ponitur, primæ vero formæ & nomine & honore participans, non tegmine circum-
amicto purpura, nec sceptro vel diademate gloriam suæ dignitatis insinuās: nec em̄
principalis forma in his esse conspicitur: sed pro purpureo velamine, vestita virtute
est, quæ oīm ornamentorum regalium p̄ciosior approbatur: pro sceptro vero beati-
tudine & immortalitate sustollitur, & regali serto iusticiæ corona decoratur: ita vt p
hæc omnia monstretur ad dignitatem regiam genitā pulchritudinem in se primæuæ
formæ diligenter exprimere.

Quod homo similitudo probetur imperij. Cap. V.

DIuinam vero pulchritudinem non habitu quodam, ac specie, vel alicuius
claritate coloris ornatam, sed ineffabili felicitatis honore prouehi constat.
Sicut enim formas hoīm p colores quosdā pictores in tabulis transferūt,
tincturas proprias congruasq; miscentes, ita vt primæuæ formæ decor in
similitudinem diligentissima mutatione transmigret: sic intelligo nostræ substantiæ
formatorem, velut quibusdam virtutum coloribus, miram pulchritudinem suę ima D
gini contulisse, in nobis exprimentem proprium principatum. Sunt autem multipli
ces & multiformes colores huius imaginis, quibus veræ formæ similitudo depingi-
tur, nō cerussa & purpurisso, nec horum mixta cū altero qualitas, nec alicuius nigre-
dinis superductio cilia oculosq; sublinit, & per aliquod temperamentum depressa &
concaua assimilatur character vel quęcunq; similia pictorum manus artificis compo
suere sollertia: sed pro istis adest puritas, impassibilitas, beatitudo, maliq; totius auer
sio, & quæcunq; generis istius existunt, per quæ in hominibus imprimitur similitu-
do diuina. Talibus floribus mirabilis conditor imaginem propriam. i. naturam no-
stræ conditionis ornauit. Si vero discutias & alia, per quæ diuinum decus elucet, hæc
etiam in imagine ad illius similitudinem salua profecto reperies, mens etem̄ & ver-
bum est summa diuinitas. In principio namq; erat verbum, & qui secundū Paulum
proficiunt, mentem Christi, qui in eis loquitur, se habere profitentur. Non ergo pro
cul hæc à natura humana conspicias. In te namq; & verbum & intelligentia est, quę
imitantur verbum mentemq; diuinam. Item charitas, fonsq; charitatis, hoc enim ait
magnus ille Ioannes, quoniā charitas ex deo est. Hanc autem nobis veluti p̄sonam
Christus formator nostræ substantiæ conferens, ait: In hoc cognoscent omnes quo-
niam mei estis discipuli, si dilectiōem habueritis ad inuicem. Quod si dilectio nobis
ista defuerit, totius imaginis species figuraq; soluetur. Cuncta etiam conspicit exau
ditq; diuinitas & omnia perscrutatur. Habes & tu per oculos & aures huius rei effica
ciam vitalem & scrutatricem eoꝝ quæ sunt intelligentiam te possidere cognoscis.

Inquisitio, quam consignationem mens habeat ad naturam, in quo eti- am obiter Eunomianoꝝ dogma refellitur. Caput VI.

NEc me quisquam suspicetur ad similitudinem operationis humanæ diuersis ef
fectibus diuinam dicere potentiam cuncta complecti. Nec enim fas est, in
illa

A illa diuina simplicitate variam multiplicemq; virtutē operationis aduertere, nec in nobis enim multæ quædam sunt efficaces rerum causarumq; potentiæ, licet ea quæ ad vitam pertineant multiplici videantur operatione contingere. Vna namq; vis quędam nobis mentis inserta est, quæ per singulos sensus excurrens ea quæ sibi offeruntur amplectitur. Hæc per oculos quæ videnda sunt conspicit, hæc per aures quæ dicunt exaudit. Hæc in his quæ sunt votiua lætatur, & ab his quæ insuauia probantur, auertit. Manibus etiam perficit quæcunq; voluerit, retinens his, & rursus abijciens, horumq; instrumentorum effectibus vtens, vt expedire probauerit. Si ergo in homine cui diuersa membrorum officia ab autore formata sunt, vna eademq; res est, quæ per omnes sensus operatur vtens singulis congruenter vt causa poposcerit, nec operationum differentijs naturæ suæ vim potentiamq; commutat: quanto magis in deo, quia sunt effectus virtutum varij, nullus debet multiplicem eius essentiam suspicari? Qui enim plantauit aurem, non audit? aut qui finxit oculum, nō considerat? sicut propheta testatur, per hæc exempla operationes huiusmodi veluti quasdam humanæ naturæ notissimas impressiones insinuans, faciamus enim, ait deus, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Sed vbi mihi nunc hæresis Eunomianorum nephanda subsistet, quid aduersus hanc dicturi sunt vocem? quomodo per hæc verba nouitatem sui defensuri sunt dogmatis? Putasne possibile esse, dicent, vt imago vna dissimiliū formarum similitudinem referat? Si enim iuxta illorum sententiam naturæ patris impar est filius, quomodo diuersarum naturarum vnam deus cōdidit imaginem? qui enim dixit faciamus hominem ad imaginem nostram, per pluralem significantiam sanctam nobis insinuans trinitatem, nequaq; singulariter suam testaret imaginem, si primæuæ formæ sibi dissimiles extitissent. Nec enim possibile est, vt eorum qui sibi inuicem

B congruunt minime, vna similitudo monstretur: sed si diuersæ erant naturæ, profecto diuersas eorum & singulis congruentes imagines condidisset. Vtrum quia vna quidem imago, sed non vna imaginis forma est, quis ita priuatur intelligentia vt ignorare queat, quod ea quę vni probantur esse similia, & ad se inuicem similitudinem propriam sine dubitatione conseruent? Et forsitan ppterea sermo diuinus hanc malitiam in conditione humanæ vitæ prospiciens Eunomianorumq; puerilitatem resecans, ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

¶ Cur nudus homo naturalibus armis & velaminibus approbrtur. Caput VII.

SEd quid sibi vult & ipsius habitudinis rectitudo, quid autem nō ad vitam congenerantur corpori virtutis effectus, verum nudus quidem naturalibus tegumentis inermis etiam & inops omniumq; necessariarum rerum egentissimus homo in hanc producitur vitam, qui iuxta id quod cernitur miseratione potius quàm felicitate dignus esse videatur. Non enim armatur productione cornuum, non vnguium vel dentium tuitione munitur, nec aliquo aculeo letiferum virus infunditur: quibus rebus pleraq; ferarum atq; serpentium in vitiōem sui naturaliter instruuntur: nec pilis corpus obtegitur, cum oporteret eum qui ad aliorum proponebatur impetium, proprijs armis naturali prouisione vallari, ne ad custodiam sui aliorum adminiculis indigeret. Nunc autem leo quidem & aper & tigris & pardus, vel si quid his simile est, sufficientem pro salute sua virtutem naturaliter possidet, & tauro cornua sunt, & pernicitas lepori, ceruoque saltus & certus intuitus, & alijs animantibus magnitudo, & cæteris prominens oris officium, quod proboscidem vulgus appellat, volatilibus etiam pennarum officium & apibus aculeum cunctisq; prorsus vnum aliquod naturale præsidium constat esse collatum: solus autem homo præ omnibus creditur destitutus, & his qui currendi velocitate pminent pigrior, illis autem qui corporis eminent mole tenuior, his etiam qui naturalibus ar-

mis excellunt despectior esse cognoscitur. Et quomodo, dicet aliquis, vniuersorum
dominus talis sortitus est principatum, sed ad hæc nihil arbitror esse difficile de- G
monstrare, per id quod naturæ nostræ deesse creditur, certa datur occasio, qua subdi-
torum oim dominium consequatur. Nam si huius esset homo potentiæ, vt equum
velocitate superaret, nec pes eius attereret, sed vngularum inniteretur firmitate præ-
ualida, cornua quoq; vel aculeos aliquos vnguesq; præferret vltores: primum qdem
bestijs existeret similis, & occursione ipsa difficilis appareret, huiuscemodi corpori e-
ius adminiculis naturaliter attributis: deinde sperneret in alios exercere dominatũ,
quorum nullis prorsus adiutorijs indigeret. Nunc autem in singulis quæ nobis man
cipantur vsus vitæ nostræ dirimitur, vt necessarium in eis penitus principatum habe
ri videamus, nam corporis nostri tarditas & ad motum celerum difficultas, equorũ
nobis adhibere prouidentiam fecit, q etiã annuis lanarum reditibus ea quæ naturæ
deerant supplementa prospiciens: ex alijs quoq; causis quæ ad vitam necessaria de-
erant, comprobantur. Iumenta nobis ad onera grauia ferenda subiecta sunt, & quod
ad instar animalium herbas depascere nequeamus, boues nobis ad vsum mancipa-
re curauimus, quorum labore victum facilius cõparemus. Quia vero morsu indige-
bamus & dentibus ad cohibendas tales bestias vltione, id quod nobis defuit canum
natura suppleuit, qui etiam cum velocitate congenita veluti quidam animatus gla-
dius nostris est vsibus attributus, pro cornibus etiam vel vnguibus fortius ac penetra
bilius ferrum ab hominibus inuentum est. Quod non semper nobis naturaliter inhę
ret, sicut illa munimina irrationabilibus bestijs: sed in tempore belli conferens præsi
dium gladius deinceps manet ociosus. Item eiusdem ferri vsus pro crocodili squa-
mis adsumet. Est autem quando & tergus ipsius beluæ in prælio munimen impleuit,
alioquin (vt dictum est) ad eius similitudinem ferrum ab artifice figuratur, quod ne-
cessitati deseruiens quem armauit in belli tempore derelinquit in pace. Necnon & vo
latilia nostris commodata sunt vsibus, quorum etiam velocitatem ratio excogitata D
non præterit, nam quædam ex eis mansuefacta videntur cooperantibus, quædã ve-
ro præsentia sui, capiendi causa sunt alijs, quæ nostris vtilitatibus applicentur. Sed &
pennata tela nobis ars exquisita perfecit, quæ per arcum tensa cursum volucrem re-
bus humanis exhibuit. Quod autem pedum nostrorum vestigia ad conficiendũ iter
faciius atteruntur, necessaria subiectorum adminicula nobis indicsit, ex quibus cal-
ciamenta congruenter aptentur.

¶ Cur hominis rectus sit habitus: & q propter rationem manus datæ sunt, in quo quędam & de differentijs animatum disputatio naturæ inducitur.

Caput VIII.

QVod vero rectus est hominis habitus, & ad cœlum sese sustollẽs, sursumq; respiciens, principalia hæc dona esse certissimum est, approbantia regium potestatem. Deniq; quod solus ita formatus est, cæterorũq; omnium prona sint corpora, & in deorsum procliuius inclinata, manifesta differentia honoris eius ostenditur: dum constet illa qdem huius esse subiecta potentiæ, hunc autem supeminentis existere dignitatis. Nam alijs qdem omnibus anteriora membra corporis, pedes sunt, quia quod accliue est, egebat profecto firmitatis adnisu. In hominis autem conditione hæc membra manus effecta sunt, quia rectitudine habitus eius vnus gressus videbatur esse sufficiens, qui geminis pedibus standi constantiam causa prouisione firmaret. Alias quoq; ad vsum rationis officia manus aptata

sunt,

A sunt, & si quis rationali naturæ ministerium manuum proprium quid esse dixerit, minime delinquet. Non solum enim ad hoc quod commune & promptum est intelligentiæ nostræ respicio, quod scilicet verba literis manus administratiõe signamus, & quidem nec ista gratia rationalis impar est dignitatis, quod literis loqui quoque possumus, & modo quodam manibus disputamus, in elementorum figuris nostrũ reponentes eloquium. Sed ego ad alia prorsus intendens, studio quodam cooperationis obtemperare manus affirmo rationis imperio. Verum antequam hoc idem discutiamus, effusius rationem magis, quam prætermisimus, inquiramus. Pene namq; factorum nos ordo, & causa latuit cuius rei gratia præcedãt. Germinent terræ virentia, dehinc irrationabilia subsequantur animalia, & ita post horum conditionem loco tertio homo formetur. Fortassis enim per hæc non tantum ea quæ sunt manifesta sentimus, quod propter iumenta vel maxime conditor vniuersitatis instituerit herbarum naturam, propter homines autem iumenta creauerit. Vnde & ante greges pabula, ante hominem vero quæ humanæ vitæ possent adminicula præbere, produxerit. Sed mihi videtur consequentia huius eloquij aliquod dogma de absconditis intimare. Sic enim Moses de statu animæ diuino imperio philosophiæ reseruauit arcanũ, de qua re quidem & eruditio extera sibimet imaginata est aliquid: sed non clare quæ erant videnda perspexit. Per hæc ergo, vt arbitror, ipsa ratio docet quod in tribus differentijs vitalis hæc atq; animalis potentia declaretur. Herbarum siquidem natura incrementis est tantum & nutrimentis accommoda, congruum præbens his qui ex ea pauentur augmentum, quæ & germinabilis dicitur, eademq; in virgultis & arboribus substantia peruidetur. Est autem in his ipsis, quæ germinantur, vitalis quędam potentia, sensus animatione priuata. Præter hanc vero est & alia vitæ species, cui creator & incrementa contulit, & dispensandam sensibus imperauit, quam in natura irrationabilium facile contuemur, quæ nõ solum vt herba crescens nutritur & nutrit,

B sed etiã sensibilem vim possidere cognoscitur. Perfecta vero tertia vita corpis in hominis essentia rationali constituta est, quæ & nutritur & nutrit & sentit, & rationis participans mente vegetatur. Debemus autem scire, quod talis quædam eorum quę sunt ratio diuisionis existat, vt aliud intellectuale sit, aliud corporale. Sed intellectualis essentiæ nunc omittatur in sua proprietate diuisio. Nec enim nobis est de hac re sermonis occasio. Corporalis autem substantiæ aliud est oĩo sine vita, aliud vitæ participat: rursus vitalis corporalis alia sunt sensibilia, alia vero sensu carentia, vt sunt etiam capilli nostri & vngues. Item sensibilia in naturis rationabilium & irrationabilium diuiduntur. Propterea post exanimem materiam primum velut crepidinem quandam hanc germinalem substantiam legislator expressit: deinceps eorum generationem quæ sensibus tantummodo continentur, aperuit. Et quia secundum istam consequentiam ea quæ vitam in carne sortita sunt, sensibilia quidem sine intelligibilibus p se subsistere videntur, rationalis autem substantia nõ potest in alio nisi sensibili corpore contueri: iccirco post germina atque iumenta factus est homo, via quadam consequenter ad perfectionem natura perficiens. Omnium namq; specierũ, id est, & crescentis germinis & sensualis animantis hoc rationale animal homo participat. Nutritur enim iuxta naturalem substantiam animæ qualitas, incrementi vero vim sensuali subministratione sortitur, quæ iuxta quendam modum suum inter intellectualem & materialem substantiam in medio collocata, quantum illius comparatione crassior, tantum huius prælatione videtur esse syncerior. Deinde sensibilis rei quod est subtilissimum & lucidissimum intellectuali sociatum fit q̃dam naturæ permixtio conueniens, ita vt in tribus istis videatur homo subsistere. Nam & apostolum tale aliquid cognoscimus intimare, vbi pro Thessalonicensibus orans ait: Ipse autem deus pacis sanctificet vos p oĩa, vt integer spiritus vester & aĩa & corpus

sine

sine querela in aduentum domini nostri Iesu Christi seruetur: pro nutribili parte C
corpus, pro sensibili animam, pro intellectuali spiritum ponens. Similiter & scribam
in Euangello dñs instruens omni mandato dilectiõem dñi præponit, q̃ ex toto cor-
de & ex tota anima & ex toto intellectu perficitur. Nam & in p̃senti eandem mihi ser
mo differentiam videtur interp̃tationis offerre. Corpulentiorem quidem efficaciam
cor appellans, animam vero mediam sedẽ tenere significans. Intellectum autem sub-
limiorem substantiam rationabilis insinuans perspicabilisq; virtutis. Vnde & tres di-
stantias voluntatum nouit apostolus: carnalem, quæ circa ventrem & inferiores par-
tes voluptatibus tantum vitiosis obsequitur: animalem vero, quæ media inter virtu
tem malitiamq; versatur, hãc quidem supergrediens, illius autem nequaq̃ particeps
synceritatis existens: & spiritalitãtem deo placitę conuersationis assequitur. Sic enim
scribens ad Corinthios exprobeat eis studium voluptariæ vitæ atq; passibilis, dicens:
Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis, id est, perfectioribus doctri
nis incapaces esse probamini. Et alibi compationem quandã mediæ huius ad illam
celsiorem perfectioremq; faciens, dicit: Animalis autem homo non percipit ea quæ
sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritaliter exami
natur. Spiritales autem iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicaẽ. Deniq; sicut car-
nali animalis supereminet, iuxta eandem mensuram animalem quoq; spiritalis ex-
cellit. Quod ergo nouissimum post omnia factum hominem scriptura cõmemorat,
nihil aliud q̃ de statu animæ philosophari nos debere latenter informat, necessaria q̃
dam rerum consequentia, id quidem perfectum in postremis insinuãs. Natura nam-
q; rationalis cætera quoq; continet & incrementa germinis, & sensus animantis, na
tura etiam sensibilis germinalem speciem sine dubitatiõe complectitur. Hæc autem
propter quod immaterialis est se sola cõplectitur. Consequẽter igitur natura veluti D
p̃ quosdam gradus, vitæ dico proprietatum, ab inferioribus ad p̃fectiora cõscendit.

¶ Quod aptissima hominis habitudo ad opus rationis constructa sit.
Caput IX.

QVia igitur rationale animal homo, oportebat nisui rõnis cõueniens insti-
tui corporis instrumentum. Sicut enim videmus Musicæ peritissimos iu-
xta organi speciem studium modulaminis exercere, & neq; tubicinare bar
bitam neruis, neq; citharizare tubicines: iuxta hũc modum instrumento
rum constructionem oportebat esse rationi consentientẽ: ita vt aptissime posset ad v-
sum resonare sermonis, qui vocalium membrorum formaretur officijs. Ideo autem
manus coaptatæ sunt corpori, & quamuis vtilitates mille vitę huius enumerare facil
limum est, quas hæc opportuna & durabilia manuum instrumenta nauiter adminis-
strent, omnem artem omnemq; operationem bello & pace competenter explentia:
tamen præ alijs omnibus rationis causa manus corpori natura congruenter apposu
it. Nam si homo sine manibus extitisset, profecto p̃cipiendorum ciborum necessita-
te membra vultus eius ad instar quadrupedum formarentur, ita vt oblonga facies te-
nuaretur, simul & emineret in naribus, oris etiam labia callosa & grossiora essent at-
que firmissima, & ad carpendas herbas competenter aptata, necnon & lingua gran-
diori corpore durior esset & asperior, quæ cooperaretur dentibus, ad ea quæ man-
denda perciperet liquidior existens, & iuxta vtrumq; latus effusior, qualis est canum
& cæterorum quæ vescuntur carnibus, per aspera dentium interualla discurrens. Si
ergo manus non adessent corpori, quõ ei vox articulata figuraretur, cum talis oris e-
ius formatio ad vsum sermonis minime conueniret, ita vt necesse esset hoiem vel bala-
tus emittere vel latratus, aut vt equus hinniret, aut vocẽ daret bubus asinisq; cõsimilẽ,

aut

A aut aliquem rugitum promeret bestialem. Nunc autem manus accommodatæ
sunt corpori, vt os ad ministerium verbi liberum permaneret, ergo proprium quid-
dam est naturæ rationali habere manus in corpore, ita vt per eas omnium conditore
facultatem concedente sermonis. Qm̃ ergo diuinum quendam gratiæ principatum
imaginisve contulit deus, & bonorꝫ suorꝫ munera rationali figmento cõtribuit, pro-
pterea reliqua quidem bona humanæ naturæ pia liberalitate largitus est, mentem ve
ro & intelligentiam, nõ est proprie dicere quia dedit, sed quia contulit proprium na
turę suæ decus, imagini deferens. Ergo quia mens intelligibilis quædam & incorpo-
rea res est, Incommunicabilem quodammodo possideret gratiam, nisi motus opatio
nis suæ aliquibus excogitationibus Intimaret. Huius rei gratia hac indiguit coustru
ctione membrorum, vt in modum plectri vocabilia Instrumenta cõtingens, per qua-
litatem sonituum motum interptaretur internum. Et quemadmodum si quis musi-
ca imbutus arte, propriam vocem aliqua passione nõ habeat, volensqꝫ suam manife-
stam facere disciplinam, alienis vocibus æmuletur, publicans artem lira vel tibia: sic
humana mens cum omnimodorꝫ intellectuum probetur inuentrix, nec possit nuda
anima his quæ per sensus corporis audiant, impetus suæ Intelligẽtiæ declarare, quasi
per modulationem quandam hæc artificiosius animata instrumenta contingens, eo-
rum sonis intelligentiæ suæ occulta manifestat. Mixtam vero variamqꝫ hanc musi-
cam Instrumentis humanorum possumus considerare membrorum: quæ velut lira
& tibia coucentu quodam idipsum sibi inuicem resonant. Nam vas illud quod rece-
pit spiritum, si quando pulsatur loquentis impetu, & in vocem formauerit eam par-
tem quæ repercutitur internis accessibus, rotunditates illæ quæ ad instar tibiarum fa
ctę sunt, imitantur profecto illam vocem, q̃ profertur ex tibiis, quas in circuitu mem
branulæ prominentes exagitant. Superius vero paulatim concauum de inferioribus
B sonum recipiens, & geminis fistulis ad nares vsqꝫ pertingens, vocem erga colatorii lo
ca disrumpit, maioresqꝫ sonitus efficit, maxillarum quoqꝫ & linguæ sauciumqꝫ mira
formatio, iuxta quæ mentum leni fluxu deductum per speciem rotunditatis acui-
tur. Hæc autem omnia motum videntur similare neruorum, quæ mens (vt sæpe di-
ctum est) plectri vice contingens varie atqꝫ multipliciter in suo tpe prout opus exege
rit, modos o nimia velocitate cõponit: labiorum vero adapertio atqꝫ cõclusio idipm
facit quod digiti, qui spiritum tibiæ iuxta consonantiam modulationis adsumit, sic
taqꝫ mens per hęc instrumenta membrorꝫ rationem modulatur in nobis, per quã eti-
am rationales probamur effecti, nequaquam (vt arbitror) habentes rationis grati-
am. Sine hoc casu graue laboriosumqꝫ seruitium corpis vsibus tantummodo labiorꝫ
adquirere cogeremur. Nunc autem manus in se hoc officium transferentes os liberꝫ
ad sermonis ministerium reliquerunt.

¶Quod per sensus mens operetur. Caput X.

DVplex aũt huius instrumenti consideretur effectus. Aliud eñ eius ope-
ratur eloquium, aliud vero vacat ad suscipiendas intelligẽtias quę extrin-
secus veniunt, nec alterꝫ miscetur alteri, sed implet opationem quã natu-
ra constituit, nullã adferens vicino molestiã. Nam nec auditus loqtur, nec
vox audit. Hæc eñ semp aliqd promit, auditus aũt suscipiens iugiter non adimplet.
Sicut Salomon quodã loco testatus est, quod etiã mihi videt esse vel maxime p omni-
busqꝫ in nobis sub admiratiõe dignissimũ, q̃ sit latitudo illa capacitatis intrinsecus, in
quã cũcta confluũt q̃ fundunt auditu, q sunt illi memoriales q introeuntiũ sensuum
monumẽta conscribũt, quam ampla susceptoria intelligentiarꝫ, q̃ p aures reponunt
interius, & quomodo quum & multiplicia sint quæ supponantur alterutrum, cõfusio
tamen & error iuxta propriam positionem eorum quæ inferuntur omnino non gi-
gnitur. Similiter etiam efficaciam visus quis poterit æstimare? Aeque enim p oculos
mens ea quæ extra corpus sunt apprehendit, & in se similitudines apparentium per-
trahit,

trahit, figuras similium sibi ipsa describens. Et quemadmodum si qua ciuitas multi- C
titudinis capax quæ diuersis aditibus ad se recipit confluentes, non tamen in vnum ci
uitatis locum vniuersi conueniunt: sed alij quidem ad forum, alij ad habitacula sua
alij ad ecclesias & plateas, iuxta suam quisq; sententiam properant: talem quodam-
modo etiam mentis nostræ considero ciuitatem interius constitutam, quam licet sen
sus nostri diuersis aditibus impleant, tamen singula introeuntium genera mens ea-
dem diiudicans atq; discernens, locis intelligentiæ congruis vniuersa disponit. Et si-
cut ciuitatis exemplum, videmus vnius gentis atq; cognationis homines, non p eas-
dem portas ingredi, sed alios per alium aditum, vt sors se obtulerit, introire: nihilo-
minus tamen intra muros effectos iterum simul esse, qui familiaritate mutua iunge-
bantur: vt è contrario fieri posse cõcedas, & qui sibi sunt extranei vel incogniti, vno
sæpius ciuitatis aditu vtantur, sed non copulentur inuicem cõmunionis introitu, pos-
sunt enim intrinsecus constituti habitaculis dirimi. Tale quid & in mentis nostræ
latitudine fieri posse conspicio. Frequenter enim ex diuersis sensibus scientia vna no-
bis colligitur, quæ eandem rem multiplici sensuum varietate distribuit. Itemq; huic
contrarium est videre, ex vno aliquo sensu, multa variaq; nihil sibi inuicem iuxta na
turam concordantia consonantiaq; perdiscere, vtpote proponatur (melius est enim
exemplis enucleare sententiam) aliquid de morum proprietate perquiri, quid suaue
sit sensibus, quidve gustantibus sit vitandum. Experientia quippe ipsa reperit ama-
ritudinẽ fellis, mellisq; gratissimam qualitatem. Cum hęc ergo certa sint, vnam con
fert scientiam res eadem intelligentiæ nostræ multipharie conquisita, id est, per gu-
stum, visum, auditum, odoratum etiam frequẽter & tactum. Nam mel quispiam vi
dens & nomen eius audiens & gustum percipiens & odorem sentiens & tactu com-
probans vnam rem per omnes seusus agnoscit. Item varia quoq; & multiformia p
vnum quempiam ex sensibus complectimur, & tenemus, nam & auditus multimo-
das excipit voces, & oculorum visus indiscretam atq; multiplicem habet efficaciam D
ad contuendum ea quæ genere sunt diuersa. Similiter enim album contemplatur &
nigrum, & omnia quæ sibi sunt colorum contrarietate distantia, sicut odoratus, si-
cut gustus, & tactus omnimodam; scientiam rerum suis capere probatur effectibus.

¶ Cur nudus homo naturalibus armis & velaminibus approbetur.
Caput XI.

QVid igitur est mens iuxta naturam propriam, quæ sensualibus potentijs
sese distribuit, & per singulos competenter eorum quæ sunt scientiam su-
mit? Quod enim aliud quiddam sit præter sensum, quemlibet prudẽtium
dubitare non arbitror. Nam si idipsum mens quod sensus esset, vnius pro
fecto iuxta sensus efficaciam proprietatis existeret, propterea quod simplex quidem
ipsa sit, & nihil in re simplici varium conspici queat: nunc autem omnibus consen-
tientibus, aliud est tactus, aliud odoratus, & alios quidem incommutabiles & imper-
mixtos similiter esse sensus adinuicem, & quia mens singulis æqualiter adest: aliud
quid oportet eam pter sensualem diffinire substantiam, ne quid rei intelligibili possit
varietatis ascribi. Quis cognouit sensum domini? Apostolus ait. Ego autẽ dico, quis
ppriam mentem cõsiderare pualuit? Dicant q dei naturam se putant posse compren
dere, si se considerant, si mentis suæ substantiam norunt, si multimoda quędã est, va-
rieq; compositionis, quomodo in multiplices sensus inseritur, quomodo in singula-
ritate quod varium, quomõ in varietate quod singulare est inuenitur? Sed agnoui so
lutionẽ difficillimæ quæstionis, ad ipsam vocem diuinã recurrens: Faciamus, inquit,
hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã. Imago namq; q̃diu in nullo proficit-
ab his quæ in primæua forma substant, proprie imago cognoscitur. Si vero à simili-
tudine formæ recesserit, iuxta eam partẽ imago nõ erit. Quomõ igitur & hoc vnũ ex
his

A his eſt, quæ in diuina natura conſiderantur, quod incomprehenſibilis habetur eſſen-
tiæ, neceſſe eſt & imaginem primęuæ formæ imitari ſubſtantiam. Quod ſi imagines
naturá comprehendere poteſt, cum primæua forma in ſua comprehenſibilitate per-
maneat, ex hac ipſa contrarietate qua comprehenditur eſſe diſſimilis comprobatur.
Porro cum ſugiat humanam ſcientiam mentis noſtræ natura, quę eſt effecta ad ima
ginem, refert incomprehenſibilitate ſui omnipotentiam naturæ incomprehenſibilis
exprimens.

¶ Inquiſitio vbi principale hominis eſſe videatur, & de lachrymis & riſu. Caput. XII.

Sileat ergo omnis coniecturalis & vana locutio, quæ mille quibuſdam
rebus corporeis vim intellectualis operationis includit: ex quibus qui
dam id quod hominis principale eſt, in corde conſtituunt: quidam ve-
ro in cerebro ſubſiſtere ſuſpicantur, quadam ſuperficie perſuaſionum
opinionem huius roborantes. Is enim qui in corde principale hominis
eſſe definit, ex loci ſitu argumenta nititur ſuæ rationis apponere, propterea quod me
dium locum videtur cor totius corporis continere, quatenus ſe ſpontaneus motus è
medio ad oñe corpus facilius exhibens, in quos voluerit effectus erumpat. Ad hanc
autem rationem veluti teſtes videntur afferre triſtificas atque iraſcibiles hominis af-
fectiones: quod ſcilicet hmōi paſſiones hanc partem ad compaſſionem commouere
videantur. Qui vero cerebrum intelligentiæ domicilium credunt, quaſi quandam ar
cem vniuerſi corporis caput aſſerunt à natura cōſtructum, in quo mentem quaſi re-
ginam quandam inhabitare pronunciant, quæ veluti quibuſdam nuncijs ſeu prote-
B ctoribus ita ſenſibus circumquaq; valletur. Signa vero & iſti huiuſcemodi ſuſpitio-
nis inſinuant, quod mens tunc à recto conſilio & ab eo quod deceat abducatur, quan
do cerebri membrana vexatur, & quod in ignorantia honeſtatis degant, quos ebrie-
tas grauat. Ad hæc autem & aliquas cauſas naturales adijciunt, quibus opiniones ſu-
as ſingulis quas de principali hominis parte deferunt, confirmare videantur. Et hic
quidem ad igneam naturam cordis cognationem motuum mentis affirmat, propte-
rea quod & mentis & ignis indormitabilis probetur eſſe ſubſtantia, & quia in cordis
parte mentem fatetur influere, iccirco mobilitate feruoris motum temperari men-
tis aſtruit, receptaculum naturæ intelligibilis cor eſſe pronuncians, in quo calor ex-
undat. Alter autem cunctorum ſenſuum veluti principium atque radicem cerebri
membranam eſſe teſtatur, ſuamq; rationem hac fide confirmat, quod non alibi ſit
effectus intelligentiæ collocatus, niſi in ea parte vbi & aures aptatæ irruentes voces
accipiunt, & intuitus iuxta ipſa oculorum profunda concretus occurrentes pupillis
imaginum formas tranſmittit interius, & qualitates odorũ variorũ diſcernũtur attra-
ctæ. Senſus etiam qui guſtu perficitur, indicio membranulæ cerebri (ſicut ſupra di-
ctum eſt) approbatur, quę de proximo quoſdam neruorũ ramuſculos ex re ipſa ſenſi
biles p̄ nodos colli vſq; ad ea loca q̃ colatorij inſtar exiſtunt, & muſculos circũiacen-
tes interſerit. Ego aũt, q̄a paſſionis acceſſu animæ intelligẽtia ſæpe turbatur, & q̄a iu-
xta naturalem vigorem cogitationis effectus obtunditur, quadam hoc idem corpo-
ris ægrotatione contingere, verum eſſe pronuncio, & fontem quendam corporalis ca
loris cor eſſe non nego, quod ad iraſcibiles impetus facile commouetur. Super hoc
nihilominus præeſſe ſenſibilibus rebus membranulam cerebri, iuxta rationem eo-
rum qui hæc naturali diſputatione pertractant, complectens ſub ſe cerebrum, cuius
etiam foueri vaporatione pinguedinis audiens, ab his qui ſe anatomicis inſpectioni-
bus occuparunt, irritum quod dr̄ omnino non facio: ſed non ex his probare conten-
dam, quod localibus quibuſdam circumſcriptionibus incorporea ſubſtantia cōclu-
datur. Nam nos exceſſus irrationabiles fieri non ex capitis aggrauatiōe didicimus.

Medico-

Medicorum vero peritissimi vtrisque lateribus, quibus eiusdem cerebri membranulæ continentur, aliqua passione turbatis rationale nostrum ægrotans definiũt, appellantes freneticam passionem, quia iisdem membranulis frenes nomen existit. Similiter etiã tristitia cor affici suspicantes profecto falluntur. Cum enim non cor, sed os ventris mœrore turbetur, ad cor morbi huius incommodum imperite transmittunt. Hoc autem differunt, qui passionum caussas diligenter inuestigare curarunt, quod in mœrore compressis naturaliter totius corporis euaporationum tramitibus atq; conclusis in profundissimas internorum sedes cogitur, quicquid per hos respiratiõis aditus exire prohibetur. Vnde coangustatis visceribus accenditur tristitia, sæpe violentior spiritus ex imo trahitur, vt dilatetur id quod contractum est. Et hunc halitum quem mœror extrudit, etiam gemitum vocamus, id est, nimij doloris indicium. Sed qui putant hac eadem passione affici particulam cordis (vt dixi) falluntur, cum non cordis sed oris ventris sit ista molestia, ex ea occasione quam diximus, quod scilicet euaporationum compressis aditibus, fellis coangustata vesicula humorem illum asperum atq; mordacem in os ventris effundit. Et hæc est huius rei probatio, quod depressis ipsa coloris superficies velut aurigine videtur infecta, dum fellis humor in venis nimia constrictione diffundũtur. Sed hæc ratio ex illo quoq; morbo qui huic videtur esse contrarius, id est, qui ex lætitia risuq; contingit, vel maxime cõmendatur. Dilatantur enim quodam modo & dissoluuntur per aliquam voluptatem totius euaporatiões corporis suauissima cognitione percepta. Sicut enim ibidem per mœrorem tenues & incertæ respirationes iterum comprimuntur, & interius viscerum constringentes affectum ad caput & ad membranam cerebri vaporem humidũ supprimunt, qui multum in concauis sub relictis per aditus euaporationibus excurrit ad oculos, & compressione ciliorum per guttas egeritur: hæc autem gutta lachryma nominatur: Ita intelligendum est ex afflictione contraria, cum plus solito distendunt respirationis itinera, per ea spiritus in altis se recessibus inserit, & p oris aditum D protinus à natura propellitur, visceribus cunctis & maxime iecore (quemadmodum aiunt qui circa ista periti sunt) per quandam agitatiõem motumq; fe uentissimum, huiusce modi cõceptum spiritũ in exteriora pellentibus. Vnde facilitatem quandam exituũ eiusdem spiritus natura machinata, tractum oris ex transuerso patefacit genam vtramq; distendens, & quod hinc efficitur risus nomẽ accepit. Nec propter hoc igitur principale hominis esse in iecore putandum est, nec propter feruorem sanguinis, qui copiosus erga cordis loca versatur, nec ob affectus irascibiles æstimandum in corde esse mentis hospitium. Sed hęc ad qualitates corporeas referenda sunt. Mentem vero credendum est æqualiter membra singula iuxta ineffabilem temperamentum rationis attingere. Et si scripturam nobis ad hoc nonnulli proferunt, quatenus principale in corde hominis esse testentur, non id debemus inexplorata ratione percipere. Qui enim cordis meminit, & renes asseruit, dicẽs: Scrutans corda & renes deus. Ita & vtroq; aut neutro hoc intellectuale hoĩs licebit includi. Obtundi vero easdẽ intellectuales efficientias, vel etiã sine effectu prorsus existere, per qualitatẽ corporeæ affectionis edoctus, non satis idoneum arbitror argumẽtum, vt locis aliquibus virtutem mentis afferam contineri, tanquam per tumores partibus occupatis à propria latitudine possit expelli. Corporalis enim hæc opinio est, vt vas præuentum immissis rebus aliud quicquam nequeat omnino recipere. Intellectualis nãq; substantia neq; in vacuis & conuexis partibus corporis immoratur, nec magnitudine vel mole carnis extrudit. Sed qa constat veluti organum quoddã musicũ totum hominis corpus extructum, & plerũq; contingit vt hi qui musicæ periti sunt, suam nequeant ostendere disciplinam propter instrumenti mutilitatem artis industriam renuentis, quod aut tempore viciatum est, aut aliquo casu disruptum, aut rubigine vel humore detritum est, & idcirco sine sonorum manet effectibus, licet ab eo qui tibicinæ artis est peritus

peritus inſpiretur. Sic & mens per omne corporis tranſiens inſtrumentum intelle-
A ctualibus effectualibus partes, ſicut natura aptum eſt, competenter attingit: & in his
quidem qui iuxta ſubſtantiam permanent vim ſuæ operationis exerit: in his autem
quæ per vicium quoddam artificioſum motum eius admittere nequeunt, præter effe-
ctum operationis exiſtit. Naturaliter enim quodam modo mens apta eſt in his mem-
bris proprie congruenterq́ꝫ verſari, quæ ſua ſoſpitate vegetantur: ab his autem pror-
ſus alienari, quæ quadam infirmitate vexata ſunt.

¶ Contemplatio quædam naturalis de materia & natura & mentis inſpectione.
Caput XIII.

Mihi vero videtur & pius eſſe quàm naturalis in hac parte contemplatio, per
quam poſſumus aliquid de vtilioribus informari dogmatibus. Quia igi-
tur optimum & ſummum præ omnibus ac præminens bonum eſt ipſa di-
uinitas, ad quam vniuerſa recurrunt, quæcunqꝫ boni deſiderio continen-
tur: iccirco & mentem fatemur, vtpote ad imaginem factam pulcherrimi condito-
ris, quandam ſimilitudinem primæuæ formæ cuſtodire, & ipſam in optimis prorſus
exiſtere. Si vero extra eam fuerit, ſimul & ea, in qua erat, pulchritudine denudari.
Sicut autem dicimus mentem ſimilitudine pulchritudinis formæ principalis orna-
ri, veluti quoddam ſpeculum præminentis impreſſione refulgens: iuxta eandem ra-
tionem ipſam quoqꝫ naturam à mente, qua diſpenſatur & regitur, credimus contine-
ri eiuſqꝫ ſpecie decorari, factam veluti quoddam ſpeculum ſpeculi. A natura quoqꝫ
B ſuſtineri hoc materiale noſtræ ſubſtantiæ profitemur, circa quam eadem natura con-
ſpicitur. Cum igitur alterum cõtineatur ex altero, per hos omnis illius ſummi & ve-
ri participatio congruenter excurrit, per ſuperiorem id quod inferius videtur exor-
natus. Si quando vero huius bonæ communionis fuerit facta diuulſio, & econtrario
ſupior inferiora ſectatur: tunc deformitas materiæ ipſius appareat cum à natura de-
ſeritur. Informis enim quædam res & incompoſita eſt ipſa materies per ſe, & hæc in-
formitate eius ſimul, & pulchritudo naturæ corripitur, quæ mentis viuacitate deco-
ratur: ac ſic ad ipſam quoqꝫ mentẽ per naturæ defectũ deriuat materiei deformitas,
ita vti imago dei iã nõ poſſit inſpici in hac impreſſione figmẽti, veluti quãdã nanqꝫ ſpe-
culũ. i. bonitatis forma atqꝫ virtutis poſt dorſum ſe ponẽs abijcit quidẽ ſplẽdoris exi-
mij claritatẽ. Informitatem vero materiæ in ſe prorſus aſſumit: & hoc modo fit ma-
li natiuitas, boni priuatione ſubſerpens. Bonum eſt autem, quicquid ſummo bono
coniungitur, quod ſi extra ſimilitudinem huius effectionis fuerit, ſine bono procul
dubio permanebit. Cum igitur ſecundũ inſpectam rationem conſtat eſſe ſummum
bonum quod vere bonũ eſt, mens autem ad imaginem ſummi boni facta eſt, & ipſa
accepit vt ei bene ſit, natura vero quam mens continet, quaſi quædam imago eſſe p-
batur imaginis: oſtenditur per hoc, quod materiale noſtrum tunc bene ſubſiſtat atqꝫ
bene contineatur, quando à natura diſpenſatur & regitur. Iterum vero ſoluitur atqꝫ
deijcitur, quando eius prouiſione priuatur, ſimulqꝫ à boni copulatiõe ſecluditur, hoc
autem non fit aliter, niſi cum ad contrariam partem naturæ fuerit facta cõuerſio, nec
ad bonum ſummum deſiderium eius promouet, ſed inde declinat, quod pulchritudi-
ne ſemper egere videatur. Neceſſe eſt enim ad deformitatẽ materiei deſpectiſſimam
atqꝫ fœdiſſimam conformetur id, quod ſimilitudinem eius aſſequitur. Sed hæc à no-
bis quadam conſequentia dicta ſunt, per inſpectionem propoſitam ſubrogata. Hoc
autem quærebatur, vtrum in aliqua pte membrorum intellectualis virtus locata ſit,
aut per omnes artus æqua lance diſcurrat. His enim qui mentẽ (vt ſuperius dictũ eſt)
localibus includunt partibus, & ad demonſtrationem opinionis ſuæ proferunt, ꝙ non

prosperetur intellectus eorum, quibus contra naturam cerebri membrana vexatur, C
ostendit ratio, quod per omnes partes humanæ confirmationis, sicut aptū est vnum-
quodq; membrum, naturaliter operetur. Similiter autem vis animæ præter efficien-
tiam subsistit, cum aliqua pars corporis in natura non permanet. Et propter hæc ob
lata est sermoni nostro proposita consequenter inspectio, per quam discamus in ho-
minis constructione, à deo quidem gubernari mentem, à mente vero materialem vi
tam nostram contineri, cum in natura persistit: Si vero à natura discesserit, etiamco-
opatione mentis eam priuari necesse est. Sed reuertamur rursus vnde digressi sumus,
quod s. in ea quæ à naturali constitutione oīo exorbitant per aliquā passionē, propri-
um mens seruet effectum, & in his quidem quæ vigent incolumis manet, impos ve-
ro fit in his quæ non queunt vim eius operationis excipere. Fas est autem & ex alijs
rebus huiuscemodi dogmatis firmare sententiam: & nisi graue ac molestum est, p̄-
sentiam sermonis fatigatus etiam de his paucis, vt potero, explicabo.

ℭ De somno & oscitatione, & de somnijs ratiocinatio. Caput XIIII.

MAterialis hæc & fluxa corporis vita semper in motu procedens, in hoc ha-
bet existendi vim atq; potentiam, vt nunquam prorsus à motu desinat, sed
veluti fluuius quidam iuxta suum decurrens impetum, plenum quidē de-
monstret alueum per quem delabitur. Non tamen eadem aqua circa eun-
dem locum esse videatur, sed aliud quidem eius trāscurrit, aliud vero superuenit: Ita
& hoc materiale vitæ præsentis, per quendam motum contrariorum frequenti sibi
successione decurrat, & à commutatione sua stare penitus non potest, sed quietis im-
patiens iugem conuersionem rerum similiter possidet. Quod si aliquādo à motu de-
stiterit, pariter & esse cessabit, vt pura plenitudinem relaxat inanitas, itemq; inanitati D
plenitudo succedit, somnus continuum vigiliarū laborem sustentat. Itemque vigiliæ
quod resolutum esse videbatur, consolidant, & neutrum horum in eodem statu per-
manet, sed mutua sibi præsentia vtrūq; succedit. Itaq; seipsa natura mutationum vi-
cibus innouante, vt partem videlicet vtriusq; recipiens, ab altera migret ad alteram.
Nam si semper animal persistat in opere, intentio disruptionē, diuulsionemq; partiū,
quæ tenduntur, efficiet: continua quoq; corporum quies ruinā quandā solutionem-
q; status operabitur. In tempore vero moderatius vtrumq; perceptum, fortitudinem
ad permansionem substantiæ commodabit, quæ per continuum ad contraria transi-
tum vtrinq; alternante sibi successiōe reparatur. Sic ergo opportunitatem quietis
nacta natura, distenti vigilijs corporis excogitat qualiter labori subueniat per so-
porem, & sensibus ab opatione semotis, ocium ad tempus impertit: & veluti equos
post certamina sudoresq; compescens. Necessaria vero est corpori quies, vt sine impe
dimento quoq; cibus in omnia membra per occulta eidem itinera diffundatur, nul-
la intentionis obice meabilem præcludente transgressum. Nam sicut ex infusa im-
bribus terra, cū radijs solis fota fuerit, vapores quidā caliginosi, de p̄fundis eius fini-
bus extrahuntur: similiter & in nostra fit terra, cum cibus intrinsecus congenitoque
calore decoquitur, vapor quidam naturaliter, vtpote aereus, ad superna contendit, &
veluti fumus per rimas parietis penetrans ad capitis loca peruenit, inde per dictos an-
nexus sensibus exhalatur. Vnde necesse est, tunc sensus ocium gerere vaporum trans
gressione detentos. Oculi sopiti sunt, & palpebrarum obductione veluti quodā me-
chanicæ artis æquo pondere conteguntur: ipsis quoq; vaporibus, & auditus obstrui-
tur, & quasi quodam ostio auribus imposito à sua naturali operatione feriatur. Hæc
autem talis passio somnus dicitur, vacātibus in corpore sensibus, & iuxta naturalem
motum nihil prorsus agentibus, vt digestiones escarū exitu faciliore proueniant, &
suos

ſuos meatus ipſa exhalatione tranſcurrant. Quapropter ſi coanguſtentur his exhala
A tionibus ea loca quæ circa ſenſus ſunt,& quadam ſomnus occupatione tardetur, va-
pore complentur: & quia ex neruis conſtat eſſe compoſita, vt colli ac faucium natura
liter ex ſeſe tenduntur, ita vt per hanc extenſionem, illa quæ fuerant cõpreſſa vapori-
bus, tenuentur: vt fieri ſolet ab his qui veſtes infuſas nimia cõpreſſione torquentes
humorem oẽm nituntur exprimere. Et quia partes quæ circa fauces ſunt, rotun-
diores videntur, abundantq; neruis, vt dictum eſt, ſi quãdo diſcludi ab his vaporum
craſſitudinem conuenit, quia impoſſibile ſit rotunditatem p recta oſtendi, niſi id ſuo
ſchemate peragat. Iccirco relictus in oſcitatione ſpiritus mentum quidem deorſum
ad facies quadam concauatione pertrahit, & cunctis interius in orbe patefactis vndo
ſa illa ſpiſſitudo quæ in ipſis locis inſederat ſpiritu propellente dirigitur. Frequenter
antem & poſt ſomnum nobis idipſum ſolet accidere, cum ex illis vaporibus indige-
ſtum quid fuerit ſubrelictum. Ex his itaq; cauſis vna mens euidenter oſtendit, quod
naturæ congruens atq; conſentiens eſſe videatur: dum vigilante illa & hæc ſuos effe
ctus exerat, reſoluta vero in ſomnum etiam mens pſiſtat immobilis: niſi forte ima-
ginationes ſomnioꝝ mentis agitationes eſſe quis æſtimet, eamq; opantem per ſopo-
rem ſuis motibus arbitretur. Nos autem conſtanter aſſerimus, eam ſolam actiõem
ad mentem referendam, quæ ſapientia conſilioq; perficitur. Ea vero quæ per ſomnũ
phantaſmatum deliramenta proueniunt, imaginationes quaſdam efficientiæ men-
tis opinamur, quas irrationabilis pars animæ per accidentia quæq; confingit. Ani-
ma quippe à ſenſibus auocata per ſomnum, neceſſe eſt vt mentis quoq; priuetur effe-
ctu. Per ſenſus enim, ad hominem quodammodo reuerſio mẽtis efficitur, quibus va
cantibus & intelligentiam neceſſe eſt ociari: cuius rei argumẽtum eſt, quod frequen
ter ineptiſſimis atq; vaniſſimis formis dormientes illudimur: quod nequaquam fie-
ret, ſi conſilio tunc anima & ratione regeretur. Sed mihi videtur, cum præſentior vis
B animæ, id eſt efficientia mentis & ſenſuum conquieſcit, illam tantummodo partem
eius in ſomnijs operari, quæ nutrimenta incremẽtaq; diſpenſat. Si autem hoc ita eſt,
ſomnia quæ fiunt & imaginationes ſenſibus & intelligentiæ congruentes, hac nimi-
rum cauſa contingunt. Quæcunq; nobis per animæ partem, in qua memoria viget,
impreſſa ſunt, hæc eadem vt ſors attulerit veluti pietas oris opere formantur, figura-
tione quadam iugiter adhærente in hac ſpecie animæ, qua memoria continetur. His
itaq; fantaſiis homo deluditur, non alicuius ordinis tramite ad eorum quę apparent,
viſionem collocutionemq; productus, ſed mixtis quibuſdam & incõſequentibus ſe-
ductus erroribus. Sicut enim in opere corporali vnicuiq; membro proprie quid iu-
xta vim ſibi naturaliter inſitam peragenti etiam quieſcentis membri quidam cõſen
ſus cooperationis accedit: eadem rationis conſequentia de anima quoq; ſentiendum
eſt. Nam quũ quiddam eius quieſcit, qddam vero mouetur, totũ parti neceſſario cõ-
ſentit, quia nec poſſibile eſt vnitatem naturalem tunc poſſe diuidi, & ſi pars quædam
potentiarum eius in operatione perſiſtat. Sed quemadmodũ vigilantibus & ſatagen
tibus obtinet qnidem mens, eiq; ſenſus obſequitur, nec eis tamen adeſſe diſpenſatrix
illa potentia corporis approbatur. Siquidem mens vſibus cibum prouidet, ſenſus au
tem ſumit quod prouiſum eſt, ea vero corporis virtus quæ nutrimentis inuigilat, pro
prie ſibi quod datur acquirit. Ita per ſomnum ablato harum potentiarum vſu quo-
dãmodo cõmutantur in nobis, & obtinet id quod irrationabilius eſſe probatur. Alio
rum quidem efficientia conquieſcit, non tamen omino reſtringitur. Tunc enim vis
animi qui nutrimentis inſiſtit, quamuis per ſoporem ad digeſtionis contendat offici
um, oẽmq; naturam ſibi vacare permittat. Non enim ab hac eius operatione poten-
tia illa ſenſualis abſtrahitur, nec enim fas eſt quod ſemel naturaliter vnitum eſt, poſ-
ſit diuelli, ſed eluceſcere non põt eius effectus, ſomni ocio impeditus. Hac itaq; ratio-
ne cum ſe mens ad ſenſibilis animi ſpeciem vertit, cõſequens eſt cum hic mouetur,

vti & illam dicamus moueri pariter, & cum quiescit simili modo quiescere. Quem- C
admodum vero circa ignem hęc fieri naturale est, vt cum paleis vndiq; tegitur, nullo-
q; spiracuio suscitatur, nec circũtecta depascat, nec penitus extinguatur, sed pro flam
ma quidem fumus exurgat, quod si paululum cõmotus fuerit illico fumus excitatur
in flammã: Similiter & mens ocio sensuum tempore soporis obtecta, nec elucere per
eos potest, nec prorsus intercipi, sed instar fummi videtur operari. In aliquo quidem
egens, in aliquo vero præualens: & sicut quispiam musicus resolutis lyrę nexibus, si
plectrum cordis iniiciat, non ei modulatio competenter occurrit (nec enĩ extentum
quod non est apte resonabit) sed pleruq; manus artificiose mouetur, ducẽs plectrum
ad locales positiones accentuum. Sonus autem non efficitur nisi inordinatus ex mo-
tu chordarum, quẽ vocant Gręci βόμβον: ita p somnum naturalibus sensuũ membris
resolutis aut omnino quiescit artifex animus, si corpus nimia plenitudine prægraue-
tur, aut certe languidius & obscurius operabitur, cum hoc organum sensuale diligen
tius artem nequit excipere. Quapropter in somnis memoria quidem confusa, præ-
scientia vero quibusdam velaminibus obruta, præter votum ac studium quasdã spe-
culatur imagines, & aliquid eorum nonnunquam quæ sunt ventura prænunciat.
Nam per subtilitatem naturæ plus aliquid habet quàm corpis crassitudo ad contem-
planda ea quæ videntur accedere, sed non potest recto ordine futura reseruare, quia
nec perspicua & manifesta doctrina proponitur eorum q̃ in somnis digesta cernunt.
Sed quicquid illud est ambigua futuri fit denunciatio, quod ænigma vocant, qui vi-
dentur ista discernere, quod. s. aliud ostentet in verbis, aliud in intellectibus afferat.
Sic pincerna Pharaonis botrum pmit in patera, sic panes in canistro ferre pistor ima
ginatur, vterq; enim iuxta studium quod exercuit se in somnis esse peruidet. Solitarum
namq; artium simulachrorum in præscientia mentis impressa per omne vaticinium p-
dici quæ ventura fuerant præstiterunt. Quod autem Daniel & Ioseph eorumq; consi
miles diuina virtute nullis turbatis sensibus ad futurorum informãtur scientiam, nihil
hoc ad præsentem pertinet quæstionem, quia non hæc quisq; sapiens somniorum ge-
neribus imputare debet, alioquin & illas visiones quę diuinitus vigilantibus accidũt, D
non superna visitatione sed naturæ consequentia sponte sua id operante putabit pos
se contingere. Sicut ergo cunctis hominibus iuxta suum sese moderantibus animũ,
quidam sunt qui diuina illustrati consabulatione mereantur, ita communiter secun
dum naturam nobis ac similiter somniorum phantasiis accidentibus nonnulli per sopo
rem diuinæ cuiusdam participes reuelationis existunt, cæterisq; omnibus & si aliqua
re per somnium præscientia gignitur iuxta prędictum gignitur modum. Si vero Ae-
gyptius ille vel Assyrius tyrannus ad scientiam futurorum per somnia diuinitus in-
struuntur, aliud quiddam est quod per eos miranda dispensatione peragitur. Opor-
tebat enim sanctorum sapientiam declarari quæ videbatur occulta, ne communem
vitam sine vtilitate vel commodo præteriret. Quõ nanq; Daniel talis esse nosceretur,
nisi incantatorum atq; magorum acquisitionem somnii defecisset intentio, quomo-
do etiam saluaretur Aegyptus Ioseph in custodia constituto, nisi eũ discretio somnio
rum pertraxisset in medium. Et ideo quid aliud ista prætendunt, nec secundũ phan-
tasias communes omnino pensanda sunt, cõsueta quippe somniorum facies eadem
vniuersorum est quę modis plurimis specie quadam imaginationis occurrit. Aut enĩ
permanent vt dictum est in ea parte animę, qua memoria cõtinetur studiorum simi
litudines diurnorum, aut sæpenumero qualitatibus corporalium affectionũ somnio
rum præfiguratur expressio. Sic etenim qui sitit esse se miratur in fontibus, & deliciis
gaudet qui cibis indiget, & iuuenis ætate vigens imaginum ludificatur illecebris pro
similitudine passionis. Noui vero ego per somnium & aliam ænigmatũ medentium
causam. Nam quidam de necessariis meis captus frenesi, cum nimium grauaretur,
quod illi cibus plus quàm virtus eius exegerat, esset oblatus, arbitratus est plura inte-
stina

stina stercore plena sibi supponi. Cumq; iam prope esset vt fatigatum corpus eius su-
A doribus laxaretur, aquam sibi deferre qua perfunderetur iacens eos qui aderant pre-
cabatur obnixe, nec destitit, hoc cum clamore deposcens, donec exitus rerum, que-
relarum talium causam absolueret. Nam simul & sudor plurimus ex eius erupit cor-
pore, & solutus venter intestinorum pondus interpretatus est. Quod igitur obtusa
valetudine natura tunc pertulit, corporis inæqualitati compassa est, vt molestiam q-
dem sentiret, & dicere quidem propter ægritudinem manifeste non posset, idq; sicut
datur intelligi, nisi ex incommoditate contingeret, sed naturali sopore mens sospita-
te gereretur, somnium profecto ei q sic erat affectus, existeret, aquam quidem sudo-
rem, fluxum vero intestinorum grauedinem, esca enim grauitatem & pressuram mo
uentis insinuat. Hoc idem vero videtur & plurimis peritis medicinæ, quod scilicet, iu
xta passionum differentias, somniorum quoq; varię facies ægrotantibus accidant, a-
liæ quidem defectis stomacho, & aliæ cerebri passione vexatis, his etiã qui febre labo
rant aliæ, & aliæ qui ex cholera periclitantur & flegmate. Itemq; dissimiles his qui
plenitudine & inanitate decumbunt. Ex quibus possibile est animaduertere, quod il-
la vis animæ per quam nutrimenta nobis incrementaq; contingunt, habeat aliquam
intellectualis rei particulam, qua sibi societate consertam, dum qualitas affectionis
corporeæ similitudinem quodammodo præferat, iuxta passionem, quæ obtinet ima
ginationem congruentem. Itemq; multis etiam secundum morum diuersitatem so-
mniorum quoq; visa formantur. Alia namq; sunt viri fortis, alia meticulosi, alia lu-
xuriosi, & alia continentis, alijs largus & alijs auarus imaginibus illudit, nusquam
vero in his intelligentia mentis operatur, sed animæ pars irrationabilior, vt sæpe di-
ximus, has phantasias faciat, & quibuscunq; vigilans studijs assuescit, horum sibi si-
B militudinem præformat in somnis.

¶Quod vnica duntaxat anima sit in corpore humano, triplici potentia constans. Caput XV.

SEd multum à proposito sumus abducti. Demonstrare namq; sermo pro-
miserat, quod mens non in aliqua parte corporis esset inclusa, sed æquali
ter per totum sparsa discurrat, iuxta naturæ similitudinem motum subie-
ctæ partis efficiens. Est autem vbi & ipsa mens naturæ subsequens impe-
tus ministerium quodammodo seruitutis impendit. Frequenter enim natura præce-
dit corporis, & aut occasiones lætitiæ aut causas mœroris insinuat, ita vt ipsa quidem
p̄stet initium vel cibos appetere, vel quamlibet aliam rem voluptatis implere. Mens
autem tales motus carnis excipiens, consilij sui nisibus consideratarũ rerũ parat effe-
ctus. Hæc vero non fit in omnibus, sed in his tantũ q turpiter affecti, dominatum rõ-
nis naturæ nutibus subiugant, quiq; suffragijs eiusdem mentis voluptatibus sensuũ
seruiliter obsequuntur. A perfectioribus autem non ita fieri certũ est, apud q̃s mens
p̄cedit in oĩbus, & rõne potius q̃ passione id quod oportet exequunt, naturaq; vesti
gia p̄euntis directa sectatur. Quia vero tres differentias vitalis potentiæ rõ dep̄hendit
.i. nutrimentalem q̃ p̄ter sensus aliquos augmenta recipit, & sensualem q̃ sic nutritur
vt sentiatur, & rõnalem q̃ perfecta est & per has oẽs extenditur. Iccirco notandũ est,
quod vna vis tantũmodo vitalis, altera vero sensualis, tertia vero p̄ cæteris etiã rõna
lis existat. Sed nemo p hæc æstimet tres animas in hois cõformatione, p̄prijs circum
scriptas esse limitibus, & velut ex pluribus eã credat esse conflatã, cum vera & p̄fecta
vna sit aĩa naturalis spiritualis atq; intelligibilis, q̃ p sensus miscet materiali substan-
tiæ. Omne vero materiale atq; corporeũ quod in cõuersione atq; mutatiõe est siqui-
dem p̄ticipium capit animatæ potentiæ, motũ per incrementa sortitur. Si vero ab ef-
fectu vitali recesserit, motum suũ corruptione testabitur. Igitur nec sensus p̄ter mate-
rialem substantiam, nec intellectualis in nobis potentia p̄ter sensus operatur.

ℂ Quod proprie homĩs anima rationalis & ſit & dicatur, & quid anima per totum corpus fuſa nuſquam certam ſedem habeat. C

Caput XVI.

QVod quædam de creaturis hac vi tantũmodo nituntur, qua nutriũtur & creſcunt, aliæ vero ſenſuum potentia p̃ualent, & nec illa ſenſibilis, nec iſta rõnalis participantia probantur eſſe ſubſtantiæ, iccirco quis animarũ eſſe multitudinem ſuſpicet, cum differentiam earũ nõ competenti rõne definiat, quia om̃e quicquid in rebus eſt, ſiquidem perfecte & integre vocatur, ꝓprie cõſtat eſſe quod dicit. Si aũt non per oĩa, quod appellatur exiſtat, inane nomen ei putat aſſcriptum, vtputa quod rerũ vim nõ demonſtret, dicimus eñ proprie ſubiecto nomen imponere, quod ſi quis ex lapide fabrefactam ſimilitudinem veri panis oſtentet, cui & forma qdem ipſa ſit, & magnitudo eius videatur æqualis, necnon & eandem coloris ſimilitudinem præferat, ita vt multis indicijs verus putet, deſit aũt illi quod cibus poſſit exiſtere, iccirco iam lapidem ꝓprie vel naturaliter, nõ niſi abuſiue panis appellatiõem dicimus accepiſſe. Item cætera iuxta eandem rõnem, q̃ non ſunt per oĩa quod dicuntur, habent ex abuſione vocabulum. Sic igitur & anima cum pfectionem in ratione & intellectu prorſus obtineat, omne quicq̃d hæc non eſt, æquiuoce qdem ania poteſt eſſe, non tñ vere dicitur anima, ſed eſt vitalis q̃dam efficientia, q̃ per abuſiõem anima nuncupatur. Propter quod & irrationabilium naturas tanq̃ non procul exiſtentes à ſurculari vel ſeminali vita, dedit ad vſus hominum deus, qui de ſingulis gbuſq; iuſticiam legis ſuæ affixit, vt hi qui eorum veſcuntur carnibus, pro oleribus habeant. Omnes enim carnes manducabitis ſicut olera fœni. Parum námq; plus habere videntur per ſenſuum vegetationem, quàm illa qbus aluntur, & qbus crementa percipiunt, quæ res inſtruat amatores carnium, non multis ſenſibilibus animum ſuum nectere, ſed magis ſpiritalibus priuilegijs occupari quod in his vere animæ conſpiciantur effectus. Nam in rebus carnalibus irrationabiles nobis ſunt compares & æquales. D Sed in aliud neſcio quomodo conſequentia ſermonis inflexa eſt: non enim hoc erat in contemplatione propoſitum, vt quid eſſet excellentius in homine, vtrum mentis operatio, aut ſubſtantia materialis, inquireret, ſed quod in aliqua parte eorum quæ in nobis ſunt mens eſſet innexa, æqualiter autem in omnibus & per omnia ſeſe diffundat, & nec extrinſecus contineat, nec contineatur intrinſecus. Hæc enim forma in cadis aut in ſitulis alijſq; ſimilibus vaſis atq; corporibus, quæ ſe ſua capacitate continent proprie peruidetur: communio vero mentis ad corpus ineffabilem quandam & incomp̃henſibilem copulam habere cognoſcitur, nec interius exiſtens, quia res incorporea nequit corpori contineri, nec exterius circumfuſa vel ambiens, ſed inuiſibili quodãmodo & inexplorata ratione naturæ coniuncta atq; connexa, in ipſa, & circa ipſam prorſus inſpicitur, eo (vt dixi) modo, quo nec intelligi poteſt om̃ino nec dici, niſi quod iuxta proprium ordinem eadem valẽte natura mens quoq; ſuos effectus exerceat. Si autem delicto quodam natura nutauerit, etiam motus mentis titubare neceſſe eſt.

ℂ Enarratio diuini ſermonis quo dicitur, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, in quo perquiritur quæ ſit ratio, & in quo ſimile ſit beatæ & impaſſibili naturæ hoc paſſibile noſtrum & mortale, & quemadmodũ in imagine maſculus approbetur & fœmia, cum in primæua forma minime extare videantur.

Caput XVII.

SED aſſumamus iterum diuinæ vocis oraculum. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, quam parua atq; indigna nonnulli externorum de magnificentia hominis ſuſpicati ſunt, qui cum collatio-

ne

A ne mundi huius extollere putauerunt. Dixerunt enim paruum mundum esse hominem, de ipsis extantem vniuersalibus elementis. Sed enim quid tanta iactantia nominis huiuscemodi humanæ substantiæ contulerunt, sui prorsus obliti sunt, dum ex proprietatibus muris & culicis p̄conia hominis inepta finxerũt. Nam & illis ex quatuor elementis natura compacta est, & circa omnes animantes horum elemētorum plus minusve quædam portio cernitur, sine qua subsistere ea quæ vtũtur sensibus oĩo non poterunt. Quid igitur amplum, si ad mundi figuram vel similitudinem putetur homo præferri, cœli quod transit, terræ vero quæ mutatur, & omnium q̄ in his continentur continentium transitu pari conditione labentium. Sed in quo sit iuxta ecclesiasticam rõnem hominis magnitudo, non in eo quod ad similitudinē mundi est cōditus, sed ad imaginem factus est creatoris. Fortassis enim quæ sit imaginis ratio q̄ras, quomodo incorporeo corporale sit simile, quod temporale est sempiterno & incommutabili id quod continuis motibus immutatur, impassibili etiam & incorruptibili quod passioni & corruptioni subiectum est, & ei qui sine malitia est vlla, id quod semper in malicia & defectione versatur. Multum namque distat inter primæuam formam, & eam quæ ad similitudinem eius facta est. Imago quippe si seruet principalis formæ similitudinem, vere imago & proprie imago dicitur. Si vero ab eius imitatione discedat, aliud quiddam esse monstratur. Quomodo ergo mortalis homo purissimæ illius & immortalis naturæ semperq̄ subsistentis imago esse probabitur? De his itaq̄ solam veram rationem ipsa veritas euidenter agnoscit. Nos autem quãtum capere possumus, quibusdam coniecturis atq̄ coniectationibus veritatem ipsam sedulo inuestigantes, hoc arbitramur esse quod quæritur, de quo nos nec diuina fallitoratio, quæ ad imaginem dei factum hominem retulit, nec humanæ naturæ defleda miseria est, quia beatæ illius & impassibilis vitæ similitudinem gerit. Necesse est autem

B è duobus alterum cõfiteri, vt si quis comparet deo quod nostrum est, aut passibilem diuinam aut impassibilem humanam putet esse substantiam, velut æquitatibus istis substantiæ similitudo rationis in vtrisq̄ cernatur. Si vero neq̄ diuinitas in passione est, neq̄ nostra passionibus probantur excepta, putas quæ altera relinquitur ratio secundam quam diuinam vocem veracem esse dicamus, quæ imaginē dei hominem esse testata est? Igitur eãdem scripturam sumamus vniuersam, si quo modo per eam nobis aliqua declaratio ad id quod quæritur elucescat. Posteaquam dixit: Faciamus hominē, & ad quam rem factus est indicauit, inferens quod fecit deus ad imaginem, ad imaginem dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos. Iam vero in superioribus dictum est, quod destructionem impietatis hæreticæ sententia ista processerit, qua competenter instruimur, quod fecerit hoĩem vnigenitus deus ad imagiem dei, vt nulla ratione diuinitatem patris & filij discernere moliamur, cum ęqualiter diuina scriptura deum vtrumq̄ fateatur, & eum qui fecit hominem & eum ad cuius imaginem factus est. Sed de his nunc omittatur assertio. Vertamur autem ad propositam quæstionem, quomodo diuina quidem natura beata sit, & eam quæ similis ei est miseram scriptura commemorat. Igitur verba ipsa diligentius exploremus, & inueniemus aliud quiddam esse quod ad imaginem dei factum est, aliud vero quod nunc

C in miseria peruidetur. Fecit, inquit, deus hominem, ad imaginem dei fecit illum, finita est eius qui factus est ad imaginem dei conditio. Deinde adiungitur velut de eadem conditione sermo, cum dicitur: Masculum & fœminam fecit eos. Cunctis autem reor esse notissimum, quod idip̄m ab illa primæua forma intelligitur alienum. In Christo namq̄ Iesu sicut dicit Apostolus neq̄ masculus neq̄ fœmina, sed qa p̄ hæc diuisit hominem sermo diuinus, duplex q̄dam probatur naturæ nostræ formatio, & ea quæ diuinam refert similitudinem, & ea quæ ab ista differre monstratur. Aliquid enim

enim tale conteſtatio relationis inſinuat, primum qdem dicens,quia fecit deus homi C
nem,ad imaginem dei fecit eum. Itemq́ſubijciens,quia maſculum & fœminã fecit
eos.Hoc aũt in his q̃ de deo ſentiunt probatur extraneum,ſed arbitror ego per hæc q̃
à ſcriptura ſancta dicuntur magnum atq́ſublime dogma declarare,quod tale eſſe ꝑ-
uideo.Duabus rebus ſecundum ſummitates ab inuicem ſeparatis mediã humanam
eſſe ſubſtantiam,inter diuinam,ſ.incorporeamq́ & irrationabilem brutamq́ natu-
ram.Nam vtriuſq́ rei ratio in hominis cõformatione conſpicitur,diuina qdem hoc
quod rõna'is & intellectualis eſt,quod etiam maſculi ac fœminæ differentiã refugit,
irrationalis hoc quod corpoream conſtitutionem ĩn maſculum diuiſam geſtat & fœ
minam.(In his enim vtriſq́ verſantur vniuerſa,qbus continetur humana ſubſtãtia)
ſed pręlatum eſſe id,quod in nobis intellectuale eſt ei rei quæ humanæ propagationi
ſeruire videmus,ordine ipſo conditionis exequente didicimus. Ad effectum quippe
generatiõis quædam eſt hominis cum irrationabilibus innata coniunctio. Primum
igitur ait quia fecit deus hominem, ad imaginẽ dei fecit eum, oſtendit per hoc id qđ
ſupra diximus Apoſtolum definiſſe, quia in Chriſto Ieſu neq́ maſculus neq́ fœmi-
na.Deinde intulit quod humanæ naturæ proprietates exprimeret, maſculum & fœ-
minam fecit eos.Nec me quiſpiam culpet quod propoſitæ rationis intelligentiam vi
dear ex alto deducere, deus enim naturaliter exiſtens quicquid boni cogitatione cõ-
plectimur,imo potius omni bono quod aut intelligi poteſt aut comprehendi, ꝑſtan
tior, nõ ob aliam cauſam creauit hominem niſi quia bonus eſt. Talis ergo cum ſit &
ꝓpterea naturæ formationis extiterit creator, nequaq̃ imperfectam virtutem ſuæ bo
nitatis oſtendit,vt aliquid ex his quæ ei ſuppetunt daret,aliquid vero inuidia cogen
te ſubtraheret,ſed perfectæ bonitatis ſpecies in eo eſt,vt hominem qui non erat,in ge D
nerationem produceret, bonorumq́ participem faceret. Quia vero bonorum ipſo-
rum multa probatur eſſe congeſtio,quæ non poſſit numero facile comprehendi, id-
circo generali quadam voce vniuerſa ſimul ſcriptura complectens ſignificare cura-
uit,cum ad imaginem dei factum hominẽ retulit. Aequale enim eſt hoc,ac ſi diceret,
humanam naturam omnis boni factam eſſe participem. Si enim bonitatis eſt pleni-
tudo diuinitas, & huius homo imago eſt, profecto & in plenitudine ſit omnis boni
hæc imago iuxta primæuam formam ſimilitudinem poſſidet. Eſt igitur in nobis to-
tius boni conditio,totiuſq́ virtutis & ſapientiæ,& quicquid illud eſt,quod optimum
poſſit intelligi, præ omnibus vero quod ab omni neceſſitate liberi ſumus,nec ſubiu-
gati quadam naturali potentia, ſed arbitrio proprio ad conſilium quod placuerit in-
clinamus,virtus enim ſpontanea quædam res eſt,& nullius ſubiecta dominio.Quod
autem quadam neceſſitate coactum eſt, virtus eſſe iam non poteſt. Cum ergo pene
in omnibus primæuæ formæ pulchritudinem formamq́ imago demonſtret, niſi in
aliquo differat,iam non erit ſimilitudo,ſed ipſum,atq́ æquale illi per omnia demon
ſtrabitur,quod in omnibus immutabile comprobatur. In quo ergo diuinitatis & ſi-
militudinis eius diſtantiam peruidemus? In hoc proculdubio,quod diuinitas increa
ta eſt,hæc autem creationi ſubſiſtit,quæ proprietatis differentia,rurſus aliarum pro-
prietatum cõſequentiam protulit.Occurrit enim cunctis indubitata profeſſio, quod
increata natura incommutabilis ſit,& ſemper eodem modo permaneat, creatura ve-
ro non poſſit ſine mutatione perſiſtere. Ipſe denique ex nihilo ad exiſtentiam tranſi-
tus, motus quidam erat atq́ conuerſio,cum non exiſtens ad eſſentiam diuino con-
ſilio tranſmutatur. Et ſicut impreſſam in ære figuram ſanctum Euangelium cæſa-
ris appellat imaginem,ꝑ quod addiſcimus quod iuxta figuram qdem ſimilitudo cæ
ſaris,in ſubiecto aũt differẽtia eius appareat,ita & in ꝓdictis rõne,ꝓ figuris ſunt ea,q̃
in cõtemplatione diuinę naturæ hñanq́ cernunt, eoꝝ qbus eadem ſimilitudo eſt,in
ſubiecto,prſus differentiã reperimus,qm̃ intuitu mentis increata natura creataq́ con
ſpicimus.

A spicimus. Quoniam igitur diuinitas ipsa semper est, homo vero per creationē factus ex mutatione cœpit existere, cognationemq; quandam videtur habere cum natura vertibili. Iccirco qui nouit omnia antequam fiant sicut propheta promiserat, prouidens atq; prospiciens virtute præscientiæ suæ, in quæ declinaret iuxta spōtaneam voluntatem humani motus arbitrij, id quod futurum erat inspexit, tribuēs imagini differentiam maris & fœminæ, quæ iam non ad diuinam formam principalemq; respiceret, sed vti dictum est, irrationabili naturæ propinquare videretur. Causam vero tanti huius artificis, soli quidem illi intelligunt, qui veritatem proprijs oculis intuentur, & verbi ministri sunt, nos autem sicut est possibile, coniecturis quibusdam atque indicijs veritatis vestigia prosequentes, quod incidit animo, non enuntiatiuo modo proferimus, sed exercitij loco deuotis auditoribus intimamus. Quid est ergo quod de his excogitare potuimus? Dicens scriptura diuina, quia fecit deus hominem, indefinita significantia omne hominum genus ostendit. Non enim nunc Adam in cōditione nominatus est, sicut & in consequentibus declarat historia: sed nomen homini creato, non cuilibet homini generale est. Hinc ergo ex hac generali naturæ appellatione, tale quid excogitare compellimur, quod diuina virtus atq; præscientia oēm humanam naturam in prima conditione complexa esse videatur. Oportet enim deo nihil indefinitum in his quæ ab eo creata sunt æstimare, sed singulis eorum quę sunt esse modum certissimum creatoris sapientia terminatum. Sic enī quilibet hic homo quantitate corporis terminatur, modusq; substantiæ eius est qualitas, quę simul cum superficie corporis explicatur, sic arbitror velut in vno quodam corpore, totam plenitudinem humanitatis ab vniuersitatis authore præscientiæ virtute complexam: & hoc scripturam insinuare, cum dicit: Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit illum. Non enim imago hæc in parte naturæ est, nec in vno aliquo qui in singularitate ꝓpria cernitur, ista gratia terminatur, sed in oīne genus æqualiter hæc talis & tan-
B ta potentia virtutis excurrit. Huius autē rei signum est, quod mens æqualiter oīnibus inserta est: Vniuersis autem cogitandi & recogitandi constat inesse rationem, cæteraq; omnia quibus diuinæ naturæ similitudo declaratur, in eo quod ad imaginem dei factus agnoscitur. Siue enim ille qui prima mundi est conditione formatus, siue hic q post consummationem totius mundi futurus est, æqualiter in se diuinam præferre ꝓbatur imaginem. Iccirco vnus homo vniuersitas appellata est, quia diuinæ potentiæ nec præteritum aliquid nec futurū, sed & quod expectatur, veluti si præsto sit, virtute qua continet intuetur. Omnis itaq; natura à primis vsq; ad nouissimos transcurrens, vna quædam est imago substantiæ: differentia vero in masculo & fœmina deinceps ob hanc (vt arbitror) causam in conformatione peracta est.

Quid oporteat respondere eis qui ambigentes inquirunt, an peccatum procreatio filiorum sit. Caput XVIII.

MElius autem priusquam propositio ventiletur, opinor absolutionem quæstionis quæ ab æmulis nostris profertur, inquirere. Dicunt enim ante peccatum nec partum fuisse, nec gemitum, nec appetitum, qui propagationi prolis obsequitur: pulsis autem de paradiso post delictum, & muliere parturitionis damnata supplicio, tunc Adam conuenisse, vt suam coniugem iure cognosceret, & sic effectum esse procreationis exordium. Si ergo nuptiæ in paradiso non erant, neq; gemitus ibidem, neq; partus, necesse esse aiunt, ex consequentibus æstimare, quod nequaquam multiplicarentur homines, nisi ad mortalitatem hanc immortalitas recidisset, & naturam nuptijs sua conuentione seruarent, pro defunctis eos qui nascuntur ex eis cōtinua successione restituens, ita vt videaī peccatum modo

quodam

quodam hominum vtiliter introductum. Mansisset autem in illis duobus genus hu- C
manum primitus formatis, cum ad successionem nullo mortis metu natura mouere-
tur. Sed in his itẽ vera quidem ratio quæcunq; illa est, solis est nota qui iuxta Pau-
lum felicis paradisi verbis ineffabilibus probãtur instructi, nostra vero talis esse mon
stratur assertio. Resistentibus quondam Saducæis veritati resurrectiõis, & illã multi-
nubam mulierem q̃ septem fratres habuit, in sui praui dogmatis confirmationem p-
ferentibus, ac deinceps cuius eorũ post resurrectionem foret vxor sciscitantibus, dñs
respondit: non solum Saducæos informans, sed omnibus futurę post resurrectiõem
vitæ sacramenta patefaciens. In resurrectione, inquit, neq; nubent, neq; ducent vxo-
res, neq; enim vltra mori poterũt, æquales enim ab angelis sunt, & sunt filij dei, cum
sint filij dei resurrectionis: Gratia vero resurrectionis nihil nobis aliud pollicetur,
quam vt antiquum in statum ex nostris lapsibus innouẽtur. Quidam namq; regres
sus ad pristinam vitam, gratia quam præstolamur, existit, quæ pulsum de paradiso
hominem illuc iterum feliciter introducit. Si igitur reparatorũ conuersatio, familia-
ritate ac numero sociabitur angelorũ, clarum est quod hõ ante ruinam quidam ange-
lus habebatur. Iccirco & cum priorem statũ vita nostra receperit, angelis indubitan-
ter æquabitur. Sed quamuis vt dictum est, cum inter illos nuptiæ nullæ sint, tamen
in infinitis milibus exercitus angelorum sunt, ita Daniele propheta in suis visiõibus
intimante. Ergo iuxta eundem modum si peccati nullus excessus ab illa nos angeli-
ca dignitate distraheret, nec nobis vtiq; ad multiplicationem generis nuptiæ necessa-
riæ probarentur. Sed quicunq; ille naturæ motus est, quo angeli multiplicantur, per
fectissimus quidem, licet coniecturis humanis excogitari nequeat. Veruntamen qui
profecto existat hic modus, & in his qui paulo minus quàm angeli honorati sunt, ef-
fectum suæ operationis ostenderit, vsq; ad prædestinatum numerum genus huma- D
num creatoris voluntate multiplicans. Si vero quispiam nos forte coarctet, ingrens
modum ipsum quo potuissent animæ fieri, si homo nuptiarũ opera non quæsisset, in-
terrogemus & nos, qui modus sit institutionis angelicæ, quomõ in infinitis milibus
& in vna subsistere probentur essentia, in multo nimirum numero constituti. Hoc qp
pe competentius respõdemus ei qui proponit, quomodo possit sine nuptijs homo p-
sistere, dicẽtes, eo mõ quo angeli sine nuptijs esse noscunt. Nam quod similis eis ante
transgressionem fuerit homo, rursus eiusdem similitudinem reformatio manifestat.
His igitur hoc modo patefactis, ad propositam quæstionem recurrat orõ, quũ, s. post
conditionem imaginis, differentiam maris & fœminę deus suo dignatus sit excogita
re firmamento. Ad hoc enim vtilem fateor esse superiorem hanc inspectionem, quę
à nobis exprompta est. Nam qui cũcta vt essent produxit, totumq; hominem sua dis-
positione ad diuinam formauit imaginem, nequaq̃ paruis ac modicis adlectiõibus
pertulit animarũ numerũ in sua plenitudine minus videri perfectum. Sed simul vni-
uersam plenitudinem humanæ naturæ effectu præscientiæ contulit, quã etiam sub-
limissimo, atq; angelorũ non dissimili fine cõdecorans, quia sciuit omnipotenti p̃ui-
dentia quod nõ recte moueretur humanæ voluntatis arbitrium, & propter hoc ab il
la angelica conuersatione recederet, ne per hoc humanarũ multitudo minueretur ani
marum, cadens ab eo modo quo multiplicati sunt angeli, propterea naturæ nostræ
congruam & dignam, his qui in peccato laberentur multiplicationis prouidentiam
format, pro angelica sublimitate, iumẽtorum atq; irrationabilium modum, quo ex-
isse sibi succedunt inserens humanæ substãtiæ. Hinc mihi videtur, & magnus ille Da
uid cõpatiens humanæ miseriæ talibus verbis eius deflere naturam, quod homo cum
in honore esset, non intellexit, honorem dicens, quod sanctis angelis consimilis fue-
rat, propterea cõparatus est iumentis insipiẽtibus & similis factus est illis. Vere nanq;
iumento similis factus est, qui hanc animalem generationem in sua natura suscepit,
propter conuersionis casum q ei ex conformatione materiæ contigit.

Quod

A ¶Quod passiones in nobis irrationabiles ex cognatione ipsius naturæ, probentur habere occasiones.

Caput XIX.

ARbitror enim ex hoc initio, etiam vitia vniuersa veluti è fonte quodã ma-
nantia scatere in hominis conuersatione miseranda. Hac autem præsens
assertio argumentatione firmatur, quod passionum quędam cognatio no-
bis & irrationabilibus æqualis appareat. Non enim fas est humanæ natu-
ræ (iuxta hoc quod ad diuinam speciem formata est) initia passibilis affectiõis ascri-
bi: sed quia irrationabilium animantium in hunc mundum vita præcessit, & ob p̃s
dictas causas homo quoq; ex eadem formatione aliquid habuit iuxta generãdi deco-
rationem, iccirco particeps etiam reliquorũ quæ in natura conspiciuntur effectus est.
Nec enim iuxta furorem homo deo similis est, neq; p passibilem voluptatem super-
eminens illa figuratur natura, metus quoq; & audacia, appetentia plurium, atq; dimi-
nutionis odium, horumq; similia, ab ea figura qua diuinitas exprimitur procul exi-
stunt. Hæc igitur humana substantia de rationabili parte contraxit. Ea namq; qui-
bus brutorum vita ad conseruationem sui munita est, ad hominis translata cõuersa-
tionem, passionum initia facta sunt. Furore namq; conseruantur bestiæ, quæ carne
vescuntur, quæcunq; vero lasciua sunt, genus suum propagatione multiplicant, fu-
ga custodit inualidum, & metus eum tuetur, qui facilius à fortioribus capitur, corpu-
lentum quoq; seruat edacitas, & si contigerit non assequi quod voluptas inquirit, fit
irrationabilis mœroris occasio. Hęc autem omnia & si qua sunt talia, ex animali bru-
taq; institutione generationi hominum accessisse non dubium est. Sed mihi conce-
datur vt iuxta quãdam fictionem rei mirabilis, humanam formam sermone descri-
B bam. Sicut enim videmus, de rebus fictis sculptilia fieri simulachra, quæ intuentium
animos ad stuporem vertunt. Hi qui huius esse probantur artis exculpunt ita, vt in-
terdum vnum caput biforme constituant: sic hominis duplex ac contraria similitu-
do quædam videtur existere, mente quidem qua deo dignus est ad diuinã formatus
pulchritudinem, passionibus autem quarũ pulsatur impetu ad bruta animalia quadã
proprietate coniunctus: Frequenter autẽ motus pene brutus efficitur, quoties ad mo-
tus irrationabiles penitus inclinatur, obscurans id quod est in se melius, deterioris af-
fectu. Mox enim vt quis ad passionis tabem efficaciam mentis inflexerit, eiq; sua con-
silia seruire compulerit, tunc quædam deprauatio bonę formationis ostenditur, &
ita natura omnis in maliciam commutatur, cum iam ratio penitus excolat principia
passionum, & in augmentum nequitiæ viciorũ causas ipsas cogitationes multiplicet.
Cooperationem namq; suam mens passionibus exhibens, multifidam densamque
maiorum copiam procreauit. Sic libido voluptatis exordiũ quidem de similitudine
naturæ irrationabilis habuit, sed in excessibus hominum vehementer adcreuit, tan-
tas differentias peccatorum quæ veniunt ex ipsa voluntate progenerans, quantas in
irrationabilibus inuenire non possis. Sic commotio furoris irrationabilis quidem
rei cognata est, crescit vero cogitationis accessu. Hinc enim memoria maliciæ, hinc
inuidiæ, hinc mendacium, insidiæ quoq; ac simulationes hinc esse monstrantur. Hęc
autem omnia ex iniquæ mentis cultura proueniunt. Nam si passionis impetus nullo
cogitationis extollatur adminiculo cito lassescit, furorq; vehemens inualidus appro-
batur, moxq; vt fuerit exortus extinguitur. Sic auida porcorum edacitas occasiones
auaritiæ præstitit, sic adsultatio equi, exordium superbiæ facta est, & omnia quę sunt
irrationabilium probamenta causarum, per malæ mentis vsum rationabilium ini-
tia sunt effecta mortalium. Sicut econtrario cum hos impetus cogitatio refrenat &
cohibet, in speciem virtutis protinus transferuntur. Nam ex furore quidem
fortitudo descendit, ex pauore cautela, metus autem subiectionem generat,
& odium

& odium auersionem malignitatis instigat, dilectionis etiam virtus desyderum ve- C
ri boni conciliat, exaltatio quoq; mores à passionibus eruit, & liberam prudentiam à
turpitudinis seruitute conseruat. Collaudat autem huius subtilitatis speciem & bea-
tus Apostolus, cum sæpe numero nobis imperat, vt ea quę sursum sunt sapiamus. Et
ita reperies quod omnis motus talis qui mentem in alta sustollat, ad pulchritudinem
diuinæ conformetur imaginis. Sed quia grauis quædam est & deorsum vergens qua-
litas delictorum, melioriq; parte valet, magis autem pondere naturæ irrationabilis a-
nimæ principale deprimitur, quoniam graue hoc atq; terrenum sublimitate mentis
eleuatur. Iccirco plerumque contingit, vt munera diuina ignoret nostra miseria, pul-
cherrimæ imagini fœdissimam faciem passionis obducēs. Ideoq; digni sunt qui ista
cernentes, non facile diuinam formam talibus inesse consentiunt, sed per eos q recte
vitæ conuersatione resplendent, diuinam in hominibus imaginem contueri. Nam si
vitiosus quisq; vel carni deditus non finit de homine credi, quod sit diuina pulchritu-
dine decoratus. Sed illi qui in virtute perfectus est, & ab omni contagione purissimus,
eam firmet opinionem, quæ de hominis parte meliore subsistat, vt (melius enim pro-
batur exemplo quod dicitur) Aliquem decorem naturæ contactu malignitatis im-
minuit, Ille vel maxime qui in peccatis probatur esse notissimus, vt fuit Ieconias, vel
quispiā alius qui in nequitia clarus esse memorat. Sed in Mose eiusq; similibus ima-
ginis pulchritudo perfecta conspicitur, in quibus itaq; decor nulla obscuritate fœda-
tur, in his euidens eorum quę dicuntur fides elucet, eo quod homo diuinæ bonitatis
imitator existat. Sed forsitan aliquis erubescit quod sumentes cibum irrationabilis
vitæ nos similitudo constringat, & iccirco indignum putat hominem, qui ad imagi-
nem factus est; sed huius quoq; functionis speretur immunitas naturę nostræ in illa
vita quæ futura est quandoq; tribuenda. Non est enim sicut ait Apostolus: Regnum D
dei esca & potus, nec in solo pane hominem viuere, testatus est dominus, sed in omni
verbo quod procedit de ore dei, nec non & resurrectionis gloriā cum vitam nostram
coæquandam angelis approbet. Apud angelos autem cibus non est. Idonea prorsus
fides est hanc homini functionem fore liberam, qui ad similitudinem factus est an-
gelorum.

❡ Mystica interpretatio eius, quod de omni ligno quod in paradiso erat homo edere permittebatur. Caput XX.

SED forte non in eandem iterum vitæ speciem regredi quis hominem di-
xerit, cum primitus edendo viueremus. Verum ego sanctam scripturam
audiens nō cibum corporeum noui, nec solum quæ ex carne est lætitiam.
Sed & aliam escam prorsus agnosco, quæ similitudinem quandam pro-
portionis escæ huius corporis gerat, cuius etiā voluptas atq; suauitas ad animum so-
lummodo transeat. Vnde & sapiētia esurientes cohortatur & dicit: Edite de meis pa-
nibus: Et beatus asserit dominus eos, qui huiuscemodi cibos esuriunt. Et si quis ait
sitit veniat ad me & bibat. Magnus quoq; Esaias, bibite inquit læticiam, præcipiens
his qui eius audire magnificentiam possent. Est autem quædam etiam prophetica
comminatio in eos qui tali vltione digni sunt, vt tanquam fame puniantur. Fames
autem non indigentia panis aut aquæ, sed verbi defectus est. Non fames (inquit) pa-
nis, neq; sitis aquæ, sed audiendi verbum dei. Plantationis ergo illius quæ in Edom
à deo facta est. Voluptas autem (quam interpretatur Edom) dignum quendam fru-
ctum nos excogitare compellit, ex quo indubitanter alebatur humana substātia, nec
hanc profecto voluptatem quæ transit ac defluit in paradisi cōuersatione sentire cō-
uenit. Ab omni ligno, inquit, quod est in paradiso comedes. Quis dabit ei quod salu-
briter esurit lignum illud quod est in paradiso, quod omne bonum prorsus ample-
ctitur,

A ctitur,cui nomen eſt omne,cuius participationem lex homini tribuit. Generali nanꝗ & ſupereminenti verbo,omnis hæc bonorum ſpecies ſibi cognita eſt,totumꝗ hoc
vnum eſt,quis autem me ab illius ligni guſtu permixti,ſ.atꝗ in vtramꝗ partem ver
gentis amoueat? Non enim prorſus habetur incertum apud eos, quos gratia cōtem-
plationis illuſtrat,quid ſit omne lignum cuius fructus vita eſt,& iterum quid ſit hoc p
miſcuum atꝗ confuſum,cuius contactu mors gignitur. Qui enim omnem iucundi-
tatē copioſa largitate conceſſit,profecto quadam ratione atꝗ prouidentia hominem
à communium pceptione prohibuit. Ac mihi videtur oportere non magnificentiſ-
ſimum Dauid & ſapientiſſimum Salomonem legis huius deſertores aſſumere. Vtriꝗ
enim huius cibi viuam gratiam profeſſi ſunt. Id enim quod vere eſt bonum, omne v-
tiꝗ bonum eſt. Dauid quidem dicit: Delectare ſeu deliciare in domino. Salomon au
tem ſapiētiam ipſam,quæ eſt dominus, lignum vitę cognominat. Ergo idipſum eſt
lignum vitæ,quod eſt lignum omne,cuius cibum omnem ei qui ſecundum deū cre-
atus eſt,lex diuina conceſſit. E contrario vero ab hoc ligno,lignum ſecernitur aliud,
cuius eſca ſcientiæ boni & mali eſt, non vtrumꝗ ſeorſum iuxta ſignificantiam con-
trarietatis in parte fructificans,ſed quendam confuſum fructum permixtumꝗ pro-
ferens aduerſa qualitate ſibi concretum, à cuius perceptione author quidem vitę nos
prohibet. Perſuadet aūt ſerpēs vt edatur, vt per hoc mortis machinetur ingreſſum, q
ſuaſione ipſa præualuit lethale conſilium tribuens, & colore quodam fallaci eũdem
fructum voluptatum reſpergens,ita vt ſuauiſſimus appareret & appetitum guſtatus
accenderet.

B ¶ Quæ fuerit in paradiſo vita, & quale ſit illud lignum quod inter di-
ctum eſt. Caput XXI.

Quid igitur illud eſt quod boni maliꝗ ſcientiam continet,atꝗ per volupta
tem ſenſuum videtur eſſe gratiſſimum, putaſne coniecturis ſtudio nō pro
cul à veritate deſciſco,ſcientiæ abutens intelligentia, per huius contempla
tionis obtentum. Opinor enim non diſciplinam in præſenti hanc ſcien-
tiam poſſe ſentiri,eorum qui exercitatos habent ſenſus,quandam vero differentiam
ſcripturarum conſuetudinem diuinarum ſcientiæ atꝗ diſcretionis inuenio. Nam iu-
xta diſciplinam bonum à malo diſcernere, perfectioris eſſe habitus dicit Apoſtolus,
eorum qui exercitatos habent ſenſus. Iccirco etiam vt omnia pbemus edocuit, & ſpi-
ritualis viri proprium eſſe dixit,quod poſſit omnia iudicare atꝗ diſcernere. Scientia
vero non vbiꝗ diſciplinam atꝗ noticiam ſecundum ſignificantiam ſuam ſemper in-
ſinuat, ſed in bonam partem iuxta effectum gratiæ dicitur, vt eſt illud: Nou:t domi-
nus qui ſunt eius. Et ad Moſen ait deus: Noui te præ omnibus, & his quæ culpantur
in malis,qui nouit omnia teſtatur & dicit,nunquam noui vos,ergo lignum illud qđ
ſcientiam permixtam confuſamꝗ fructificat ex his eſt,quæ nobis interdicũtur à do
mino. Contrarijs namꝗ qualitatibus fructus ille videtur eſſe coniunctus, qui etiam
aſſertorem probatur habere ſerpentem. Secundam hanc fortaſſe rationem quod ma
lum non proponitur nudum atꝗ intectum, vt ipſum per ſeſe iuxta naturā ſuam con-
ſpici queat, alioquin inefficax malicia ipſa manſiſſet nullo boni colorata figmento,
per quod is qui decipitur in eius attrahi deſiderium poſſit: nunc autem pmixta quo-
dammodo mali natura eſt,in alto quidem perniciem continens, veluti quaſdam io-
cans apertas inſidias. In ea vero ſeductione quæ non patet,boni quādam imaginem
præ ſe fert,bonum namꝗ videtur auaris & cupidis materiæ, id eſt,auri color,ſed ra-
dix omnium malorum eſt auaritia. Quis autem in cœnum teterrimæ ac fœdiſſimæ
libidinis rueret, niſi voluptatem bonum quiddam acceptumꝗ reputaret, ad paſſiōis
morbum quadam pellectus illecebra? Sic & cætera peccatorum,permixtam prorſus

C habent

habent differentiam, quæ acceptissima primo putantur aspectu, & reductionis fuco
pro bonis ab inconsideratis & imprudentibus appetuntur. Quia ergo plerięq id esse C
bonum quod sensus lætificat, arbitrantur, & quædam est cognatio nominis, seu ve-
raciter existentis boni, seu quod bonum putatur, & non est, hac de causa cõcupiscen
tiã illam quæ ad malum velut ad bonum pertrahit, mali & boni scientiam scriptura
sancta commemorat: dum scientia ista quẽdam declaret affectum, nec absolute ma-
lum, quia boni superficie coloratum est, nec synceriſſime bonum, quia mali in eo deli
tescit exitium, sed promiscuum. i. ex vtroq; perplexum, interdicti ligni fructum esse
restatur, cuius gustum dixit ad mortem tangentes attrahere. Pene hoc euidenti & do-
gmate & voce proclamans, quia quod vere est bonum, simplex & vnicum est, à natu-
ra omnium alienum, malum vero varium atq; fucatum est quod aliud quidem pute
tur esse, aliud vero ipsa experientia comprobetur, cuius scientia, id est, operationis ef-
fectus causa est mortis & corruptionis exordium. Ideoq; præmonstrans serpens fru-
ctum peccati nequissimũ, non sicut sese habet naturæ malum euidenter ostendit (ne-
quaquam quippe homo seduceretur aperta malitia) sed quadam specie quod appa-
rebat illustrans, voluptatemq; per sensus insinuans atq; inferens gustui, transgressio-
nem mulieri persuasit. Sicut scriptura dicit: Et vidit mulier quod bonũ esset lignum
ad vescendum, gratumque oculis ad videndum, & pulchrum ad contrectandum, &
sumpsit de fructu eius atq; comedit. Esca autem illa mater mortis hominibus facta
est. Nec est igitur permixta fructificatio. Manifeste nanq; sermo patefecit intelligen
tiam, quemadmodum boni & mali sciẽtia lignum illud appellatum esse videatur. Si-
cut venenum melle circumlitum, secundum id quod sensus mulcet insparsa dulcedo
bonum esse creditur, secundum id autem quod sumentes intercipit atq; corrumpit, ef
ficitur omni malo deterius. Vt ergo prævaluerunt aduersus hominis vitam venena
mortifera, tũc homo magna res, magnumq; vocabulum, diuinęq; figuratio naturæ, D
vanitati sicut dicit propheta similis factus est. Igitur imago dei in his quæ optima in
nobis intelliguntur proprie cernitur, quæcunq; vero in vita nostra miseranda viden
tur & tristia, diuina prorsus similitudine probantur aliena.

¶ Quod resurrectio non tantum ex scripturarum prædicatione, quãtum ex ipsa rerum necessitate debeat sustineri.

Caput XXII.

SED non est ita robusta malicia, vt prævaleat diuinæ potentiæ, neq; me-
lior aut perseuerantior naturæ nostræ inconstantia, quàm sapientia dei.
Non enim possibile est, vt mutabile hoc & conuertibile tenacius existat
& firmius, quàm ad ipsum quod iugiter permanet, & in bono sine vlla cõ-
mutatione perdurat. Diuinum igitur consilium prorsus incommutabile semper est,
mutabilitas autem nostræ substantiæ, nec in malo retinet firmitatem. Quod eñ sem-
per mouetur, siquidem ad bonum tendit eius accessus, propter infinitam rem quam
proficiendo consequitur, nunq̃ terminabitur illius in anteriora progressio, quia non
poterit huius quem quærit vllum terminum reperire, quo cõphenso motus suus
debeat quandoq; consistere. Si vero ad contrarium deflectat eius intentio, vbi nequi
tiæ peregerit cursum, & ad summum fastigium mali peruenerit, tunc iugis se mouen
tis impetus nullum statum de sua natura reperiens, vbi maliciæ spacia determinata
cucurrerit, necessario motum iam ad optima quæq; conuertet. Cum eñ malitia nul
latenus indeterminate promoueatur, sed necessariis finibus includatur, consequen-
ter mali terminus erit boni successio, & ita sicut dictum est natura nostra quę semper
immota est quadam regressione boni deinceps iter excurrit, memoria malorum qui
bus affecta est ne rursus ad similia recedat erudita. Iterum ergo cursus noster erit in
bonis,

A bonis, propter quod necessarijs vt dixi finibus natura maliciæ ꝓbetur esse præscripta, & sicut aiunt hi qui de rebus sublimibus disputãt, superioribus mundi partibus vniuersum mundum luce compleri, tenebras autem ex vmbra terreni corporis & oppilatione generari: Et hoc quidem iuxta figuram corporis in modum sphæræ collecti, & post tergum solis radios coni instar excludentes accedere. Solem vero multo quam terra est maioris magnitudinis existẽtem, vndiq; eam suis in circuitu radijs ambire iuxta coni terminum emissiones luminis amouentem, ita vt si cõcedatur alicui quadam virtute, mensuram illam in quam extenditur vmbra transire, erit profecto semper in lumine, nullis occurrentibus tenebris. Sic arbitror & de nobis excogitari debere, quod egressi fines maliciæ, vt in summis fuerimus peccatorum tenebris collocati, rursus versemur in lumine ꝑ secula nullis comprehẽsa terminis veluti mensuram vmbræ bonorum superexcellentem substantiam. Rursus ergo paradisus, rursus omne illud lignum, quod & bonum vita est, rursus imaginis gratia & dignitas principatus. Nec mihi videtur horum quæ nunc ad vitæ necessarios vsus à deo hominibus data sunt, sed quodã rei alterius spes repromittat, cuius ratio ineffabilis approbetur, sed consequentia eorum quæ discutimus prosequamur.

¶ Aduersus eos qui dicunt si bona & optima est resurrectio mortuorum, cur non olim facta est, sed quibusdam temporum circuitionibus sustinetur.

Caput XXIII.

B Fortassis enim quis ad dulcedinem tantæ spei cogitatione succensus, graue onus magnumq; putat esse dispendium, quod non ocius ad illa bona perueniat, quæ humanum sensum scientiamq; transcendunt, moleste ferens intercapedinem temporis, quæ dilatione sui desideratã distendit, vel non angustetur sicut paruulus, modicam voluptatis morulam impatienter expectans. Nam quia ratione & sapientia dispensantur vniuersa, necesse est q̃cunq; fiunt nõ sine ratione & sapientia contineri. Dicis itaq; mihi, quę est ista ratio, per quam non datur statim ad id quod desideratur ab hac vita molestissima peruenire, sed certis præfinita temporibus grauis hæc & temporalis conuersatio, totius consummationis terminũ sustinet, vt tũc humana vita, veluti quibusdam absoluta repagulis, quieta rursum ac libera ad beatum & impassibilem statum futuræ contẽplationis occurrat. Sed ad hęc, vtrum veritati propinquet ratio, de his quæ perquiruntur ipsa euidenter veritas nouerit, quod autem nostram subit intelligentiam tale est. Dico etenim sermonem primum rursum assumens quo dixerit deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, imago quippe dei perfecta in omni humana natura modum perfectionis est consequuta. Adam vero necdum formatus est, terrena vero conditio iuxta quandã sui nominis expõnem dr̃ Adam, vt asserũt; q Hebrææ linguæ periti sunt. Iccirco & Apostolus patria voce. i. Israelitarum sufficienter instructus, hominem de terra terrenum nominat, veluti in græcum sonum Adæ vocabulum transferens. Factus est igitur ad imaginem homo vniuersalis, s. natura deo simillima, & factus est ab om̃ipotenti sapientia non pars totius, sed omnis naturæ simul plenitudo. Vidit autem, quia omnes fines cõtinet sicut scriptura commemorat, quia in manu eius oẽs fines terræ, vidit qui nouit omnia antequam fiant diuina scientia cuncta complectens, quanta iuxta numerum in singulos futura esset humanitas. Et quia pariter quoq; vidit figmentum ad malum nisus habere proniores, & quod ab angelica dignitate sponte defluens, communi naturæ humillime necteretur, iccirco quiddam

de irrationalibus imagini suæ permiscuit. Nō enim est in illa diuina & beatissima na C
tura differentia maris & fœminę, sed quandam proprietatem irrationalis vt dixi for
mationis ad hominem transtulit, nequaquā iuxta creationem illam sublimissimam,
multiplicationem nostræ generatiōis instituens. (Non enim quando ad imaginem
dei fecit) tunc crescere & multipiicari homines imparauit, sed quando fecit masculi
& fœminæ differētiam, tunc ait: Crescite & multiplicamini & implete terram, quod
non est diuinæ naturæ, sed irrationabilis ꝓprium, sicut historiæ textus ostendit, quæ
primitus hic de irrationalibus à deo prolata fuisse significat. Quod si prius dif-
ferentiam masculi fecisset in nobis & fœminæ, & per hanc vocem, qua dictum est:
Crescite, vim multiplicationis homini contulisset, nequaquam generationis huius
indigeremus specie, per quam irrationabilia contemplantur. Quia igitur ante con-
templatus est virtute præscientiæ suæ deus plenitudinem hominum per animalem
procreationem ad vitam esse venturam, qui cuncta ordine & ratiōe dispensat, hanc
homini generationis speciem necessariam condidit, quæ ad humilitatem naturæ no
strę procliuior foret, quam vidit antequàm fieret, qui futura tanquam præsentia con
tuetur. Idcirco ad creationem hominū mensuram quoq; temporis ante disposuit, vt
iuxta commorationem prædestinatarum in hoc mundo animarum simul & mora
temporis tenderetur, & tunc ipsius temporis fluens motus tandem aliquando consi-
steret, cum iam in eo humanum genus oriri non posset. Consummata ergo genera-
tione hominum, simul quoq; tempus deficiet, & sic restitutio fiet omnium, in qua vni-
uersali transformatione commutabitur genus humanū, à corruptibili & terreno sta-
tu ad impassibilem transiens & æternum, quod mihi videtur & sanctus Apostolus ad
Corinthios stationem subitam temporis, & econtrario resolutionem rerum prædi-
xisse mobilium, in quibus ait: Ecce mysterium vobis dico, omnes quidem resurge-
mus, sed nō omnes immutabimur in momēto in ictu oculi in nouissima tuba. Cum D
enim plenitudo vt arbitror humanæ naturæ iuxta præscitum à deo modum ad suos
venerit terminos, quibus ad incrementum numeri animarum nihil vlterius desit, in
momento temporis eorum quæ sunt commutationem fieri docuit, momentum no-
minans & ictum oculi illius temporis indiuiduum & sine vlla distantia terminum,
ita vt nequaquam possibile sit iuxta nouissimum & supremum quicquam plus cele-
ritatis accedere, propter quod multa pars extremitati relinquetur, quæ hanc circum-
actam commutationem in morte possideat, sed mox vt resurrectionis insonuerit tu-
ba, quæ tunc excitatura est mortuos, & his qui in vita reperti fuerint, iuxta similitu-
dinem eorum qui de mortuis resurrexerint immutatis, ad incorruptionem pariter ve
nient, vt iam nequaquam deorsum ꝓmātur corporeo pondere, nec eos moles terre-
na detineat, sed sublimiter in aera perferantur. Rapiemur enim, inquit Apostolus, in
nubibus obuiam domino in aera. Et ita semper cum domino erimus. Igitur expecta
mus tempus illud, quod nunc necessario humanis incrementis extenditur. Nam &
Abraham, & qui cum eo patriarchæ sunt habuerunt quidem desiderium videre bo-
na domini, nec quiuerunt cœlestem patriam perquirere, sicut idem dicit Apostolus:
Sed tum adhuc gratia spei sunt constituti deo pro nobis melius prouidente, iuxta
eiusdem beati Pauli vocem, ne sine nobis cōsumarentur. Si igitur illi dilationē hanc
æquanimiter pertulerunt, qui de longe spe sola atque fide cernentes bona domini &
salutantes ea, sicut testatur Apostolus, certam sperandarum rerum iucunditatem in
eo tantummodo collocarunt, quod fidelem promissorem confisi sunt, quid nos plu-
res conuenit æstimare, quibus forsitan nec ad meliorem spes ex vitæ potest qualitate
suppetere? Defecit & præ desiderio prophetæ anima, qui per psalmodiam amoris sui
magnitudinem confitetur & dicit, concupiscit & deficit anima mea in atria domini,
& si eum in extremis proijci contingat, id postulat, tanquam maius sit atq; præstan-
tius

A tius, in illis esse nouissimum, quàm primum in tabernaculis peccatorum. Veruntamen dilationis erat patientissimus, beatificans quidem illam conuersationem breuemq; participationem eius milibus præsentis temporis anteponens. Melior enim est, inquit, dies vna in atrijs tuis super milia. Sed tamen necessariam dispensationem eorum quæ geruntur non ægerrime ferebat. Idonea vero res ad beatitudinem consistat hominibus, quod bona sperare non desinant, iccirco idem propheta in fine ipsius psalmi ponit & dicit: Domine deus virtutum, beatus homo qui sperat in te. Non itaq; cõuenit paruam curam eorum quæ ventura sunt angusto pectore retinere. Sed ne potius à promissis excidamus, studium nos oportet impendere. Quemadmodum enim si quis me inexpertum rudemq; præmoneat, quod æstatis tempore fructuum fiat opulenta collectio, & replebuntur qdem horrea frugibus, mensa vero copia ipsius vbertatis cibis erit referta quamplurimis, vanus profecto videbitur, si aduentum temporis anticipare festinet, qui debet vtiq; primum semina spargere, fructusq; sibi diligentia ipsa præparare velit nolit. Tempus enim sicut præfixum est, veniet, quod non similiter excipient hi qui sibi prouident abundantiam frugum, & qui omni apparatu vacui hora ipsa fuerint cõprehensi: sic & nobis arbitror expedire cum sit omnibus patefactum prædicatione diuina quæ nunc geritur, futurum tempus nostræ cõmutationis insistere, non tempora discutere q̃ ventura sunt, quia non esse nostrũ ait scriptura, nosse tempora vel momenta, neq; cogitationes aliquas exquirere, quibus à spe resurrectionis anima debilitata lassescat. Sed siqua credulitas eorum quæ promittuntur in nobis est, debemus conuersationis optimæ studijs inhærentes, futuram gratiæ antiquitatem ipsam venerabilem æquanimiter operiri.

¶ Quod qui exordium constitutionis mundi fatetur, necessario eius etiam de fine concedat. Caput XXIIII.

B SI quis autem mundi cursum q nunc est quadam sese lege mouentem conspiciens, per quam spacium labitur temporale, nequaquam dicat mobilium cessationem quæ prædicta est posse cõtingere: manifestum est hic q̃d nec in principio factum à deo cœlum terramq; fateatur. Qui enim principium motus credit, de fine omnino non ambigit. Qui vero finem non recipit, cõstat eum nec initium accepisse. Sed sicut fide aptata esse secula intelligimus verbo dei, sicut Apostolus ait, vt ex inuisibilibus visibilia fierent, eadem fide mutetur de verbo dei, qui necessariam eorum quæ sunt translatiõem fore prædixit. Quo autem id fiat modo, curiosi est quærere. Nam & ibi perfecta esse quæ videntur, ex inuisibilium fide percipimus, inquisitionem incomp̃hensibilium trãseuntes: quinimo cum de multis ignorare nos sermo commoneat, non paruam satisfactionem de rerum credendarum ambiguitate concessit. Liceret enim contentiosis & ibidem quibusdam argumentationibus fidem consequenter euertere, ne de materiali conditione vera esse putetur oratio, quam sancta scriptura pronunciat, omnia quæ sunt, ex deo esse confirmans. Qui vero contraria ratione nituntur, coæternam deo dicunt esse materiam, talibus argumentis suum dogma fingentes: Si simplicis deus naturæ est, sine materia vtiq;, & sine quantitate, & sine mole, & sine compositione est, cuiuslibet figuræ præscriptionis alienus existens. Omnis autem materia in spacio; distentione perspicitur, comp̃hensionem sensuum nequaq̃ prorsus effugiens, quæ in colore ac figura, mole quoq; & q̃litate & impsstione vel duritia, ac reliquis similibus rebus agnoscitur: quorum nihil in natura diuina potest penitus inueniri. Quod ergo machinamentum est, vt ex eo q nulla distantia p̃scribitur, natura procedat, quę distantijs continetur? Si enim hęc exinde creduntur existere, certum est quod inhærere illi & iuxta ineffabilem rationem,

sic in generationis ordinem peruenisse putanda sunt. Si autem in eo res est materia- C
lis, quomodo materialis ipse non est, qui in se materiam continet? Similiter autem,
& omnia quibus materialis natura figuratur, si ideo ergo creditur esse quãtitas, quo-
modo sine quãtitate est deus? Si in eo quod compositum est, quomodo ipse simplex
& sine compositione est? Vnde eum aut materialem esse necesse est, quia ex ipso subsi
stere materiam ratiocinatio ipsa compellit. Aut si quisquam hoc refugit, extrinsecus
introductam esse materiam ad constitutionem vniuersoꝝ nihilominus æstimabit,
Si igitur extraneum erat, aliud præter dominum fuisse constabit, qui simul intelliga-
tur secundum rationem perennitatis cum ingenito substitisse, ita vt duo principia pa
riter ingenita ratiocinatio colligat, eius, s. qui artificiosius operatur, & qui hanc disci
plinabilem formam huius operationis excipiet. Si quis autem veluti necessitate com
pulsus, supponat sempiternam omnium conditorum materiam, quã tum Manichæ
us suoꝝ dogmatum fauorem defensionemq; reperiet? Qui materialem causam iu-
xta ingeniti in generationem bonæ naturæ coæquare contendit. Sed nos audientes
ex deo esse omnia, scriptura dicente retinemus, & qualiter ex Deo sint, quia super in-
tellectum nostrum est nequaq̃ curiose ꝑquirimus, diuinam naturam creatricem cre-
dentes esse cunctorum q̃ & qđ ratio erat cõstituit, & constitutum iam in quam volue
rit quantitatem mira cõmutatione perquireret. Consequenter ergo arbitramur, ea
quæ sunt ad illam institutionem quæ necdũ est, diuinæ virtutis voluntate posse sub-
sistere, si & consummationem rerum ad ipsius potentiam referentes, in nullo discipli
næ nostræ ratiõem ꝓter id quod dicere credimus, assumeremus, quamuis possemus
quadam inuentione verborum suadere illis, qui de materia contendiosius disputant,
ne auderent facile disputationi nostræ deinceps obuiare.

¶ Caput subsequens ad hunc librum non pertinet, sed e libro de elementis
huc ex argumenti similitudine fortassis irrepsit, quo loco quartũ caput est. D

¶ De natura cœli, quod non sit ex quatuor elementis secundum Aristotelem.

ARistoteles autem quintum inducit corpus, æthereum inquam, quod in cir-
cuitu fertur, nolens coelum ex quatuor elementis generatum esse, in circui
tu autem ferri dicit hoc quintum corpus, quod circulari circumgyratione
moueatur, quod Plato ex igne & terra constare manifeste differit, ita in-
quiens. Corporeæ speciei, & visibile & tangibile, quod sit, esse optet, sine igne autem
nihil vnquam visibile fiet, neq; sine solido tangibile, at solidum nequaquam absque
terra existit. Proinde ex igne & terra, huius vniuersi corpus inchoans deus fecit, duo
autem sine tertio bene consistere neq̃unt, vinculo enim vtrumq; coagmentanti opus
est, vinculum vero optimum est, quod & seipsum & quæ colligantur, quammaxime
vnum efficit, hoc autem conuenientissime proportionata est perficere, vinculum di
cens, media duo elementa ex huiusmodi proportione assumpta. At qui Hebræoꝝ
doctrinam colunt, de coelo & terra euariant, nam hi quidem fere omnes ex nulla ꝓ-
cedente materia genitum esse cœlum & terram dicunt, quia Moses ait, in principio
fecit deus cœlum & terram. Apollinarius autem vult ex abysso fecisse deum cœlum
& terram, verum abyssi vt genitæ, Moses de generatione cœli non meminit. In Iob au
tem dictum est, ꝙ fecit abyssum, ex hoc igitur censet omnia alia generata esse, nõ ta-
men ingenitam vult, sed ante cuncta corpora productam eam esse, & præsumpsisse
à conditoré ad aliorum subsistentiam manifestationem. Vnde abyssi ὕλης, sed quo-
modo-

A modocunqꝫ hoc ſe habeat, nihil refert. Nam & ita omnium deus conditor oſtenditur, ex non entibus feciſſe omnia. Aduerſus eos vero qui vnum ſolum elementum eſſe aſtruunt, terram, ignem, vel aerem, vel aquam, quæ ab Hippocrate dicta ſunt ſufficient. Si enim dumtaxat vnum eſſet, nunquam doleret homo, neqꝫ enim eſſet à quo doleret ſi vnum exiſteret, ꝙ ſi doleret, vnde nam eſſet quod ſanaret? Oportet autem ægrum cum ſenſu tranſmutari. Si vero vnum ſolum eſſet elementum, non exiſteret vtique in quod tranſmutaretur, non tranſmutatum autem, ſed manens in ſeipſo nequaquam doleret, etiam ſi ſenſibile foret, at quod patitur, ab aliquo pati neceſſe eſt. Si itaque vnum modo eſſet elementum, præter illius qualitatem nulla alia foret, à qua pateretur animal. ꝙ ſi neque tranſmutari neque pati quiret, quonam pacto doleret? Oſtendens igitur hoc impoſsibile eſse ex confeſso inducit, ſi autem doleret, vnde nam eſset quod ſanaret? Nunc autem non eſt vnum quod ſanat, ſed multa, minime ergo ex vno elemento conſtituitur homo. Cæterum ex quibus ipſi conantur proprium quiſqꝫ cōmunire dogma, his maxime oſtenditur quatuor eſse elementa, etenim Thales aquam ſolam dicens elementum, demonſtrare nititur, reliqua tria ab hac generari, nam hypoſtaſim eius terram fieri, quod λεπτομερέστερον eſt, aerem, quod tenuius autem aere, ignem. Anaximenes vero aerem ſolum ponens, oſtendere quoqꝫ tentat, alia elementa ex aere produci. Heraclitus item & Hipparchus Ponticus ignem adſerentes, ijſdem demonſtrationibus vtuntur. Cum itaqꝫ & hi dicant ignem aliorum elementorum eſse generatiuum, & iſte ſimiliter aerem, ille vero aquam, manifeſte liquet, quoniam omnia elementa vicifsatim ſe tranſmutant, inque ſe inuicem vertuntur, quodlibet horum elementum eſse, neceſsario conſeq. Quodcunque enim quatuor elementorum adſumpſeris, & hoc ab alio fieri comperietur.

B ¶ Aduerſus eos qui audent aſserere coæternam deo eſse materiam.

Caput XXV.

NON enim iuxta eorum quæ per conſequentiam reperiuntur materiæ fertur opinio, quæ ex intellectuali hanc quoqꝫ ſine materia exiſtere pronunciat. Omnem namqꝫ materiam quibuſdam ſubſiſtere qualitatibus inuenimus, quibus ſi priuetur, nulla ratione poterit comprehendi. Sed enim vnaquæqꝫ qualitatis ſpecies, ſubiecta ratione diuiditur. Ratio autem intellectualis eſt, nec eſt eius corporalis inſpectio, vtputa ſit in contemplatione noſtra propoſitum animal aliquod vel lignum vel quid aliud, qđ materiali conſtitutione ſubſiſtit, multa de eodem ſubiecto cogitationis diſcretione perpendimus, quorum ſingula quæ ſimul inſpecta ſunt, ſine permixtione aliqua ratione & ordine continentur. Alia namqꝫ coloris eſt ratio, & alia ponderis quantitatis. Item & qualitatis alia, & alia nihilominus tactus, nam mollicies & bipedale & reliqua quæ dicta ſunt, neqꝫ ſibi inuicem neqꝫ corpori vlla ſimilitudinis ratione conſentiunt. Singulis enim propria q̄dam ratio interpres adiuncta eſt, nulli earū q̄ in ſubiecto ſuo cernunt q̄litati cōmunicans. Si igit̃ intelligibilis q̄dem color, intelligibilis etiā figura, necnon & quantitas cæteraqꝫ huiuſmodi proprietatū. Horum vero ſingula ſi auferas à ſubiecto etiam rō corporis tota diſſoluitur, conſequens eſt vt quorum abſentiam reſolutionis corporis cauſam eſſe cognoſcimus, horum conuentum atqꝫ concurſum perficere materialem naturam æſtimare debeamus. Sicut enim corpus nō eſt color aut figura, aut

distans

distantia, aut pondus, aut reliqua proprietatum cuicunq; adsunt, ad horum singula sicut diximus corpus esse non possunt: sed aliud quid præter corpus iuxta suam proprietatem esse monstratur: ita econtrario vbicunq; memorata concurrunt, substantiam perficiunt corporalem. Etenim si intellectualis horum probatur inspectio, intellectualis autem diuina natura est, nihil incongruens ex incorporea natura intelligibili has occasiones ad corporalem generationem posse subsistere, cum intellectualis quidem natura intelligibiles potentias faciat, earum vero conuentus in inuicem materialem naturam ad generationem consequenter educat. Sed hæc in transcursu discussa sunt. Nobis autem rursus ad fidem ratio tota referenda est, per quam ex non extantibus omnia substituta esse didicimus, & rursus in alium quendam transmutanda statum scripturis venerabilibus edocti, minime dubitamus. C

¶Quemadmodum quis etiam ab his qui foris sunt adducatur, vt scripturæ docenti de resurrectione debeat credere. Cap. XXVI.

SEd forte quispiam corpora iam soluta conspiciens, & pro modo suarum virium diuinam perpendens rõnem resolutionem impossibilem esse fateatur, & stare quæ mouentur, imo & surgere quæ modo non mouentur, fieri nõ posse pronunciet. Sed quicunq; est ille primum quidem & maximum de resurrectione veritatis accipiat argumentum, quod prędicator eius probetur omni fide dignissimus, eorum vero quæ dicuntur fides ex his quæ pdicta ac completa sunt, suam retinet firmitatem. Quia vero plures nobis diuersosq; sermones diuinæ scripturæ commendauit authoritas, facile reor vtrum falsa an vera sint, ea quæ dicta sunt, ex his quæ iam completa sunt explorare, & per illa hoc quoq; dogma resurrectiõis inspicere. Nam si in aliis rebus falsi sermones & procul à veritate mõstrantur, nec hoc extra mendacium esse cognoscitur. Si vero cætera omnia vera experientia ipsa testãte, consequẽs est, per ista veram pdicationem resurrectionis existere. Quapropter vnius vel duorum de his quæ sunt prędicta memoremus, simulq; eorum proferamus euẽtum, quatenus agnoscere possimus, vtrum veritati oratio nostra respondeat. D Quis igitur ignoret qualiter antiquitus floruerit Israeliticus populus, omnibus se propemodum mundi potestatibus efferens, qualia eorum regna erant in vrbe Hierosolyma, quales muri vel turres, templi quoq; quanta magnificentia: vt etiam discipulis Christi viderentur miraculo, ipsumq; dominum precarentur attendere. Sicq; erãt ex his quæ cernebant stupore admirationis affecti, vt sancti euangelii declarat historia, dicẽtes: Qualia opera, qualesq; essent ædificationes, dñs autem futuram loci desertionem & pulchritudis illius exterminiũ, his q in psentiarum nimis admirabãtur insinuat, nihil eorum quæ videbãtur, post paululum dicẽs esse mansurum: Sed & tempore passionis, cum eũ mulieres seq̃rentur plangentes, atq; lamentãtes quod damnatus esset iniqua sentẽtia (necdum eñ dispensatiõem eorum quæ gerebãtur intelligere poterãt) conſilium præbuit, & pro his quæ circa se fiebant quiescerẽt, quia lachrymis digna non essent, differrent aũt lamentationes vel planctus in tempus illud, quo veras exprimerent, qñ ciuitas eorum pmeretur ab obsidentibus, & in hoc angustiarum, & calamitatis venirent, vt beatum tñ qui non esset natus eo tpe testarent. In qbus etiam scelus illud, quo suos p fame filios vorarent, pnunciauit verbis dicens: In diebus illis sterilem quæ nõ pareret esse felicem. Vbi igitur illud regnum, vbi templum, vbi murorum & turrium celsitudo, vbi Israelitarum illa potentia, nonne illi quidem per omnes fere terras alius alibi videntur esse dispersi, & cum eorum subuersione regnum quoque est destructum. Videtur autem mihi hæc & horum similia Dominus non ipsarum rerum gratia ante dixisse (quid enim lucri auditoribus afferret eorum quæ erant

eventura

A euentura cognitio, quæ & ſi ante neſcirent experientia ipſa cognoſcerent. Sed vt per
hæc nunc de rebus maximis fides cõſequenter haberet. Nam teſtificatio quę in iſtis
operibus conſtat, in illis quoq; veritatis eſſe probatur oſtenſio. Quemadmodum ſi qs
agricola vim ſeminum inexperto referens, ab eo minime credatur, ſufficit ei ad pro-
bationem veritatis in vno ſeminis grano eorum quæ in medicina demõſtrare poten-
tiam, vt de reliquis eius firma probetur aſſertio. Qui enim viderit vnum granum vt-
puta tritici aut hordei aut alicuius cæterorum, quæ in medicinæ menſura eſſe conti-
gerit, poſteaquam depoſitum fuerit terræ viſceribus in ſpicam ſurgere, ex hoc vno
iam de cęteris dubitare non poterit, ita mihi de myſterio reſurrectionis teſtimonium
videtur idoneum ipſa veritas prædicta & completa factorum, ſeu potius ipſius iam
reſurrectionis experientia, quam non tam verbis quàm rebus inſtructi percepimus.
Nam quoniam magnum aliquid & ſupra fidem erat de reſurrectione miraculum,
dominus ab inferiore ſigno virtutis incipiens, paulatim fidem noſtram ad celſiora
quibuſdam proceſſibus adſueſcit. Sicut enim quædam mater competẽter paruulum
lactans interim labellis vbera teneris immulget, aſt vbi producere dentes cœperit, of
fert ei panem non ſicut eſt, durum aut rigidum, ne ibi ſoliditas exaſperet molliciem
gingiuarum, ſed mandens proprijs dentibus mordificat, & viribus paruuli cibum p-
parat cõgruentẽ, deinde iuxta profectus ætatis ei q erat mollioribus aſſuetis eſcas p-
parat fortiores: ſic humanam puſillitatem dominus velut impfectam infantiam tan-
tis alendo miraculis atq; regendo per eam quæ deſperata decumbebat ægritudine, ei
virtutem reſurrectionis informat, quæ res ad conſummandum erat quidem mirabi-
lis, ſed non talis vt minime fieri poſſe crederetur. Imperans enim febri quę fortiter ſo-
crum Simonis exurebat tantã mali cauſam ſic eueſtigio tranſtulit, vt ſine mora con-
ſurgens miniſterium poſſet exhibere præſentibus, quæ ſperabatur protinus eſſe mo-
B ritura. Poſt hæc parumper virtutis adijciens, reguli filium languentem ſub profeſſo
periculo ſanauit. Sic enim narrat euangelica hiſtoria. Incipiebat enim mori, patre
vociferante ac dicente: Deſcende domine priuſquàm moriatur puer, operator item
reſurrectionis eius qui credebatur eſſe moriturus miraculum potentia præſtantiore
perficiens, vt nec veniret ad locum, ſed eminus cuſtoditus vitam puero præcepti vir
tute tranſmitteret, deinde nos conſequenter erudiens, ad virtutum ſublimiora perdu
cit. Nam ad filiam principis ſponte perueniens occaſiones itineris præſtitit, vt & ſa-
nitas eius quæ laborabat profluuio ſanguinis vulgaretur, & tanta mora temporis
mors præualeret ægrotanti, ſed nunc anima ſeparata de corpore, turbatiſque cla-
moribus luctuoſis his qui caſum planctibus efferebant, veluti e ſomno puellam im-
peratiuo ſermone reſuſcitauit ad vitam. Via quadam & conſequentia fragilitatem
humanam ad maiora ſuſtollens, rurſus hæc quoq; miracula ſolita virtute tranſcen-
dens celſiore potentia iter facit hominibus quo fidem reſurrectionis admitterent, Ci
uitatem quandam Naim nomine in Iudæa eſſe ſacra ſcriptura commemorat. In hac
fuit viduæ cuiuſdam vnicus filius puer, non puer talis qui computaretur in paruulis,
ſed ex pueritia in iuuentutem iam iamq; profecerat. Vnde & iuuenem illum ſermo
cœleſtis appellat, plura paucis inſinuans. Lamentatio magna eſt ipſa relatio. Erat
inquit, vidua mater defuncti. Perſpicis pondus calamitatis, quomodo paſſiõem bre-
uiter extulit. Quid enim eſt quod dicitur? Quia non erat etiam ſpes vlla qua poſſet fi
lios recreare, tantęq; leuamen orbitatis aſſumere. Vidua quippe erat, nec habebat al
terum quem pro defuncto cõſpiceret. Nam partus ei extiterat ſingularis. Quantum
vero hoc malum ſit, facile omnes intelligunt, qui naturę iura cognoſcunt. Solũ hunc
in doloribus nouerat, ſolum ſuis lactauerat vberibus, ſolus illuſtrabat eius conuiuiũ,
totiuſq; doloris ſolus erat cauſa lętitię, cum luderet aut aliquid ageret, cũ inſtitueret
aut ornaret cum coęuis in proceſſiõibus, in palæſtris, in cõuentibus iungeret, om̃e qc
quid

quid matris oculis dulce precioſumq; ſuberat, ſolus vnicus afferebat. Iamq; nuptiale C
tempus aduenerat, ſtirps videbatur generis, ramuſculus ſucceſſionis, baculus ſene-
ctutis, & ætatis incrementum. Erat & altera lamentationis occaſio. Qui enim iuue-
nem retulit florem ſimul qui marcuerat indicauit, cuius adhuc vultus lanugine veſti
retur, & generarum decor grato fulgore niteſceret. Quid igitur ſuper eius obitu ma
ter pertulit, quanto viſcera eius igne peruſta ſunt? quàm copioſiſſimas & amariſ-
ſimas ſuper eum lachrymas fudit? Tabeſcens quodammodo, & cadauer eius am-
plectens, ne properetur ſepultura eius, tantoque caſu ſaciari deſiderans, diu longas
in fletu voces emittere cupiebat, ita vt omnes audientes moueret ad luctum. Nec hoc
prætermiſit enim ſancta relatio. Videns inquit eam dominus, miſericordia motus
eſt, & accedens tetigit loculum, qui autem portabant ſteterũt, & dixit defuncto: Ado
leſcens tibi dico ſurge, & protinus eum viuentem matri inſtituit, nunc non in parua
mora atque diſtantia quamuis nondum ſepulti tamen ſepulturæ vicini, vita domino
reſurrectio mortui, equidem miraculum maius ſed æquale prorſus imperium. Ad-
huc autem magnificentius promũtur ſigna virtutum, vt magis ac magis propinque-
tur illi rei, qua videtur de mortuorum reſurrectione dubitari. Infirmatur quis de fa-
miliaribus Chriſti nomine Lazarus, quem dominus quamuis amicum iccirco diſtu
lit viſitare, & ab ægrotãte procul abfuit vt abſente vita, mors aditum reperiret, & per
infirmitatem quod ſuum erat efficeret. Indicat diſcipulis quid in Galilæa contigerat
Lazaro, & quod illuc ſibi properandum eſſet, vt eum ſuſcitaret à mortuis. Illi vero
propter Iudæorum ſæuitiam memorata loca declinabant, exitiale ac periculoſum
putantes rurſus in Iudeam pergere, & inter homicidas impioſq; verſari, & ideo remo
rantes atque differentes, ne ibidem reuerterentur tempora protrahebãt. Obtinuit im
perium domini, eoque proficiſcente diſcipuli ſubſequuntur, vt in Bethania primiti-
as vniuerſalis quodammodo reſurrectionis inſpicerent. Quartus erat iam ſepulto di-
es, cunctaque videbantur erga buſta perſoluta, conſtabat corpus in monumento de- D
poſitum, & quod erat conſequens iam timore diſtentum corruptionis interitu ſolue-
batur. Sanies enim in terram ipſa neceſſitate defluebat, fugienda proculdubio res co-
gente natura id quod reſolutum fuerat fœtor teterrimus exhalabat. Hoc autem fa-
ctum eſt, vt generalis reſurrectionis opus, quod ab infidelibus minus creditur, mani-
feſti miraculi oſtenſione probaretur. Non enim quis eleuatur ex ægritudine, nec in
extremis locatus retinetur in vita, nec paruula nup mortua ſuſcitata, nec monumen-
to proximus iuuenis ſuum feretrum deſerit, ſed vir primatus putreſcens atque difflu
ens, ita vt nec ſororibus eius eſſet tolerabile, vt dominus propinquaret monumento,
propter inſitam moleſtiam iam reſoluto cadauere, vna tamẽ voce viuificatus, fidem
facit prædicatori, quæ ſpem reſurrectionis affirmat. Hoc eſt quod de vniuerſis in
commune credamus, quod in partibus experientia ipſa didicimus. Sicut enim vni-
uerſali reſurrectione dicit Apoſtolus ipſum dominum de cœlo deſcendere in iuſſu
& in voce archangeli & in tuba dei, vt ad incorruptibilitatem mortuos excitet, ita &
nunc mortem veluti ſomnum quendam imperio dominicæ vocis, is qui erat in mo-
numento diſcutiens, & corruptionem quę de morte prouenerat à ſe longe ſecludens,
integer atque perfectus exilit de ſepulchro, nec ipſis vinculis quibus erat aſtrictus ad
gradiendum omnino præhibitus. Parua hæc æſtimas ad faciendam fidem, quod re-
ſurrectionem fore credimus mortuorum? An quæris & ex alijs hanc tibi firmari de
beri ſententiam? Non mihi videtur fruſtra his qui erant Capharnaum veluti ex per
ſona eorum dixiſſe dominum: vtique dicitis mihi hanc parabolam, Medice cura te-
ipſm. Oportebat eñ, vt quod in aliorũ corporibus fecerat reſurrectionis miraculũ,
innoteſcens in ſeipſo iuxta id q̃d hõ eſſe dignatus eſt, approbaret, multis ſpẽq; modis
p̃dicationẽ ſuã etiam ꝑpria morte cõfirmans. Vidiſti puellã nup viuere deſinentẽ, iu
uenem

A uenem quoq; propinquantem sepulchro, necnon & Lazaꝝ pene resolutum, omnes æqualiter ad vitam vna iussione vocati sunt, quæris & eos, qui ad mortem p sanguinem & vulnera peruenerunt, ne quis forsitan in hoc defectus sit, quominus gratia cunčta viuificantis appareat, cerne clauis domini manus esse transfixas, cerne latus cuspide pforatum, circumfer digitos tuos per aperturas clauorum, mitte manum in vulnus quod ex lancea constat effectum, conijcis forte quãtum ad interiora cuspidis acumen penetrare potuerit ex latitudine cicatricis eius, libet metiaris ingressum, plaga etenim ipsa impulsu virilis manus effecta, quantum in altũ descenderit, ostendit euidenter. Si igitur sic affectus resurrexit à mortuis, opportune illud Apostoli, pferimus, quomodo quidam dicunt in vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Quia igitur pronunciatio omnis domini vera monstratur, ipsa testificatione factorum, id enĩ non tantum verbo didicimus, sed opere ipso manifestam promissionis eius spem p eos qui iam ad vitam de resurrectione venerunt, nos accepisse gloriamur, quę iam in credulis vlla remanebit occasio? Nõne renunciantes his qui per philosophiam & inanem fallaciam despicere simplicitatem fidei moliuntur, purissimam confessionem spei nostræ retinebimus in paruo, dicentes ad prophetæ modum gratiæ ipsius, cũ dicit ad dominum: Auferes spiritum ipsorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur, emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, quando & lætari dominum in operibus suis affirmat, cum deficient peccatores à terra. Quomodo enim quis peccator vltra vocabitur, cum iam peccata esse non possint?

¶ Quod non sit contra id quod deceat resurrectio mortuorum.
Caput XXVII.

B SED sunt quidam, qui humanarum cogitationum defectu, ad mensuram nostram diuinam potentiam iudicantes, quod ipsi capere nequeunt, nec deo esse possibile confirmant. Ostendunt enim nobis antiquorum reliquias mortuorum prorsus absumptas, & quas ignis redegit in cineres, & super hæc bestias quæ vescuntur carnibus, huic rationi admouere monstrantur, & piscem qui carnem hominis naufragio pereuntis in suum traijcit corpus, & hunc rursus esse čtum hominis escam, atq; in comedentis quantitatem per digestionem esse conuersum, multaq; alia nimis inepta, & magni dei virtuti atq; magnificentiæ prorsus indigna ad euersionem veri dogmatis proferunt, tanquam non possit deus p hæc eadem rursus ex consummatione quod est proprium hominis reformare. Sed nos in breui prolixos vanissimæ rationis eorum succidamus excursus, confitentes resolutiões corporis in ea fieri pro quibus constat, nec solum terram iuxta diuini sermonis authoritatem in terram reuerti, sed & aerem atq; humorem suæ simillimæ portioni restitui, & singula q̃ in nobis sunt, ad originem q; ppriam cõmigrare. Et licet volucribus carne vescẽtibus, licet feris carne vescẽtibus humanũ corpus tradat in cibũ, eisq; his cassibus misceat, licet sub dentibus pisciũ veniat, & p ignẽ in vapores conuertat & puluerem, vbicunq; iuxta subiectam rationem quis circũtulerit hominem, intra hũc mundum eum esse necesse sit, quem dei manu contineri vox instruit diuinitus inspirata, cum dicit, quia in manu eius sunt omnes fines terræ. Quod si tu non potes ignorare quæ tuo palmo contineas, opinaris scientiam dei, quę est tua virtute superior, eorum quæ virtute diuina manu continentur, id quod certum est, minime perscrutari?

¶ Quod possibile sit in omnia elementa humanis corporibus resolutis, iterum ex communi proprium singulis integrari.
Caput XXVIII.

Sed

SED forsitan ad elementa totius mundi respiciens, difficile putas, flatum C
nostrum ad cognatum elementum aeris adtractum, calidum quoq; & hu
midum, atq; terrenum nostræ substantiæ similiter proprijs partibus ims
mixtum iterum de communi, singulis quod est proprium posse restitui.
Proinde tu vel exemplis humanis non cogitas, hoc quoq; diuinæ virtutis fines non
posse transcendere. Vidisti profecto alicubi in commorationibus hominum cõmu
nem gregem simul in commune pascentem, sed cum rursus grex per possessores diui
ditur proprios, seu cõsuetudo locorum seu signa pecoribus imposita, quod suum est,
restituit singulis, tale quid & de temetipso pertractans minime ab eo quod decet ab
errabis. Deniq; cum naturali vinculo atq; charitate circa corpus suum quod inhabi
tauit anima detenta sit, inest ei latens quædam permixtio quam nunc habent inui
cem affectio quædam atq; cognitio, veluti à natura quibusdam signis impositis, per
quæ communitas inconfusa permanens discernatur ꝓprietatibus singulorum. Cum
igitur anima cognatam atq; propriam rem ad semetipsam rursus attraxerit, quis oro
laborem diuina præsertim non prohibente natura virtutem, vt sua rursus in se conue
niant, & ineffabili quadam naturæ concursione ad propria quæq; cõtendant. Quod
autem animæ & post resolutionem signa quædam conformationis nostræ perma
neant, ostendit illa disputatio quæ apud inferos facta est, quando corporibus iam se
pulturæ traditis, animabus inhæserat quædam noticia corporalis, per quam & Laza
rus agnosci, nec diues potuit ignorari. Nihil ergo extra ratiõem est, si credatur ex cõ
muni proprietate resurgentibus redire corporibus, & maxime id animaduertit, q na
turam studiosius inuestigare curauit. Non enim per omnia fluunt atq; commutan
tur ea quæ nostra sunt, alioquin incomꝑhensibilia prorsus existerent, nullam statio
nem habentia per naturam. Sed diligentius explôrata ratione videtur eorum quę in
nobis sunt aliquid stare, aliud vero mutatione defluere. Corpus enim per incremen
ta detrimentaq; mutatur, veluti vestes quasdam per ætates quasdam se induens con D
sequentes, stat autem per omnes has mutationes species inconuertibiliter, in se signa
quæ sibi semel à natura sunt impressa non deserens, quibus per vniuersas corꝑis mu
tationes suam notitiam retinet. Subtrahenda est autem huic rationi illa permutatio,
quæ speciei aliqua occasione coniungit, nam veluti alienam quandam personam fœ
ditatem sumit species, quam per languoris incõmoda sustinet, qua ratione quadam
sublata. sicut à Naaman Syro, vel ab his quos Euangelia referunt, rursus species quæ
sub passiõe latebat, in suam notitiam reuertitur sospitate. Igitur iuxta id quod deo est
similis, nulla mutatione fluit atq; conuertitur, sed fixa permanet, idipsum semper ex
istens, secundum quam reformatio nostra diuinam similitudinem continet, & quo
niam differentias speciei temperamentorum qualitates quæ mutantur efficiunt, tem
peratio vero nihil aliud quàm elementorum est habitus, elementa autem dicimus q̃
vniuersæ conditioni subiecta sunt, ex quibus & humanum corpus subsistere profite
mur, necessario species veluti impressa signaculo permanet animæ, formamq; ipsam
expressione susceptam, nullatenus ignorat. Vnde tempore resurrectionis ea recipiat
rursus in se, quæ formæ ipsi congruerint, congruunt autem illa quæcunque ab initio
speciei probantur esse inserta, ergo nihil extra rationem videtur, rursus ex communi
ad singulos redire qđ suum est. Dicitur autem & ὑδράργυρον, quod argentum viuum
vulgus appellat, si per prona ac puluerulenta loca fundatur in pilas minutissimas ꝑ
terram diuidi, nec illis concurrentibus inuicem posse misceri. Si quis autem rursus,
id quod multipliciter dispersum est, in vnum redigat, proprio generi sontem coniun
gi, nullis ad commixtionem suam interiectionibus irretitum. Tale qđ arbitror opor
tere, & circa compositiõem hominis animaduertere. Mox enim vt à deo facultas fue
rit attributa, vltro sibi partes similes proprijs miscebuntur partibus, sine vlla difficul
tate eius, qui naturam reformare dignatur. Nam & in his quæ nascuntur è terra nul
lum

A lum laborem naturæ conſpicimus cum triticum vel miliũ vel quid aliud ſeminia frumenti vel leguminis in culmum ariſtas ſpicaſq; conuertit ſine difficultate, namq; vltro congruens eſca de communi ad vniuſcuiuſq; proprietatem ſeminis tranſit. Si igitur omnibus e terra germinibus communiter humor exponitur, & vnumquodque per eum nutritur ad quod ſibi competit ad propria trahit augmenta, quid nouum ſi & in reparatione noſtræ reparationia hoc fiat, cum à ſingulis reſurgentibua id quod eſt proprium ſicut in ſeminibus accidit attrahatur? Igitur ex om̃ibus poſſibile eſt addiſcere nihil extra ea quæ nobia experientia ipſa nota ſant prædicatiõem reſurrectionis exiſtere. Et quidem de his quæ noſtra ſunt, id quod eſt notiſſimum ſilentio pene tranſieram, ipſum dico noſtræ formationis exordium. Quis enim neſciat mirificentiam naturæ, & quid accipiat materna vulua, quidve perficiat, cernis quàm ſimplex quodammodo eſt, & exiguum quod viſceribus in occaſionem conſtitutionis noſtri corporia deponitur, varietatem vero perfectæ ſubſtãtiæ quia poterit explicare ſermone? Quia autem naturæ communis huiuſcemodi opus eſſe cognoſcens, non poſſibile putet eſſe quod geritur? Quod, ſ. illud paruum & quod pene ꝓ nihilo ducitur huius tantæ rei principium eſſe noſcatur, magnum autem dico non ſolum ad formatiõem reſpiciens corporis, ſed prius animam ipſam prorſus admiratione dignam eſſe pronuncio, & ea quæ circa ipſam mentem cernuntur.

¶ Contra eos qui dicunt extare animas ante corpora ſua, vel econtrario ante animas corpora formari, in quo quædam fabuloſa opinio de animabus. Caput XXIX.

B PVto namq; extra propoſitum eſſe negocium, vt perquiratur à nobis, q̃d in eccleſiis ambigitur de animæ cõſtitutione vel corporis. Quibuſdam etenim viſum eſt, qui ante nos de principatibus diſputãtes veluti quandam peſtilentiam protulerunt, quod in conuerſatione propriæ animæ ante ſubſiſtant. Sintq; illic tam maliciæ quam virtutia exempla propoſita, & perſeuerantem quidem in bonis animam nulla corporalis coniunctionia experimenta ſentire. Si vero boni participatione defluxerit, tunc ad hanc vitam recedere, atq; in corpore commorari. Alij vero traditum à Moſe ordinem de conditione hominis intuentes, ſecundo loco, id eſt, poſt corpus animam iuxta tempua affirmant, q̃m primum accipiens deus limum de terra formauit hominem, & ita per inſufflationem deinceps animauit. Hac autem ratione præſtantius oſtendũt corpus eſſe quam aniam, quę eſt ei conſerta, eo quod ante formatum eſt. Dicunt enim propter corpus aniam factam, ne ſine ſpiritu formatio immobilis permaneret. Om̃e vero q̃d ꝑpter aliud efficit, vilius eſt ꝑfecto eo ꝑpter q̃d efficitur ſicut euãgelia profitent, q̃m aĩa plus eſt q̃ eſca, & corpus q̃ veſtimentũ, qa propter hæc iſta conceſſa ſunt, non em̃ propter eſcam facta eſt anima, nec veſtimentorum gratia conſtat eſſe corpa formata, ſed cum hæc exiſterent illa propter vſum neceſſaria ſunt prouiſa. Quoniã igitur aſſertio vtriuſq; opinionis vituperatione non caret, & eorum qui prius viuere animas in ſuo quodam ſtatu atq; ordine opinantur, & eorum qui eas poſt corpa creataa exiſtimant, neceſſarium eſſe reor, ea quę in eorum dogmatibus aſſeruntur aliquatenua explorare. Nam ſi volumus vtrorumq; diligentius inueſtigare ſermones, & vniuerſas ineptiaa patefacere, quæ ipſorum opinionibus probantur annexa, ſpacio longi temporis indigemus, & ideo paucis ſicut eſt poſſibile ea quæ ab eis dicta ſunt intuentes, ea refellere non moremur. Qui primæ profeſſioni patrocinium ꝑſtant, & antiquiorem animarum conuerſationem ꝑter hanc vitam corporis aſſerunt, non mihi videntur gentilium dogmatum erroribua carere, qui multa de animarum in corpora transformatione fabuloſa finxerunt. Quos ſi quis diligenter examinet ad hoc aſſertiones eorum

perduci ipsa necessitate deprehẽdet. Quod autem quendam retulisse qui apud eos sa C
piens esse putabat, quod & vir fuerit & fœmina, deinde in volucres euolauerit. Item-
q; idem interdum effloruerit, & ad postremum vitam sit in humorem sortitus, nec p
cul distat à vero, & quidem iuxta iudicium eius quem talia proferre non puduit. Ve
re namq; ranarũ coruorumq; garrulitatibus & irrationabilitate piscium, & arborum
insensibilitate digna hæc eorum dogmata comprobantur, quæ vnam animam p tot
res pertransire confirmant. Ineptiæ huius hæc causa est, quod ante subsistere animas
arbitrantur. Consequenter enim principium dogmatis eorum in anteriora tendens
ac promouens, vsq; ad hæc monstra delabitur. Si enim propter maliciam aliquam à
sublimiore statu decidens anima, sicut asserunt, efficitur homo, vitiosior autem profe
cto est conuersatio corporalis q̃ illa intellectualis, necessitas omnis est, eam in tali vi-
ta positam, in qua plures occasiones peccandi deesse nõ possint, amplioribus malicijs
affici, & vitiosiorem quàm antea declarari. Humanæ vero animæ vitiositas, irratio-
nabilis rei similitudo est, cui familiariter adiuncta in naturam iumentorum quo-
dammodo recidit. Semel enim per maliciam properans etiam cum irrationabilis ef
fecta fuerit, tanquàm à maiorũ propositiõe desistit. Mali namq; statio, virtutis est in-
itium, virtus autem irrationabilibus nulla est. Semper igitur in peius ipsa necessitate
mutabitur, in id quod est deterius abiectiusq; pficiens, & ad hoc quod extremum est,
iugi mutatione pertendens. Sicut autem transcendit rationalis natura sensibilem, sic
ab hac ad insensibilem casus est. Sed hactenus eorum sermo procedens, licet extra ve
ritatem feratur, tamen quadam consequentia ex ineptis inepta consequitur. Hinc eti
am per incõgrua & impossibilia fabulosum eis dogma generatur, quod animæ con
sequenter omnimodum demonstret interitum. Quæ enim semel à sublimi conuersa
tione defluit, in nulla mensura maliciæ stare iam poterit, sed passionum affectioni-
bus irretita, à rationali quidem ad irrationale transit, ab eo quoq; in virgulta insensi- D
bilia transferentur. Insensibile vero & exanime quadam ratione vicina sunt, exani-
me autem sequitur id quod non est. Ita prorsus hac eorũ consequutione, ad id quod
non existet, anima resoluetur, quia impossibilis erat ei per necessitatem ad meliora
transgressus, sed enim seducunt animam ex dumetis ad hominem, ergo præstantio
rem vitam quæ in dumetis est modum conuersationis incorporeæ per ista demon-
strant. Ostensum est namq;, quod processus animæ nitentis ad mala, cõsequenter de-
uoluatur ad infima, inferiorq; sit exanimis natura quam insensibilis ad quam extre-
mitatem initium dogmatis eorum animam consequenter adducit. Sed quia hoc illi
nolunt, aut intra sensibilia cõcludunt animam, necesse est, aut si hinc ea rursus ad hu
manum reducunt, meliorem sicut dictum est, ligneam vitam primæ illius institutio-
nis ostendit, quandoquidem exinde ad maliciam facta ruina sit. Hinc autem ad vir-
tutem tribuebatur excursus. Igitur sine capite & sine fine hæc assertio esse cõuincitur,
quæ animas apud se prius præter vitam carnis astruit viuere, & propter maliciã cor-
poribus obligari. Eorum vero qui iuniorem corpore animã esse cõtendunt, destrue
tur inconstantia, per ea quæ in consequentibus exponuntur. Quapropter ea reijci-
enda est ratio, quæ ab vtrisq; defertur, per medium vero opinionum reor oportere do
gma nostrum in veritate dirigere. Est autem hoc quod nec iuxta gentilium seductio
nem malicia quadam depssas animas opinamur, quas illi quod ad rationem totius
populi quæ nimia velocitate fertur per imbecillitatem concurrere nequeant, ob hoc
in terram recidere profitentur: nec rursus hominem velut instantiam quadam ratio-
ne ante formantis, ei propterea dicimus animam commodari, alioquin institutioni
luteæ natura intelligibilis inferior esse monstrabitur.

❡ Assertio quod vna eademq; animæ & corporis causa subsistendi esse videatur. Caput XXX.

Sed

A SEd cum sit vnus homo, qui ex anima constat & corpore, vnum ei & com-
mune dare oportet institutionis exordium, ne sibi ipse anterior posteriorq́;
videatur, vt corpis in eo conditio prima, & secunda constet alterius. Et
in p̄scientia quidem diuinæ virtutis iuxta rationem paulo ante digestam,
omnem plenitudinem humanæ conditionis ante subsistere profitemur, testificante
nobis in hoc propheta, q dicit, nosse dn̄m oia antequā fiant. In singulorū vero confor
matione alterutrum non præferimus alteri, nec ante corpus animam nec econtrario
dicimus, ne diuisus homo iuxta differentiam tempis in semetip̄o discedat. Nam cum
duplex intelligatur nostra natura secundum doctrinam Apostoli, visibilis scilicet ho
minis & latentis, si aliud quidem ante subsistat, aliud autem post superueniat, imper-
fecta quidem virtus videbitur conditoris, quæ non simul vtrobiq; sufficiat, sed diui-
so opere seorsum in singulorum medietatibus occupetur. Quemadmodum vero in
tritico aut in alio quolibet semine cunctam speciem spica videmus quadam potentia
comp̄hensam, hoc est fœnum, culmum, internodia, necnon fructum atq; aristas, &
nihil eorum ante subsistere in naturæ ratione, aut post accidere dicimus, sed insitam
vim semini quodam naturali omine declarari, nec aliā ei supinduci naturam: iuxta
hanc rationem & humani causam seminis opinamur existere, quod in prima con-
stitutionis occasione satum quidem simul est, iuxta naturæ potentiam, tenditur vero
& declaratur quadam consequentia naturali, ad id quod perfectum est promouens,
nec aliquid extrinsecus ad occasionem suæ perfectiōis assumens. Semetipsum namq́;
ad id quod perfectum est, consequēter extendit, ita vt nec ante corpus animam, nec
p̄ter animam subsistere corpus affirmari veraciter possit, sed vtrum sit vtriusq; principi
um iuxta altiorem qdem rationem in prima voluntate dei dispositum, iuxta alterum
vero in generationis occasionibus institutum. Sicut enim non potest membrorū di-
stinctio ante formationem in eo quod ad conceptionem corporis iacitur, inspici, ita
B nec animæ contemplari proprietates in eo possibile est, priusquam exeant in op̄atio
nis effectus, & sicut nullus ambigit in membrorū & viscerum differentijs illud quod
est depositum, figurari non alia quadam subintrante virtute, sed ea quæ inserta natu
ræ est ad hanc operationem sese virtute ingerente, sic & de animæ proportione ratio
nale ratione similiter arbitrantur, quia etsi nondum per aliquas visibiles operationes
agnoscitur, nihil tamen in eo vnius rei existere peruidetur. Nam sicut sp̄es futuri ho-
minis in eo est vi quadam atq; potentia, latet autē propterea quod nequeat apparere,
priusquam necessaria consequutio sinat atq; permittat, sic & anima est quidem in il-
lo licet nondum appareat, apparebit autem proprium & naturalem operationis effe-
ctum corporali simul incremento proficere. Nam quia non à mortuo corpore, sed à
viuente atq; spirante, virtus in conceptione peragitur, iccirco dicimus rationia esse, vt
mortuum & exanime non putetur, quod à viuente in occasionem vitæ dirigitur. Ca-
ro namq; exanimis vtiq; mortua est. Mors enim priuatione fit animæ. Nullus autem
super hoc antiquiorem priuationem q̄ habitum dixerit, si tamen exanime quod est
mortuum quisquā anima antiquius asseueret. Si quis autem euidentius exigit argu-
mentum quod viuat illa portio, quæ principium formandi animalis efficitur, possi-
bile & ex alijs signis, quibus animatum discernitur atq; separatur à mortuo sup hac
parte conspicere. Argumentum namq; vitalis rei de hominibus sumimus, quod ali-
quis caleat, quod moueatur, quod operetur, frigidum vero atq; immobile in corpori-
bus nihil est aliud q̄ ipsa mortalitas. Quia igitur calidum qd & operans vidimus esse
de quo loqmur, hinc etiam quod exanime non sit argumenta colligimus. Sed quem
admodum iuxta corporis portionem non illud dicimus carnem & ossa vel capillos,
vel q̄cunq; conspicimus in homine, sed vi quidem atq; potentia esse horum singula,
nondum vero visibiliter apparere: sic etiam iuxta animæ portionem, necdum qdem
rationale eius & irascibile & quæcunq; de anima consideratur, locum in illo habe-

re memoramus,proportionem vero formati corporis,& consummationem etiam si C
mul effectus animæ dicimus,cum subiecto proficimus.Sic enim perfectus homo in
ter maiores obtinet animæ operationes effectum, in exordio suę constitutionis aptos
& congruos in se præsenti vsui animæ demonstrat adnisus, vt sibi per infusam mate
riam aptissimum domicilium formet.Nec eñ possibile esse credimus in alienis ædi
ficijs animam competenter inseri,sicut non potest impssum cęræ signaculum,alienę
prorsus sculpturæ congruenter aptari. Quemadmodum vero corpus ex paruo pro-
cedit ad id quod est perfectum,sic & opationes consertæ animæ subiectæ similiter cō
crescunt & proficiũt.Procedit quidem ea in prima constitutione, veluti qdam radix
abdita cauis tantũmodo q̃ nutrimentis ac incremẽtis est distributa (nec eñ paruitas
sumẽtis amplius recipit) deinde cum ad lucem prodierit id quod insertũ est,germen-
q; protulerit: tunc in eo gratia sensibilis effloréscit, iamq; coalescens & in magnitu-
dines competenter excurrens,veluti fructus quidam rationalis virtus incipit elucere.
Non enim omnis simul apparens, s. cum instrumenti sui pfectione diligenter excre-
scens, tãtumq; semp fructificans,q̃tum capax est subiecti potẽtia. Si vero in hac for-
matione corporis,operationes animę fortassis inquiris,attende temetipsum,sicut ait
Moses,& quasi in libro,sic historiam operationis animæ perleges,ipsa enim tibi na-
tura quodammodo fabulabitur omni vsu sermonis efficacius, varias in corpore oc-
cupationes animæ siue in anima, siue in vniuersali siue in particulari conditione de-
monstrans. Sed de nobis supfluum puto sermonibus agere,& veluti quibusdam pro
cul & extra terminos constitutis miracula cōsueta narrare. Quis enim se intuens ver-
bis indigeat,quibus naturæ iura cognoscat. Est quippe facillimum, vt quis modum
vitæ suæ considerans, & qualiter ad omnem vitalis operatiōis effectũ opportunum
corpus gerat,expendens animaduertat, erga quid occupata sit animæ primordialis
seu potius germinalis ex viuente corpore detractum opificio naturæ deponitur,nam D
& fructuum interiora & radicum pullulamenta nondum priuata viuacissimo vigo-
re, q̃ est eis insita per naturam,cum terræ committuntur, q̃uis occultam tñ mundam
qualitatem conseruant,talem vero vim atq; potentiam non confert terra q̃ continet,
terra velut à semet extrinsecus largiens, alioquin & mortua ligna faceret germinare,
sed quod est insitum producit ad lucem amore suo in modum nutricis quod planta
tum est in radice ad medullam & corticem ramosq; perficiens: quod neq̃sset fieri, nisi
aliqua conserta esset potentia naturalis, quæ cognatam & congruam ex adiacenti-
bus alimoniam trahens virgultum aut arborem aut spicam vel aliquid ex huiusmo-
di rebus effecit.

¶ Contemplatio quædam medicinalis,potiusq; de corporum constru-
ctione,paucis absoluitur. Caput XXXI.

SEd q̃uis certissima corporis nostri formatione vnusquisq; à semetipso do-
ceatur,ex quibus intelligit & viuit & sentit,naturam propriam habẽs ma-
gistram,tamen & ex libris sapientum, qui ista studiosius scrutati sunt, fas
est diligenter addiscere. Nonnulli namque qualiter positionis habeãt sin-
gula q̃ in nobis sunt,p eam quam medici dicũt anatomiã. i. incisionem singulorum
nodorum atque venaꝝ, propter quod effectus in vniuersa corporis membroꝝ interi
us & exterius contemplati sunt,& alijs retulerunt,ita vt sufficiens huic humanę insti
tutioni cognitio studiosius existeret. Si quis autem de his perquirit de nobis, profe-
cto ei magisterium pbebit ecclesia. Hæc enim spiritualium lex est ouium,sicut domi-
nus ait,vt alienoꝝ vocem non audiant. Vnde sermonem breuiter afferamus. Tria
quædam de natura corpis intelligenda percepimus, quoꝝ gratia singula quæ in no-
bis sunt constituta esse cernuntur. Quædam namque ppter vitam,quędam vero pro-
pter bonam vitã, quædã ad successiōem posteritatis opportune formata sunt. Quæ-
cunque

A cunq; igitur in nobis talia dentur, sine quibus humana nequeat vita subsistere, hęc in
tribus item partibus esse sentimus .i. in cerebro & corde & iecore, quæcunq; vero in
augmentum bonorum largitate naturæ ad bene viuendum homini collata sunt, in-
strumētum sensuum esse declarantur. Huiusmodi quippe vitā quidem nostram non
continent, quia & deficientibus ex his sæpenumero quibusdam, nihilominus subest
homini, sed impossibile est sine istis effectibus vitam suauissimam contineri. Tertia
quoq; diuisionis intentio consequenter respicit ad successionis officia. Sunt autem &
alia quædam præter hæc, quæ ad perseuerantiā corporis communiter membris sub-
iecta sunt omnibus, operationes ex se congruas afferentes, sicut venter & pulmo, hic
quidem spiritu, quem sumit ac reddit cordi signaculum perflans, ille vero cibos visce-
ribus in commune suscipiens. Cum sic igitur formatio nostra diuidatur, diligentius
intuendum est, quod non simpliciter per vnum aliquod membrum vis illa quæ ad vi-
tam nostram pertinet transigatur. Sed plurimis partibus occasiones nobis ad con-
seruationem nostram natura distribuat necessaria ad vniuersum corpus, ita vt quæ-
cunque ad cautelam vitæ ac pulchritudinem eadem natura est molita, hæc videan-
tur esse quamplurima multam adinuicem differentiam prorsus habentia. Sed arbi-
tror diuidere prius oportere breuiter prima principia quæ ad cōstitutionem vitæ no-
stræ pertinere monstrantur, materia vero totius corporis quæ communiter mem-
bris singulis subiacet, nunc à nobis est reticenda, cum nihil ad præsens propositum
ad particularem contemplationem vniuersalis naturæ disputatio spectare videatur.
Cunctis ergo fatentibus, omnium elementorum quæ in hoc mūdo sunt in nobis ex-
istere portionem, calidi, scilicet ac frigidi, necnon & alterius coniugationis, quæ
in humore ac siccitate consistit, de singulis à nobis est vtiq; differendum. Perspicimus
itaq; tres esse dispēsatorias vitæ potentias, quarum vna quidem vniuersum mūdum
calore proprio resouet. Altera verò madefacta humore quod calore confectum est,
B ita vt æqua temperie animal in medio ex contraria qualitate seruetur, quatenus nec
humorem desugat caloris abundātia, nec calorem copia humoris extinguat. Vis au-
tem tertia per semetipsam iuxta quandam congruentiam atq; modulationem mem-
bra quæ distincta sunt, continet, suis ea coaptans vinculis, & omnibus prærogans, p
sese mobilem spontaneamq; virtutem, quæ si desit, solutum & immobile corpus exi-
stit, vltronea spiritus viuacitate atque efficientia destitutum, magisque prius artifi-
cium atq; molimen nostræ naturæ in ipsa corporis conditione dignum est intueri.
Quia enim omne quod durum est sensibiles efficientias omnino non recipit, sicuti vi-
demus in ossibus nostris & in frutetis atq; arboribus, in quibus vitę quidem species
quædam cernitur, in eo q̄ nutritur & crescit, nec tamen admittit vllum sensum sub-
iecti duritiei. Huius rei gratia oportebat quandam formationem instar cærę mollis
in sensuum operatione supponi, quæ posset occurrentibus formis imprimi, neq; ni-
mio humore resolui. Non enim pōt in humido quod imprimitur perdurare, neq; du-
ritia nimis rigida (quia quod nescit cedere, imaginem nequit impressione excipere)
Sed inter has hæsit media quædam inter flaccescentem, s. ac rigentem, ne optimis po-
tentiæ motibus dico sensibilibus animal orbaretur. Quoniam igitur quod molle est
& facile, nisi rerum solidarum cooperatione firmetur, profecto immobile atq; indi-
stinctum est, iuxta eos quos pulmones marinos vocant, iccirco robur ossium corpo-
ri natura permiscuit, quæ inuicem per concordem modulationem copulans, penitus
neruorum nexibus compages eorum iuncturasq; constrinxit, & ita eis modum sen-
sibili vigore immiscuit, carne paulo duriore superficiem quæ passiones ferret inuol-
uens. Huic igitur ossium naturæ solidissimæ, veluti quibusdam columnis molem su-
stinentibus totius corporis onus imposuit. Nec indiuisa aut indiscreta vbiq; eadem
ossa compegit, alioquin immobilis & sine opatione mansisset, & si ita fuisset homo

A quod autem circum se est, per compressionem ipsis arterijs interferens, quod mihi
videtur & huiusmodi spontanei flatus hanc nobis causam sine cessatione subsistere.
Sæpe deniq; mens in alijs occupatur & omnimodo conquiescit in somnum corpo-
pore resoluto, flatus tamen qui ducitur ex aere quiescere non potest, nec aliquantu-
lum quidem cooperante in hoc ipsum spontaneæ voluntatis arbitrio. Opinor enim
quia cor pulmone conuolutum atque circundatum ex posteriori sui parte respira-
tionibus & compressionibus suis membrum moueat, & attractionem aeris emis-
sionemque ipsi pulmoni machinetur, qui ratissimus atque multicauus omnia sua
veluti foramina ad fundum atque summitatem arteriæ patefacta retinet, & coarcta-
tus quidem necessario spiritum qui in suis residet finibus elicit, cedens autem atque
rarescens rursusq; attrahēs aerem per distantiam mouetur, & huius non voluntariæ
respirationis hæc causa est, quod id quod in nobis igneum est atque feruidum quie-
tum esse non possit. Nam quia proprium caloris est operatio motus, huius autem
principium in corde esse perspeximus, vt quod iuge in hoc agitationis est, indesinen-
tem aeris attractionem emissionemque pet officium pulmonis operatur. Propte-
rea si quando contra naturam calor excrescit, flatus eorum qui febribus creber effici-
tur, veluti properante corde superpositam sibi flammam noui spiritus continuatio-
ne restringere. Sed quoniam pauperrima quædam nostra natura est, & omnibus
quæ ad suam constitutionem pertinent indigens, non solum proprij aeris ac spiritus
pænuriam patitur. (Nam flatus qui calorem fouet internum, ad animalis conser-
uationem iugiter extrinsecus influit) sed etiam alimentorum subsidia quæ corpo-
ris pondus alleuent, exterius sibi prouidenter accommodat, iccirco cibis & potibus
indigentiam suam supplere contendit, appetitotiam quandam vim eius rei quæ de-
est, & expulsoriam eius quæ superfluit corporibus inserens, nec minimam per hoc
naturæ cooperationem ad fouendum cordis incendium præstans. Nam quia
B talium membrorum magis proprium cor esse tetulimus, iuxta tedditam superius ra-
tionem, quod singula spiritus sui calore confoueat, ideo per omnia illud efficacissi-
mum formator noster instituit, vt nulla pars ociosa vel vacans ad dispensationem
totius corporis approbetur, & post tergum quidem suum pulmonem per continuum
motum ad se pertrahens aditus eius expandit ad susceptionem aeris, tursumque de-
primens efflari quod receptum est præparat, in anteriora vero sua ventri penitus im
minens calefacit illum, & ad operationes proprias habilem reddit, non ad resumptio
nem spiritus excitans, sed ad exceptionem cibi sibimet competentis impellens. Pro-
xime vero iunguntur introitus escæ ac spiritus in longum protenduntur alter ad
alterum æquaq; mensura superioti termino dirimuntur, ita tamen vt copulētur inui
cem, & vno aditus ore claudantur. Vnde ille quidem escæ, hic autem spiritus in-
gressus efficitur, sed in altis efficitur recessibus viscerum nequaquam iste coniugatio
nis aditus consertus per omnia perseuerat, nam in medio vtriusq; fine cor positum
ille quidem afflatum, hinc alter ad recipiendum cibum tribuit, facultatem sui, apte
vero natura ignea materiam quam consumat inquirit, quod etiam circa ciborum su
sceptorem ventrem necessario producit. In quantum namque igneus vicinitate
caloris efficitur, in tantum magis cibos, qui calorem nutriant semper exposcit. Hu-
ius autem desiderium congruentius appetitum vocamus. Si vero sufficientem ma-
teriam venter acceperit, nec sic quidem ignis operatio conquiescit. Nam quemadmo
dum in conflatorio coadunationem quandam totius materiæ perficit, resoluensque
vniuersa atque pmiscens, veluti excolatorio quodā ad subsequentes refundit aditus,
dein grossiorem ptem à synceriore discernēs tenuiorem qdem substantiā p quosdā
tramites

tramites ad iecoris deducit ingressus,limosam vero fœculentiam ad latiores intesti= C
norum aditus tradit, quam multiplicibus voluminibus versans non paruo tempore
cibum invisceribus retinet,vti ne recto cursu facilius pulsum mox animal appetitum
edendi commoueat, & iuxta naturam irrationabilium,nunquam homo ab hac oc=
cupatione desistat. Et quoniam iecori maxime caloris cooperatio esse necessaria pro
baiur, vt humor verteretur in sanguinem , hoc autem membrum à corde iuxta posi=
tionem interuallo non minimo disparatur : nec etenim reor fuisse possibile , vt prin=
cipium quoddam atq; radix vitalis potentiæ alterius angustaretur vicinitate princi=
pijs,ne quid tamen in dispensatione corporis per distantiam calidę substantiæ pecca=
retur trames neruosus quē arteriam hi qui circa istam sunt prudētes appellāt, excipi=
ens à corde feruentem spiritum perducit ad iecur, illicq; iuxta aditum quo humida re
cipiuntur ad nexus,& calefaciens eandem humidam substantiam aliquid ei cōtinua
to calore igniti vigoris interserit. Hinc species sanguinis rubro calore respergitur,
exinde vero connexi gemini quidem riuuli in modum fistularum proprium singu=
li receptāt, ille quidem spiritum hic autem sanguinem,quo lapsu facili humida sub=
stantia motu caloris excurrat. Et recreato per totam corpore multipliciter dissemine
tur in plura riuulorum principia,quæ sunt per omne corpus inscissa , permixta vero
simul vitalium potentiarum duo principia,siue quod calorem seu quod humorem p
corpus vbique diffundunt,velut aliquod vectigal de suis necessarium eique principa
liter in vitali iugo præminet administrant. Hæc autem vis in membranis cerebri esse
conspicitur,ex qua omnium motus articulorum conglobatio totiusq; vltronei spiri
tus vigor singulis membris inspersus efficacem ac sese mouentem terrenam nostram
statuam ex aliqua machinatione demonstrat. Nam caloris quod est mundis=
simum,&humoris quod tenuissimum est per vtramque vim admixtione quadam ac
temperatione coadunata cerebrum nutriunt ac refouent per vapores , ex quo rursus
ad id qđ est purius exalitio tenuata perunger membra , nam illa cerebro cōtinentur,
quæ etiam de superioribus in profundum in modum fistulæ pertingēs, & per iunctu D
rā consequentes sese atque insertam sibi medullam prorsus extendens in finem toti=
us spinæ dorsi definit,ac deinde ossibus atque neruis necnon compagum ac medul=
larum principijs veluti quidam auriga præsidens , singulis ad stationem vel motum
virtutum impetumque largitur. Iccirco mihi videtur & certius accepisse muni=
men . Nam in capite quidem duplicibus ossibus probatur esse circundata , in nodis
autem vel in eminentijs costarum atque multiplicibus vix formam complexionibus
insuper omni stabilitate seruatur per eandem custodiam qua continetur id quod ter
rium est obtinens . Similiter autem quis hoc etiam de corde conijciet, quod sicut q̄=
dam domus certa mole solidata, ita cor ossium munitur circumquaque præsidijs. In
posteriore namque sui parte spina dorsi, & scapulis vtrinque vallatur,per vtraque ve,
ro latera costarum vinculo nectitur , quod medium eius ambiens ab omni passione
defendit, in anteriore vero eius pectus & iugatio colli demissa mollitur ei p̄ omnia
munimen impertit aduersus ea quæ possunt extrinsecus inferre molestiam . Et si=
cut in agricultura p̄spicimus,cum vel imbres ex nubibus vel fluenta riuulorum ma=
defaciant id quod subiectum est , ortus autem quidam relationi nostræ, verbi gratia
subponatur,qui mille diuersitates arborum multiplicesq; species earum rerum quas
terra producit enutriat , quarum & forma & qualitas colorisque proprietas in mul=
tam distantiam quæ est in singulis approbetur. Cum sint igitur quæ in vno agro hu=
mor vnus enutriat, vtputa vis ista quæ singula quæq; madefaciens alit, vna vt dixi q̄=
dam simplexq; in sua natura est , earum vero rerum quæ nutriuntur ex illa proprie=
tas in diuersas species qualitatesque conuertitur , hoc ipsum amarescit in absinthio,

& in

A & in succum commutatur cicutæ mortiferum & in alio quoque aliud facit, in balsa-
mo, in croco, in papauere. Nam horum aliud est calidum, aliud frigidum, aliud vero
mediam quandam qualitatem possidet. In lauro etiam, & in lentisco, atq; similibus
odoriferę est. In ficis autem & piris dulcedinem refert, necnon per vitem botrus, &
ex eo vinum defluit, & mali succus, & rosę rubor, candorq; lilij, & violę ceruleum, &
hyacinthinę, tincturæq; purpureũ & vniuersa q̃cunq; ex vno eodemque humore de
terra oriri conspicimus, in tantas differentias iuxta formam & speciem qualitatemq;
vertuntur. Tale quid & in nostro hoc animato agro mirabiliter à natura perfectum
est, imo potius à domino formatore naturæ nostræ ossa, s. cartilago, venæ, arteriæ,
nerui, iuncturæ, caro, cutis, aruina, musculi, capilli, vngues, oculi, nares, auresq; & vni-
uersa mille per hæc alia diuersis proprietatibus ab inuicem separata, vna species ali-
menti, iuxta naturæ suæ similitudinem nutrimenta, ita vt subiectis singulis accedens
alimentum, cuicunq; membro propinquauerit, iuxta illud etiam commutat, propri-
amq; consertam vim sui vigoris impartiens. Si enim ad oculorum loca peruenerit, eo-
rum vsui temperatur, & erga pupillarum tunicas palpebrasq; diuiditur. Si auditus in
fluxerit, aureum naturæ pro sua qualitate miscetur, & ad labra veniens efficitur labrũ
& in osse compingitur, & in medulla mollescit, & firmatur in neruis, & in superfi-
cie cutis extenditur, & transit ad vngues, & capillorum exortum tenuissimum per ex
halationes congruentissimas perficit, quæ siquidem per tortuosos emergunt aditus,
crispantes capillos reflexosq; generant, si vero per rectos tramites vaporum fuerit fa-
cta progressio, producti capilli directiq; nascũtur. Sed multum à proposito sermo no
ster abductus est, dum altius opera naturæ prosequimur, conati describere, qualiter
nobis & ex quibus constant singula, siue quæ ad bonam vitam, seu etiam quæcunq;
cum his alia iuxta primam seriem nostræ diuisionis esse perspeximus. Propositum
namque nobis erat ostendere, sementiuam hanc cõstitutionis nostræ materiam, ne-
B que incorpoream esse animam, neque corpus exanimę, sed ex viuis animatisque cor
poribus viuam atque animatum in prima formatiõe deponi, quod excipiens huma-
na natura, veluti alimentum quoddam fomentis illud proprijs nutrimentisque cõ-
tineat. Id autem iuxta vtramque partem cõgruenter reducetur, & incremẽta rei vtri-
usque percipiat. Mox per hanc artificiosam atque disciplinabilem formationem cõ
sertum animæ demonstrat effectum, in primis q̃dem apparentem obscurius, proin-
de cum instrumenti perfectione relucentem, sicut in sculptoribus lapidum peruide-
mus, dispositumque est artifici speciem præformare animalis alicuius in lapide. Hoc
autem qui proposuit, primum quidem lapidem à materia cognata proscindit, dein-
de eius superflua circumcidens, per mutationem primæ figurationis id quod propo-
suit adumbrat, ita vt expertus etiam per id quod apparet, intentionem artificis sine
difficultate conijciat. Rursus explicans amplius ad similitudinem eius cuius gerit stu-
dium prorsus accedit, tum deinde in ipsa materia speciem diligenter integreque de-
monstrans, artem deducit ad finem, & est leo vel homo, vel aliquid aliud, quod fa-
ctum ab artifice fuerit, qui ante paululum lapis erat informis, non quod materia sit
obliterata per speciem, sed quod species per artem, materiæ probetur impressa. Hoc
modo quis & de anima cogitans, nullatenus à rationis tramite deuiabit, naturamq;
cunctam artificiosius operans, eiusdemque generis materiam sibi sumens, viuam sta
tuam de hominis portione formauit. Sicut enim lapidis operationem subsequuta
est species, in primis quidem obscurior, post autem perfectior cum ipsum opus est
terminatum. Sic & in sculptura huius instrumenti species declaratur animæ pro-
portione subiecti imperfecta in imperfecto, & in perfecto integra perfectaque sub-
sistens. Sed in exordio perfecta erat nisi per malitiam fuisset natura vitiata.
Ideoque communio quæ ad passibilem animalemque generationem nobis accessit
in con-

in confirmatione nostra non protinus elucere diuinam facit imaginem, sed via quadam consequentia per materiales animæ proprietates homo ad perfectionem consummationemq; perducitur. Huiuscemodi vero dogma & beatus Apostolus in Epistola ad Corinth. insinuat, dicens: Cū essem puulus vt puulus loqbar, vt puulus sapiebam, vt paruulus cogitabam: quando factus sum vir euacuaui quæ erant paruuli, non quod alia in viro perfecto subintret præter illam quæ intelligebatur in paruulo, vt puerilis euacuetur animus, & virilis nihilominus inferatur, sed idem ipse in illo q̃dem impfectus est, in hoc autem perfectionis suæ demonstrat effectum, sicut enim q̃cunq; nascuntur & crescunt, viuere fatemur, omnia vero quæ vitæ participant & naturali motu vegetantur, nullatenus exanima esse quis dixerit, nec tamen hanc talem vitam perfectæ animæ dicimus esse participem, denique in virgultis vitalis quædam operatio delata vsq; ad motum sensibilem peruenire non potuit. Itemq; per augmentum animalis quædam potentia irrationabilibus veniens, nec ipsa perfectionem est consequuta rationis, & intellectus gratiam omnino non capiens. Iccirco veram atq; perfectam hominis animam esse definimus, quæ vigere per omnes effectus agnoscitur. Si quid vero aliud vitæ participat, per abusionem quandam consuetudinis, animatum esse profitemur, non quod pfecta in hoc sit anima, sed quod partes in ea quædam animalis operationis existant, quę etiam nobis iuxta mysticam legislatoris Mosi relationem, quam de hominis generatione protulit, propter communionem passibilitatis accessisse cognoscimus. Ideoq; consilium præbens beatus Paulus his qui se audire poterant, perfectionem suadet arripere, modumque quo propositum possit assequi supponit & dicit: Exuentes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitiōem secundum imaginem eius, qui creauit eum, Sed reuertamur rursus ad illam diuinam gratiam qua creauit in principio deus hominem, qui dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, cui est gloria in sæcula seculoꝝ, AMEN.

¶ Sancti Gregorij Nysseni Episcopi de imagine libri continentis subsequentia eorum quæ à fratre eius Beato Basilio in Hexameron sunt relicta,

FINIS.

A SANCTI PATRIS

GREGORII NYSSAE EPISCOPI, QVI FVIT Frater Basilij Magni, Philosophiæ Liber Primus.

DE HOMINE.

De homine, ex quibus sit compositus, tum de ordine & communione ad cæteras creaturas. CAP. I.

HOMINEM ex anima intellectuali & corpore,
tam optime constitutum, ꝙ non conueniebat aliter
factum esse, multis & sapientibus viris visum est. Ex
eo autem, ꝙ intellectualis dicitur anima, dubitatio-
nem habet, adueniens ne intellectus animæ vt alius
alteri, intellectualem faciat eam: an intellectum à se
ipsa, & sua natura anima habeat, vt hæc sit optima
eius particula, veluti oculus in corpore. Quidam sa
ne (ex quorum numero est Plotinus) aliam esse ani-
mam, & alium intellectum asserentes, ex tribus con
stare hominem volunt, corpore, anima, & intelle-
ctu: quos secutus est & Apollinarius, Laodiceæ epi
scopus: hoc enim cum statuisset propriæ opinionis fundamentum, & reliqua secun
dum proprium dogma astruxit. Quidam autem non distinxerunt ab anima intelle-
ctum, sed substantiæ eius ἡγεμονικὸν, esse intellectum existimant. Verum Aristoteles
B hunc quidem potestate adesse homini, atq; actu deforis nobis superuenire opinatur,
neq; ad naturam hominis & essentiam conferre, sed ad perfectionem cognitionis na
turarum & contemplationis cooperari. Summatim igitur paucos hominum & so-
los philosophantes eum, qui actu nominatur intellectus, habere affirmat. Plato vero
non existimat, animam & corpus, vtrumq; hoc hominem esse dicendũ, sed animam
tali corpore vtentem: decentius nimirum ea quæ sunt secundum hominem intuens,
& inde nos ad solius animæ curam & sollicitudinem conuertens: vt animam nos
ipsos esse credentes, atq; ea quæ animæ sunt bona sola prosequentes, virtutes scilicet
& pietatem, corporis concupiscentias quasi non existentes hominis minime diliga-
mus, sed hominem cæteris quidem antecedenter, consequenter vero quæ sunt homi-
nis, quia & homo animal est. Sed & aliter, principaliorem esse corpore animam, om̃i
bus hominibus in confesso est. Nam ab hac vt organum mouetur corpus. Ostendit
etiam hoc mors, separata enim anima immobile manet corpus omnino, & sine ope-
ratione, vt artifice sequestrato immobilia eius manent instrumenta. Cognitũ au-
tem est, q̃m inanimatis quoq; ꝑticipat, & irrationalibus anĩalibus cõmunicat vita, a
intelligibilium assumpsit intelligentiã. Inanimatis enim secundum corpus quidem
& elementariam commixtionem participat, plantis vero & in his, & insuper in nutri
tiua seminatiuaq; virtute, irrationalibus vero & secundum hæc quidem, in super au-
tem & secundum progressionis motum, ac concupiscentiam & iram, insensibilemq;
& respiratiuam vim. Hæc enim vniuersa tum hominibus, tum rationis expertibus
insunt, & si non omnibus omnia. Copulatur autem homo per rationabile incorpo
reis & intellectualibus naturis, cogitando, intelligendo, & iudicando singula, atq; vir
tutes prosequendo, maxime vero principaliorem virtutem, pietatem scilicet, quæ
εὐσέβεια dicitur, amplectẽs. Ideoq; velut medius est intellectualis & sensibilis substan
tiæ. Copulatus quidem secundum corpus ac corporales virtutes, rationis exꝑtibus

animalibus & inanimatis, secundũ rationem vero incorporeis substãtijs, vt dictum est prius. Conditor enim deus decenter visus est sibi inuicem differentes naturas copulare, vt vna sit & cognata omnis creatio, ex quo maxime vnus omniũ existentium conditor ostenditur: quippe qui non solum vniuit singulorum existentiam indiuiduorum, sed & singula sibipsis compegit familiariter. Quemadmodũ enim in vnoquoq; animalium, insensibilia sensibilibus coaptauit, ossa, scilicet, pinguedinem & pilos, aliaq; id genus insensibilia sensibilibus neruis, & fecit ex insensibilibus & sensibilibus compositum animal, atque non solum compositum, sed vnum quoq; existens demonstrauit: haud sane dissimiliter & in alijs, creando secundum speciem fecit. Ea enim tali (quæ ordinata est) familiaritate & naturæ alteritate, ad se inuicem copulauit, vt non multo interuallo inanimata à plantis nutritiua virtute prędítis distent, neq; rursus hæ à rationis expertibus & sensibilibus animalibus, neq; item ratiõe carentia à rationalibus aliena sint prorsus & longe differẽtia, quasi nulla conuenienti & connaturali intercedente copula. Differt sane & lapis à lapide vͬtute quadam, sed magnetes occulte attrahẽdo ad se ferrum & detinendo, veluti escam suam id facere volens, aliorum lapidum potentiam & virtutem excellere videtur. Quod quidem nõ modo in ferro facit, sed & aliud per aliud tenet, iunctis atq; attactis omnibus suam virtutem cõmunicando: nam ferrum à magnete detentũ, aliud ferrum retinet. Deinde à plantis ad animalia pertransiens conditor non ilico simul ad gressibilem & sensibilem pcessit naturam, sed paulatim ad hãc ordinateq; creando progressus est. Pinnas enim & Acalifas veluti sensibiles arbores condidit, radicibus enim eas instar plantarũ mari infixit, & tanquam ligna eis ostraca circumposuit, & vt plantas consistere fecit. Tactum vero cõmunem omnibus animantibus sensum eisdem indidit, vt secundũ q radicibus hærent & consistunt, plantis quidem, secundum tactum autem animalibus assimilarentur. Spongiam quoq; petris adnatam produxit, vt contrahat se & defendat, cum læsionem aliquam senserit. Eiusmodi autem de his Aristoteles historice tradidit. Quare huius generis omnia ζωόφυτα veterum sapientissimi vocare consueuerunt. Rursus autem his gressibilium quorundam animalium propagationem copulauit, procedere quidem nequeuntium, sed vel penes se alicubi motorũ. Talia vero sunt plurima ostraceas & osseas cutes possidentia, ea insuper quæ terræ vocantur intestina, id est vermes: sicq; deinceps particulatim adijciens conditor, his quidem sensus plures, illis vero gressibile in longum, ad perfectiora tandem rationis expertia animalia peruenit. Voco autem perfectiora quæ omnes habẽt sensus, & progredi longius possunt. At iterum à rationis expertibus ad rationale animal, hominem scilicet, transiens, neq; id sine ordine quodam condidit, sed prius alijs quoq; animantibus naturales quasdã prudentias, astutias, & calliditates ad propriæ naturæ salutem & subsistentiam indidit, vt fere ratione prædita ipsa appareant: atq; ita tandem in natura rationale animal hominem produxit. Neq; dissimili modo & de voce inuestigans cõtemplabere ex simplici & vniformi q equorum & similium specierum est sono, sensim ad variam & differentem, quæ cornicum & humani sermonis imitatricum auium est, vocem ascendens, donec in articulatam & perfectam hominis desinat: quam quidem articulatam vocem menti & intellectui copulauit, enũciatiuam eam & conceptuum intellectus nostri interpretem faciens. Quæ rursus omnia concinne compegit & colligauit. Intellectualia enim & sensibilia per mediam hominum productionem in vnum coegit. Ideoq; bene Moses creationem describens, vltimo dixit hominem creatum esse. Non solum quoniam omnibus pp̃ter eum factis, conueniens erat primum ea quæ ad vsum eius accommoda essent creari, & ita ipsum qui his vsurus erat induci, sed quoniam intellectuali producta substantia insuper & sensibili, necesse erat quandam etiam copulam vtrorumq; produci, vt vnum sit hoc vniuersum & consentiens sibipsi, & non alienum à seipso. Factum est igitur, quod copulat vtrasq; naturas

naturas animal, homo. Ac quæ sunt sapientiæ conditoris, vt breuitati consulamus, talia existunt. Medius ergo terminus irrationalis & rationalis naturæ homo constitutus, si ad corpus quidem prorepserit & quæ corporis sunt plus amauerit, irrationalium amplectitur vitam, & his connumerabitur, atq; terrenus vocabitur secundum Paulum apostolum, & audiet: Terra es & in terram ibis, & Comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est eis. Si vero ad rationem accesserit, corporales voluptates omnes contemnens, diuinam & deo amabilem transiget vitam, & eam quæ est hominis maxime. Tunc sane erit hoc quod dictum est: Qualis qui terrenus, tales & qui terreni: & qualis supercœlestis, tales & qui supercœlestes. Rationalis autem naturæ præcipuum est fugere quidem & auersari mala, peragere vero & eligere bona. Cæterum bonorum horum quædam secundum animæ & corpis communionē sunt, habentq; ad animam relationem, veluti vtentis corpe, vt virtutes. Alia vero sunt animæ ipsius, secundum seipsam solius, non indigentis corpore, vt pietas, quæ est dei cultus, & supramundanarum rerum contemplatio. Quicunque igitur hominis vitam vt hominis, & non vt animalis solius viuere eligunt, virtutes & pietatem prosequuntur. Quæ autem sint virtutum genera & quæ pietatis, in sequentibus ostendetur, cum eum qui de anima & corpore est dicemus sermonem: nōdum eñ cognito quidnam nostra sit anima secundum substantiam, de actione eius differere inconueniens censemus.

¶ An mortalis vel immortalis sit conditus, & de eius cibo: & cur nudus sit creatus, & cur homo homine opus habeat. Cap. II.

Ebræi autem hominem à principio neq; mortalem fuisse, neq; immortalem productum esse aiunt, sed in medio vtriusq; naturæ termino. Vt si quidem corporales sequeretur passiones, vndiq; in corporales incideret transmutationes, at animæ præeligens bona, immortalitate dignus efficeretur. Si enim à principio eum mortalem fecisset deus, nequaq̄ peccantem morte condemnasset: Nam mortalem mortalitate nullo modo cōdemnat. Si autem rursus immortalem fecisset, nequaquam eum esca indigentem creasset: nullum enim immortale esca corporali indiget. Neq; ita facile pœnituisset creatū immortalem, vt mortalem confestim faceret. Non enim in his qui peccauerunt angelis hoc fecisse videtur, sed in ea quæ à principio eis erat natura immortales permanserunt, aliam quidem (q̄a peccauerant) susciptentes vindictam, sed nō mortem. Melius igitur est hoc quod propositum est sentire, q̄ mortalis quidem sit conditus: poterat tamen ex pfecto perfectior factus, immortalis fieri hoc est, potestate erat immortalis. Quia vero ante perfectionem suam cognoscere naturam ei non conferebat, prohibuit eum gustare de ligno cognitionis. Plantis enim magis quondam q̄ nūc virtutes inerant plurimæ tunc eñ vt in principio creationis syncerae existentes, fortissimam habebant actionem. Erat igitur cuiusdam etiam fructus degustatio, propriæ naturæ cognitionem ingerens. Nolebat autem deus eum ante perfectionem suam propriam cognoscere naturam, ne seipsum multis indigentem cognoscēs, corporalis necessitatis curam haberet, animæ prouisionem ac curam derelinquens: & hac de causa prohibuit eum de cognitionis fructu sumere. Inobediens autem seipsum cognoscendo à perfectione quidem cecidit, & corporea necessitate indigens factus, tegmen confestim quæsiuit. Ait enim Moses, quoniam nudus esse cognouit, prius autem cū ecstasi eum fecit, & in sui ipsius ignorātia excidens itaq; à perfectione, ab immortalitate cecidit, quam tandē gratia eius qui fecit eum, recipiet. Post casum vero & carnium voluptas ei concessa est, nam antea his modo q̄ à terra sunt, eum contentū esse iussit: hæc eñ erāt in paradiso. At contempta pfectione, indulgentia quadam q̄ sunt voluptatis deinceps ei concessa

funt. Cæteꝶ quia ex corpore eſt homo, omne aũt corpus ex quatuor elementis conſiſtit, in eaſdem incidere paſſiones neceſſe eſt eum in quas & elementa, in inciſionem, & tranſmutationem & fluxum q̃ ſunt ſolius corporis. Tranſmutationem qdem q̃ eſt ſecundum qualitatem, fluxum vero q eſt euacuationis. Tranſmutationes ſane ſecundum qualitatem ſunt, alteratio, dealbatio, denigratio, frigiditas, caliditas, & quę ſunt huiuſmodi. Fluxum vero exinanitionem dico. Animal enim ſemper & per inuiſibiles poros & per viſibiles euacuatur, de quibus poſtea differemus. Quæ itaq; euacuanť aut tantundẽ & paria reſarcire neceſſum eſt, aut eorum carentia q̃ euacuatione amiſſum reparent, animal diſſolui. Siccis aũt & humidis exiſtentibus q̃ euacuantur atq; ſpiritibus, anial quoq; humido & ſicco cibo ac ſpiritu indigere optet. Per elementa vero ex qbus conſiſtimus, nobis cibus & potus eſt. Vnde familiari & ſimili nutrimur, cõtrario vero curamur. At elementorum hæc quidem proxime & ſimul, alia vero & p media quædam aſſumimus, vt aquam quandoq; per ſe, quandoq; aũt & per medium vinum, & oleum, & p omnes humidos fructus. Nihil enim aliud eſt vinum, q̃ aqua ex vite facta. Similiter autem & igne participamus, nunc qdem proxime ab ipſo foci, interdum vero per media ea q̃ comedimus & bibimus, amplior enim vel minor particula in omnibus diſpſa eſt. Neq; diſſimili modo aerem aſſumimus, proxime qdem reſpirando circumfuſum nobis habentes, & in comedendo & bibendo per mediũ eoꝝ qbus veſcimur attrahentes. Terram autem proxime nequaq̃ aſſumimus, ſed p media quædam. Nam terra frumẽtum fit. Frumentum vero nos comedimus. At cornices, columbæ, & perdices terra veſcuntur, homo autem p media ſemina & arborum fructus, ac per carnes. Cæterum quoniam non modo decoris gratia, verum etiam ob facilem tactus ſenſum (quo maxime cunctis animalibus p̃ſtat homo) non craſſa cute nos circundedit veluti boues, & id genus alia duram cutem poſſidentia, promiſſis neq; pilis & denſis vt capras, oues, & lepores: neq; ſquamis, velut ſerpentes & piſces. neq; oſtracis vt teſtudines & oſtreas, neq; mollibus oſtracis vt cãcros, & ἀλεπιδώτους D neq; alis veluti aues, neceſſario veſte indiguimus id ſupplente in nobis, quod natura alijs elargita eſt. Et certe his de cauſis eſca & veſte opus habemus, habitatione autem tum ob iam dicta, tum vt à violento ferarum incurſu tuti degamus. Porro ob qualitatum diſtemperantias, & contemperati corporis ſolutionem, in medicorum & curationum neceſſitatem deuenimus. Trãſmutatione autẽ ſecundum qualitatem exiſtente, corporis complexionem per oppoſitam qualitatem ad moderationem reducere neceſſum eſt. Neq; enim vt quidam arbitrantur, calefactum corpus infrigidare, medicorum eſt propoſitum, ſed ad εὐκρασίαν reuocare. Si enim infrigidauerit, in contrariam tranſit ægritudinem ea affectio. Neceſſarij itaq; homini ſunt cibi & potus ob euacuationes & euaporationes, veſtis autem ideo, quia nullum à natura forte cooperimentum obtinet. Habitatione vero propter circumdantis nos aeris intemperiem, & propter feras indiget. At horum omnium propter qualitatum tranſmutationes & ob ſenſum corpori inditum indigi ſumus. Etenim ſi non adeſſet nobis ſenſus, neque doleremus neq; cura opus haberemus. Non dolẽtes autem corrumperemur certe in ignorantia mali, ægrotationem non ſanantes. Cæterum artibus & diſciplinis & ab his manante vtilitate indigemus. Sed quoniam mutuo auxilio opus nobis eſt, ſimul cohabitare & commertia inuicem tractare pro huius vitę neceſſitatibus neceſſarium exiſtit, in permutationibus ſcilicet & negotiationibus. Quam ſynodum & cohabitationem ciuitatem nominant, vt prope & non longe mutuas vtilitates afferamus. Natura eñi ſociale & ciuile animal eſt hõ. Nemo aũt ſolus ſibi ip̃ſi ad vniuerſa ſufficiẽs eſt. Manifeſtũ itaq; euadit ciuitates p̃pter negociatões & diſciplinas fuiſſe inſtitutas.

¶ De p̃rogatiuis duabus hominis, quibus prædi tus eſt. Reparari per pœnitentiam in animo. Et corpus mortale, tandem fieri immortale. Et de finitione hominis. Caput III.

Porro

A PОrro duabus his conſolationibus præcipuis homo potitus eſt. Etenim ſo-
lus hic veniam aſſequitur pœnitẽtiam agens, & corpus illius mortale exi-
ſtens, immortale efficitur. Corpus quidem propter animam, animal es au-
tem potentiæ propter corpus. Nam ſolus homo inter intellectuales creatu-
ras principium habuit, pœnitentiam agendo venia dignus effici. Neq; enim dæmo-
nes aut angeli pœnitentiam agendo, venia digni effici poſſunt. Et reuera in hoc ma-
xime iuſtus & miſericors deus oſtenditur & appellatur. Nam angelis nullam haben-
tibus impulſionem ad peccatum pertrahentem, ſed ex natura à corporalibus paſſio-
nibus, neceſſitatibus & voluptatibus, liberis exiſtentibus nulla datur venia pœniten-
tiam agentibus. At homo partim intellectualis eſt, partim animalis. Neceſſitates au-
tem animalis & paſſiones mentem ſæpiſſimæ peruertunt, quas cum reſipiſcens deſu-
gerit, ad virtutes aũt proceſſerit, ex miſericordia iuſte potitur venia, & certe ſicut riſi-
bile ſubſtantiæ eius proprium eſt, quia & ſoli hoc ineſt & omni & ſemper, Ita in his
quæ ſecundum gratiam ſunt, præ omni intellectuali creatura hominis proprium eſt,
ab his cauſis ex quibus ante peccauerat per pœnitentiam exul. Etenim ſoli homini
hoc donatum eſt, & omni & ſemper, ſecundum huius vitæ tempus. Poſt mortem au-
tem conceſſum eſt nemini. Ita vero quidam angelos volunt poſt caſum, minime ea,
quæ ex pœnitentia eſt, venia potiri (mors enim horum eſt caſus) at ante caſum, ad ſi-
militudinem vitæ hominum, etiam gratia dignos eos effici, quod quia non fecerunt
irremiſcibilem & perennem deinceps nequitiæ ſuæ conuenientem habebunt vindi-
ctam. Manifeſtum itaq; ex his eſt, ꝙ qui pœnitentiam non admittunt, præcipuũ mu-
nus quæ propria ſunt hominis deſtruunt. Proprium quoq; & præcipuum huius ac
ſolum à cunctis animalibus eſt, eius corpus poſt mortem reſurgere & immortalitate
donari. Hoc autem propter animæ immortalitatem aſſequitur, quemadmodum pro-
pter corporis infirmitatem & multijugam paſſibilitatem, morti obnoxius factus eſt.
B Propria deniq; eius ſunt artium & diſciplinarum peritiæ, & hæ q̃ ſecundum has ar-
tes ſunt actiones. Ideoq; hominem definiunt animal rationale mortale cognitionis
& diſciplinæ capax. Animal quidem, quoniam ſubſtantia homo eſt animata ſenſibi-
lis. Hæc enim animalis definitio, rationale autem vt à rationis expertibus animalibus
ſeparetur. Et mortale, quo ab immortalibus rationalibus ſecernatur. Cognitiõis au-
tem & diſciplinæ capax eſt, quoniam ex doctrina nobis artes & diſciplinæ adueniũt,
potentiam ſane cognitionis & artium ſuſceptiuã habet, actum vero ex doctrinis poſ-
ſidet. Cæteꝝ aiunt hoc definitioni poſtremo fuiſſe adiectum (etſi vel ſine hac particu-
la valet definitio) q̃m nymphas Faunoſq; & alia q̃dam dæmonum genera nonnulli
inducunt, longæua q̃dem, non tamen immortalia, à quibus vt hominem diſtingue-
rent, cognitionis & diſciplinæ capax adiecerunt, nullum autem eorum, vt aiunt, di-
ſcit, ſed natura nouit quæ nouit.

¶Omnia propter hominem facta, alia vero aliorum gratia, ad vſum ta-
men hominis. Caput IIII.

HEbraicum vero dogma eſt, omnia hæc hominis gratia facta eſſe, & ꝑpter
eum q̃dem immediate, ea videlicet q̃ dorſo ferunt, & boues ad agricultu-
ram vtiles. Eoꝝ nempe q̃ facta ſunt, hæc propter ſeipſa facta ſunt, illa ve-
ro alioꝝ gratia. Propter ſeipſa quidem rationalia omnia. Alioꝝ aũt gra-
tia rõnis expertia & inanimata. Q̃d ſi hæc ꝑpter alia facta ſunt, quoꝝ nam gratia cõ-
ſtituta ſint, cõſideremus. Num igitur propter angelos? nequaq̃. Nullus enim bñ ſen-
tiens hoc conceſſerit, nam q̃ alioꝝ gratia facta ſunt, ad ſubſtantiam illoꝝ ꝑmanentiã
& ſucceſſionem conſtituta ſunt, eſcæ videlicet, tegminis, curationis, aut motus & ge-
ſtis, aut ſucceſſionis ſecundũ genus gratia. Angelus vero hoꝝ nullo indiget, neq; enĩ
generis ſucceſſiõem habet, neq; illi eſca corporea vel tegmina vel id genus aliis opus

eſt. Cum itaq; minime his angelus indigeat, manifeſtum eſt, ꝙ neq; alia quædam na C
tura angelum ſuperexcellens, quanto enim iſta ꝑeminet, tanto magis ei abundare &
nullius indigere adeſt. Quærenda eſt igitur rationalis aliqua natura, prædictoꝝ indi
ga. At cum ab homine alia, eiuſmodi nō inueniatur, propter hunc & rationis exper-
tia & inanimata facta eſſe certiſſime oſtenditur. Cæteꝝ cum huius gratia facta ſint
omnia, ideo princeps eoꝝ cōſtitutus eſt. Principem aūt & dn̄m dominiū ſecundum
vtilitatis menſuram, his quoꝝ tenet vti decet, minime vero ad paſſionis voluptatem
petulanter abuti, aut moleſte & ſuperbe faſtidienterve his qbus dominat̄ efferri. Pec-
cant itaq; quicunq; irrationalibus non recte vtuntur, non enim principis opus neque
iuſti faciunt ſecundum qd̄ ſcriptum eſt. Iuſtus miſeratur animas iumentoꝝ ſuoꝝ.
At dicat forte aliqs, cum propter hominem facta ſint omnia, nunqd alioꝝ quoq; gra
tia facta ſunt q̄dam? in primis ab inanimatis igitur animata ſeparantes videamus, ſi
licet, propter ſeipſa facta eſſe inanimata. Si enim hęc propter ſeipſa quo pacto vel vn
de nutrientur animalia? nam naturam ex terra animantibus eſcas elargiri videmus
fructumq; & plantas pauciſſimis exceptis q̄ carnibus veſcuntur, ſed & ipſa hæc q̄ car
nes comedunt, eſcam ſibi animalia q̄ terra paſcuntur vſurpant, vt leones & lupi, ag-
nos, capras, ſues, & ceruos. Aquila vero perdicos, phaſianos, lepores, & ſimilia, quæ
fructibus terræ aluntur. At piſcium natura ſuīpſius inter ſe deuoratrix exiſtens, non
vſquequaq; carnibus veſcitur, ſed in his quæ alga & plantulis limoq; & terra naſcen
tibus atq; aliīs quibuſdam in aqua germinātibus paſcunt̄, definit. Si enim omnia pi-
ſcium genera carnibus ſuſtentarentur, & nullum carnis vſum effugeret, nequaq̄ vel
paululum ſufficerent, ſed hæc qdem ab aliīs, illa vero ob eſcæ pœnuriam corrumpe-
rentur. Ne itaq; hoc accideret piſcium qdam à carnibus abſtinentes creati ſunt, ma-
rinam (vt ita dicam) herbam & φύτια edentes, vt ex his & alia ſaluentur. Fit enim ex D
terra germinantibus hoꝝ eſca. Hæc vero alioꝝ & rurſum alioꝝ illa, vt per indefinen
tem ex terreſtribus in mari creſcentibus vltimorum eſcam, etiam alioꝝ ſubſtātia con
ſeruetur. Plantarum igitur generationem non ſui gratia, ſed in eſcam & hominum
atq; alioꝝ animantium conſiſtentiam, factam, ſermo demonſtrauit. Si autem hæc eti
am animalia propter hominem ſunt, manifeſto liquet q̄ augmentationis & genera-
tionis horum ſunt, propter hæc facta eſſe. Vnde aſtrorum motus, cœlum, anni tem-
pora, nubes & omnia talia horum gratia conſtituta ſunt, vt eſcis continue quaſi in
circulo tributis, & his quæ fructus proferunt indeficiens permaneat natura, & vt hæc
qdem propter fructus, fructus aūt propter animalia & hoiem inueniantur. Reliquū
igitur eſt ꝑſcrutari num irrationalium quoq; natura ſuīpſius gratia facta ſit an pro-
pter hominem. Sed prudentiæ expertia & ſecundū naturalem impetum ſolum viuen
tia ad terram prona, & ſeruitutem ipſa figura oſtendentia, ꝑpter ſe ipſa producta eſſe
inconueniens videtur. Cum autem multa ſint quę ad hoc quadranter dici poſſent, &
fere ob pluralitatem proprio libro indigerent, neq; propoſita materia propter ſermo-
num multitudinem horum capax ſit, ſuccincte quæ ſolidiora inueniūtur dicamus.
Si itaque in imagine hominem, & ea quæ extraria ſunt intuebimur, ex ipſa ni-
mirum eoꝝ quæ q̄runtur ſubſtantia demonſtrationes faciemus. Videmus ſane irra-
tionalem vim & eius partes in anima noſtra, concupiſcentiam dico & iram, ad famu
latum rationali datas, quarum hæc domina eſt, illa autem principatui eius ſubdita.
Et hæc quidem iubet illa iuſſioni obedit, & famulatur neceſſitatibus quaſcunq; ratio
ſuggerit, vt homo id quod ſecundum naturam eſt conſeruet. At ſi his quæ irrationa
lis partis ſunt, id quod in nobis eſt rationale dominatur, quale inconueniens erit eti-
am his dominari irrationalibus quæ foris ſunt, & ad neceſſitates ei conceſſa. Ad ob-
ſequium enim rationis expers, rationali natura conſtitutum eſt, vt ex his quæ in no
bis ſunt monſtrauimus. Oſtendit ꝑterea hoc multorum quoque animaliū, ad homis
obſequum genitorum creatio, Boues eīm & doſſuaria omnia ad agriculturam & pon-
derum

A derum baiulationem apta sunt. Ex volucribus vero aquatilibus & terrestribus plurima ad hominum voluptatem sunt creata, at disciplinabilia ad iucunditatem & exhilarationem.

¶ Animalia mortifera conducunt homini. Et de maxima hominis dignitate. Caput V.

QVod si non omnia nostris necessitatibus ancillent, sed homini noceant q̃dam, considerandum hæc ijs vsui esse quæ in famulatum & conuenienter creata sunt, vt eorum creatiõi desit nihil q̃ generari decẽs erat. Sed neque horum vsus omnifariam hoim effugit intelligentiã. Imo venenosa ad ꝓpriam homini conducunt vtilitatem. Vtitur enim eis in medelam ab ipsis inflictæ læsionis, & ad aliarum ægritudinum sanationẽ. Tales q̃dam sunt theriacæ vocatę compositiones, quas ratio adinuenit, vt per huiusmodi & his dominetur, & ab eis veluti possessis hostibus adiuuetur. Innumeras autem hõ contra hæc virtutes habet, à cõditore tributas, q̃ cohibere defendere & insidias eorum corrigere queunt. Nam alia quidem alijs indigentijs conueniunt, generatim autẽ omnia ad homis medelam cõferre nata sunt, etiam vtilitatis alias exptia, & hæc quidẽ de p̃senti nostræ vitæ constitutione dicta sint. Cæterum antiquitus nullum aliorum animantium homĩ nocere audebat, sed q̃diu proprijs passionibus & irrationali quæ in ipso erat ꝑticulæ dominabatur, subiecta & obedientia ei erãt oia. Suis autẽ affectionibus mĩme dominãs, ar possessus ab eis, decenter & ab exterioribus subactus est. Cum peccato eñi quæ ab eis est læsio subintrauit, cuius sane veritas ex his qui optimã transegerunt vitã manifestum est, ferarum eñi insidijs indubitãter hi supiores visi sunt, vt leonibus Daniel, viperæ autem morsu Paulus. Quis igitur huius nobilitatem aĩalis digne admirabit, q̃d in seipso immortalibus mortalia copulat, & rõnalia irrõnalibus colligat, in suiipsius natura totius creationis simulachrum ferens. Quibus de causis & puus mundus dictus est, q tanta à deo dignus est factus prouidentia, cuius gratia sunt oia p̃sentia & futura.

B ra. Propter quem & deus hõ factus est, q in incorruptibilitatem desinens, & mortalitatem effugiens in cœlis regnat, & secundum imaginem & similitudinem dei factus cum Christo conuersatur, dei quoq; filius est omnium principatui & potestati præsidens. Quis vero præclaras huius animalis dotes expilcare potest, pelagus pertransit, cœlum contemplatione intrat, astrorum motus & interualla dinoscit, terram & mare ad suam vtilitatem vendicat, feras & cete cõtemnit, omnem disciplinam, artem & methodum dirigit, absens per literas quos vult alloquitur, nullo à corpore impeditur, diuinatur futura, omnibus dominatur, cuncta possidet, ex omnibus voluptatem accipit, angelis & deo loquitur, creatori iubet, dæmonibus ꝓcipit, horum naturã perscrutatur, deum inuestigat, dei domus & templum fit. Atq; cum hęc omnia possideat, per virtutes & pietatem proficit, sed ne qbusdam bonoꝝ exptibus, nõ solum (vt proposuimus) homĩs naturam exponere, verum laudes scribere videamur, hic receptui canemus. Quanq̃ naturæ eius eminentias recensendo, ipsam naturam maxime euarrauimus. Quanta itaq; ingenuitate ꝓditi sumus cognoscentes, & q̃m planta existimus cælestis, naturam nostram minime deturpemus aut vilipendamus, neue tãtis dei largitionibus indigni appareamus, neq; nos ipsos tanta potestate, gloria & beatitudine priuemus, pro pusillo tempore & breui voluptate omnium æternorum bonorum ꝑdendo delitias, sed p iustas operationes malorumq; abstinentiam, & rectam intentionem, cui maxime deus cooperari consueuit, atque orationes, nobilitatem conseruemus, de his igitur hęc sufficiant. Q̃m autem ex anima & corpore hominem esse, communis submittitur sermo, age diuidendo prius de anima differamus, subtiles & summas, multisque intellectu difficiles quæstiones derelinquentes.

¶ Primi libri Gregorij Nysseni de Homine FINIS.

SANCTI PATRIS C

GREGORII NYSSENI

Liber Secundus De Anima.

De opinionibus priscorum philosophorum circa animæ naturam. Caput I.

VArius apud antiquos fere oēs de aīa sermo est, nam Democritus, Epicurus, & omnis Stoicorū turba, corpus animam enuntiant. & hi de substantia eius diuersa sentiunt. Stoici eñ spiritum calidum & igneum esse dicunt. Critias sanguinem, Hippon philosophus aquā, Democritus vero ignē. Sphæricas etem̄ atomorū figuras cōtractas & ignem & aerem aiam pficere affirmat. Heraclitus autem omnē animā ex humidis euaporationem esse ait, inq; animalibus eam & ab extrinseca & intrinseca æquefieri exhalatiōe. Rursus & eorū qui incorpoream esse animam dicunt, infinita facta est dissonantia, his substantiam eam & immortalem, illis vero incorpoream quidem substantiam at nequaq̄ immortalem asserentibus. Nam Thales primus animam semper mobilem dixit, Pythagoras autem seipsum mouentē numerum, Plato intelligibilem substantiam, ex seipsa mobilem siue numerū harmonicum, Aristoteles primam corporis organici naturalis potestate vitam habentis ἐντελέχειαν. Dynarchus vero harmoniam, id est quatuor elementorum commixtionem D & cōuenientiam, neq; enim eam quæ ex vocibus constat, sed calidi, frigidi, sicci, & humidi aptam & concinnam vnionem innuere vult. Cæterū ex his alios animā esse substantiam manifestum est asserere. Aristotelem autem & Dynardum ἀνουσίους. Præterea vnam & eandem omnium esse animam nonnulli existimarunt, ad singularia dispertitam & rursum ad seipsam redeuntem, quemadmodum Manichei atq; alij quidam. Nonnulli multas & secundum speciem diuersas, alij vero & vnā & multas esse opinati sunt. Quare sermonem tot philosophorum placitis contradicendo prolongare necessum erit. Aduersus omnes igitur corpus esse animam asserentes, q̄ ab Ammonio, Plotini & Numenij Pythagorici præceptore dicta sunt cōmuniter sufficient. Aiunt autem hi, cum corpora per propriam naturam vertibilia sint, & dispertibilia, atq; nullo in eis intransmutabili relicto in infinitum incisibilia, constringente & copulante egent, quod animam nuncupamus. Si igitur corpus est anima qualecūq; & si partibus sit subtilissimum, qd nam rursus illam continet, demōstrantium enim est omne corpus continentis esse indigum, & ita in immensum donec ad incorporeum deueniamus. Si antem Stoicos secuti validum quendā circa corpora motū esse dixerint, q ad interiora simul & exteriora moueatur, atq; eum qui ad exteriora est, magnitudinum & qualitatum esse effectiuum, eum vero q est ad interiora vnitionis & substantiæ, quæramus eos, cum motus omnis ab aliqua fluat virtute, quænam hęc sit virtus, & in quo subsistat. Qm̄ aūt hæc ỳtus ὕλη q̄dam est, eisdem rursus vtemur verbis. Quod si hæc vis materia nō est sed immaterialis, cū aliud sit immateriale ab eo quod materiam pticipat, q̄ritur illud ne sit materiale an materiæ exors. Si enim materiale est, quomodo materialis & immaterialis. Si vero non est materia prędirum, ergo immateriale, & si immateriale corpus non erit. Omne enim corpus materia præditum est. At si dixerint cum corpora tres possideant dimensiones, & anima totum permeans corpus treis itidem habeat, propterea omnino corpus esse. Respōdebimus, omne

corpus

A corpus treis habere dimensiones, nõ omne autem quod treis possidet dimensiões cor
pus esse. Etenim quantitas & qualitas cum per se incorporea existant, secundũ acci-
dens molem habent. Essentialiter itaq; ipsi animæ & secundum seipsam tres non ad-
sunt dimensiones, secundum accidens vero quia videlicet in corpore sit dimenso, tres
obtinere dimensiones ipsa conspicitur. AMPLIVS. Om̃e corpus vel introrsum mo
uetur vel extrorsum. Si qdem extrorsum, inanimatum est: si introrsum, animatum.
Quod si corpus est anima cum ab extrario moueatur, inanimata erit. Cum ab intra-
neo autem animata certe, sed animatum & inanimatum de anima dicere, incõueni-
ens, non igitur corpus est anima, AMPLIVS. Anima siquidem nutritur ab incorpo
reo nutritur. Disciplinæ enim alunt eam, nullum autem corpus ab incorporeo nutri
tur, non ergo corpus est anima. Xenocrates ita subinfert, si autem non nutritur, om̃e
vero animalis corpus nutritur, minime corpus est aĩa. Et hęc qdem generatim aduer
sus oẽs, q corpus esse animã asserunt, in ęos vero speciatim q sanguinẽ vel spiritum
esse animam opinantur, ꝙ spiritu vel sanguine separato pereat animal. Quapropter
minime dicẽdum est quod quidam eoꝝ qui sapientes existimãtur, scripsere asseren-
tes cum sanguinis guttula defluat, animæ particulam defluere. Inanis enim est hæc as
tio, nam ἐν τῷ ὁμογενῶ relicta ꝑticula toti eadem existit. Aqua etenim & ingens &
modica est. Similiter argentum & aurum & omnia quoꝝ partes secundum substan
tiam ab inuicem non differunt. Ita igitur relictus sanguis, quãtuluscunq; fuerit, ani-
ma est, si tamẽ anima est sanguis. Quare illud potius dicendum si hoc anima est, quo
sublato moritur animal, omnino & flegma anima existit, & χολὴ vtraq;. Quodcunq;
enim horum defecerit, vitæ finem inducit. Insuper autem et epar, cerebrum, cor, sto-
machus, renes, intestina, et id genus varia. Quolibet enim eorum ablato peribit ani-
mal. Præterea multa sine sanguine sunt, animata tamen, vt cartilaginea et mollia vt
sepia, lolligines ὀμύλοι, et quæcunq; ostracam habẽt cutem vel molle ostracum, vt ca
B rabi siue fullones, cancri, et ἀσχοὶ. Si igitur aniãta hæc sunt, attamen exanguia, ma
nifesto liquet sanguinem nõ esse animã. In eos aũt qui aquam esse animã affirmant,
ꝙ cuncta viuificare aqua videatur, et sine aqua viuere sit impossibile, quæ his aduer
sentur dicenda sunt. Neq; enim sine cibo viuere existimant aĩam, ergo et cibus quoti
dianus omnis secundũ eos anima est, sed et multa animantia sunt non bibentia, vt de
qbusdam aquilis narrãt, et ꝑdix quoq; sine potu viuere potest. Cur autẽ potius aqua
fuerit anĩa et non aer? nam ab aqua q̃diutissime abstineri põt, à respiratiõe vero aeris
neq; breuissimo qdem tempe. Sed neq; aer est anima, multa enim viuentia, aerem nõ
respirant vt insecta omnia, apes inq̃ vespæ, formicæ, et sanguinis expertia, marinaq;
multa, etenim q̃cunq; pulmone carent, aerẽ non respirant. Nam hæc conuertunt nul
lum non respirans aerem, pulmonẽ habet, et nullum pulmonẽ nõ hñs, aerẽ respirat.

¶ Recitantur argumenta simulata Cleanthis et Chrysippi, animam esse
corpus, quæ etiam soluuntur. Caput II.

POrro cum Cleanthis Stoici et Chrysippi, quædam neutiquam cõtemnen
dæ rationes ferantur, etiam harum solutiones quas Platonici quidam fece
runt, exponendæ sunt. Cleanthes talem complicat syllogismum, non so-
lum genitoribus secundum corpus similes sumus, sed et secundum animã
passionibus, moribus, dispositionibus. Corpis autẽ similitudo et dissimilitudo est nõ
incorporei, corpus igitur est anima. Sed primum qdem ex ꝑticularibus vniuersalia
non probant. Insuper, ꝙ falsum sit eam non esse incorpoream, similitudine demõstra
mus. Numeros enim quorum latera ꝓportionalia sunt similes esse dicimus, vt sex et
viginti quatuor, latera enim senarij duo et tria. Ipsorum autem vigintiquatuor qua-
tuor sunt et sex. Proportionem vero habent duo quidem ad quatuor, et tria ad
sex

ſex,in dupli enim ratione cõſiderantur. Nam quatuor duoꝗ ſunt duplum,& ſex trium, C incorporei autem ſunt numeri. Sed & figuræ figuris ſunt ſimiles, quæcunq; angulos poſſident æq̃les, & hæ quæ circa æquales angulos latera habent proportionalia. Figuram autem vel hi incorpoream eſſe confitentur. AMPLIVS. Sicut quantitatis proprium eſt æquale & inæquale, ita qualitatis ſimile & diſſimile, incorporea autem qualitas eſt, ergo & incorporeum corporeo ſimile & diſſimile eſt. Præterea ait: Nullum incorporeum cum corpore ſimul patitur, neque cum incorporeo corpus. Aegrotanti autem corpori & vulnerato compatitur anima, & corpus item animæ. Erubeſcente enim anima rubrum efficitur corpus, timente vero pallet, corpus ergo eſt anima. Eſt autem in aſſumptione altera pars ſalſitatem in ſe continens, q̃ corpori nullum incorporeum compati dicit. Quid enim ſi ſoli animæ hoc adſit, tanquã ſi quis dicat, nullum animal ſuperius labium mouet, crocodilus autem ſuperius labium mouet, non animal ergo crocodilus. Falſa enim in aſſumptione propoſitio eſt, q̃ nullum animal ſuperius labium mouere dicit. Nam ecce crocodilus animal eſt, & ſuperius labium mouet. Eodem iterum modo cum nullum incorporeum cum corpore pati dicit, quod probãdum eſſet inficiantер aſſumit. Si autem nullũ incorporeum corpori compati, verum eſſe quis ſupponat, nihiloſecius quod infertur in cõfeſſo nõ eſt, animam ſcilicet ægrotanti corpori & inciſo compati. Dubitatur enim an corpus ab anima ſenſum ſuſcipiẽs ſolum ſit quod doleat, ipſa interim impaſſibili manente, an vero ſimul & ipſa corpori condoleat. Erreuera à celebrioribus philoſophis priori loco dictum, magis receptum eſt. Nullus autem ex dubijs ſyllogiſmum cõcludit, ſed ex conceſſis. Superuacaneum vero fuerit & incorporea quędam, ſimul corpibus compati demonſtrare, qualitates enim incorporeæ nimirum exiſtentes, patientibus corporibus & ipſæ patiuntur, atq; in corruptione & generatione corpori coalterantur. Chryſippus autem argumentatur hoc modo. Mors eſt animæ à corpore ſeparatio, ſed nullum incorporeum a corpore ſeparatur. Neq; enim quod incorporeum eſt, corpus tangit, D anima autem & tangit corpus & a corpore ſeparatur, non ergo incorporea eſt anima. Horum hoc quidem, mortem a corpore eſſe animæ ſeparationem, verum eſt, non tangere autem incorporeum, corpus, vniuerſaliter dictum, falſum. In anima tamen verum eſt, falſum quidem, cum linea incorporea exiſtens corpus tangat atq; ab eo ſeparetur: & albedo ſimiliter: in anima autem verum eſt, non enim corpus anima tangit. Nam ſi corpus anima tangeret ꝙ adiaceret ei manifeſtum eſset, at ſi ſic, non toti adiaceret. Impoſsibile enim eſt, corpus corpori, totum toti adiacere. Et ita nõ ex toto animatũ erit animal, vnde ſi attingeret, corpus q̃dem animatum eſset, ex toto vero animal ipſum animatum non erit, ꝙ ſi totum eſt viuum & animatũ, neq; igitur tangit, neque anima corpus exiſtit, ſed incorporea exiſtẽs ſeparatur. Animam itaque corpus non eſse, ex his quæ iam dicta ſunt manifeſtum euaſit.

¶Quod anima ſit ſubſtantia, non harmonia, vt Dynarchus voluit, neque craſis aut quatuor humorum temperies quædam, vt Galenus videtur aſtruere. Caput III.

QVod autẽ neque ἀνούσιος ſit, deinceps dicendũ, nam Dynarchus harmoniam aſseruit eſse animam, & Semias Socrati contradicendo, animã harmoniam eſſe affirmauit, harmoniæ quidem animam, lyræ autem corpus aſſimilari dicens. Exponendę igitur q̃ in Platonis Phædone poſitæ ſunt ſolutiones, quarũ vna eſt ex prædemonſtratis ab eo exiſtens. Doctrinas enim reminiſcentias eſſe prius oſtenſum fuerat, quod ille vt conceſſum adſumens talem conficit ratiocinationem. Si doctrinæ reminiſcentiæ ſunt, erat anima noſtra, antequã in humana ſpecie generaretᷣ. Quod ſi harmonia eſt, prius q̃dem non erat, ſed aptato corpẽ poſtea facta. Omnis eñ compõ non aliter habet q̃ illa ex quibus conflatᷣ, nam compõ eſt cõflatorũ cõmunio. Harmonia aũt inexiſtens illa e quibus compoſita eſt, nõ antecedere

cedere

A cedere sed sequi eam nihil prohibet. Harmoniam ergo non esse animam, ad doctrinas esse reminiscentias sequitur. Quod vero de reminiscentijs dicit, recte adsumit. Animam igitur harmoniam esse, falsum. AMPLIVS. Anima corpori aduersatur, & principatus habet rationem, quasi dominans illi, harmonia autem neque praeest neque aduersatur, non igitur anima est harmonia. AMPLIVS. Harmonia maius & minus recipit, in remissione enim & intensione est, at in ratione harmoniae hoc est impossibile, neque enim ratio magis & minus habet, sed in harmonia sunt. Si enim acuta vox & grauis complexim superintendantur, rationem eandem in vocum magnitudinibus seruant. Harmonia vero secundum aptationem, magis & minus aptata, alterationem recipit, verum anima animae nō est magis & minus, non igitur harmonia est anima. AMPLIVS. Anima virtutem & vitium suscipit, harmonia autem concordiam & discordiam non recipit, non ergo harmonia est anima. AMPLIVS. Anima cum contraria successiue suscipiat, substantia est pars & subiectum, harmonia autem qualitas est, & in subiecto, sed substantia à qualitate aliud est, anima ergo ab harmonia aliud est. Caeterum harmoniam participare animam non est inconueniens, at ex hoc anima harmonia non erit, neque enim quod virtute participat, virtus est. Porro Galenus nihil exprimit, verum in demonstratiuis sermonibus, se de anima nil enunciaturum contestatur, ex his tamen quae dicit κρᾶσιν esse animam, magis existimare videtur. Hanc enim morum differentiam sequi, quod ex Hippocrate probat, as si hoc ita est, quod mortalem eam censeat, manifestissime liquet, non omnem autem, sed irrationalem hominis animam, de rationali enim dubitat, ita inquiens. Quod nō omnia corporis κρᾶσις esse possit, manifestum est. Hinc quodlibet corpus & animatum & inanimatum ex quatuor elementis conflatum est, horum enim κρᾶσις corpora facit. Si ergo corporis κράσεως anima est, nihil inanimatum erit, & cōcluditur ratio hoc pacto. Si corporis κρᾶσις anima est, omne autem corpus κρᾶσιν possidet, omne ergo corpus
B animam habet. Si vero omne corpus animam habet, nullum corpus est inanimatū, neque lapis ergo, neque lignum seu ferrum, neque aliud quicquam inanimatū erit. Quod si non omnem corporis κρᾶσιν vniuersaliter animam esse dicat, sed hanc talem, interrogandum est, quaenam ea corporis κρᾶσει sit, animal faciens, & animae rationem habens. Quamcunque enī dixerit hanc, talem & in inanimatis inueniemus. Nam nouem sunt complexiones, quemadmodum ipse in libro περὶ τῶν κράσεων demonstrauit, octo quidem distemperatae, vna autem εὐκράτου, secundum quam bene temperatam complexionatum dicit hominem, non quidem omnem, sed eum qui mediae est complexionis. Secundum reliquas vero distemperatas, alia animalia secundum speciem cum intensione & remissione per magis & minus. Inueniuntur autem & in inanimatis hae nouem complexiones secundum magis & minus, vt rursus in simplicium medicaminum libro ostendit. AMPLIVS. Si anima complexio est, complexiones autem secundum aetates, horas, conuersationes, & diaetas alterantur, igitur & anima alteratur. Si vero alteratur, non eandem habemus animam, sed secundum complexionem, nunc quidem leonis, nunc ouis, quandoque autem alterius cuiusdam, quod est absurdum. AMPLIVS. Concupiscentijs corporis non repugnat κρᾶσις, sed & cooperatur, ipsa enim est quae mouet: anima autem repugnat, non igitur κρᾶσις est anima. AMPLIVS. Si κρᾶσις est anima, κρᾶσις autem est qualitas, & qualitas praeter subiecti corruptionem adesse & abesse potest, anima igitur sine subiecti corruptione separari potest. Hoc autem à vero alienū, non ergo crasis neque qualitas est anima. Quinetiam neque oppositorum alterum naturaliter alicubi inesse aiunt animali, vt in igne calidum. Intransmutabile enim est hoc. Κρᾶσις autē mutabilis esse videtur, magis autem ipsi, qui per medicam artem complexiones transmutant. AMPLIVS. Omnes corporis qualitates sensibiles sunt, anima autem sensibilis non est sed intellectualis. non ergo qualitas incorporea est anima. AMPLIVS. Corpo-

ris &

ris & spiritus cum carnis, neruorum & id genus aliorum appositione εὐκρασία, forti- C
tudo est, calidorum item siccorum, frigidorum, & humidorum εὐκρασία, sanitas est,
membrorum vero cum bona coloratione εὐκρασία, pulchritudinem constituit. Si igi-
tur fortitudinis, sanitatis, & pulchritudinis harmonia, anima est, hominem viuum
neq; imbecillem esse, neq; ægrotare, neq; deformẽ esse, necessum fuerit: sæpiuscule au-
tem non vnam modo sed treis has deperire εὐκρασίας, & adhuc viuere hominem con-
tingit. Eundem enim deformem esse imbecillem & ægrotare simul accidit. Non er-
go εὐκρασία corporis est anima. Quomodo autem naturalia quędam vitia & virtutes
sequuntur homines: id reuera ex corporis complexione fit. Sicut enim naturaliter sa-
lubri quidam sunt corpore, alij vero ex complexione valitudinarij, ita ex natura cho-
lerici iracundi sunt, alij timidi, tristes alij. At quidam complexionem euincentes do-
minantur. Aliud est autem quod dominatur, & aliud quod sub dominium adduci-
tur. κρᾶσις ergo ab anima, diuersa res existit. Cum enim animę organum sit corpus,
si quidem nauiter coaptatũ animæ cooperetur, & ipsum belle habet, sin secus, in ob-
eund s munijs animã nimirum ob organi ineptitudinem deficere, est necesse. Quod
nisi summam curam adhibuerit, cum eo simul aberrabit, velut Musicus discrepante
lyra si non eam præaptarit, & ipse vna peccat. Ideoq; corporis cura animæ est opus,
vt illud, aptum sibi organum firmet. Hoc autem cum per rationem tum per mores
facit, tanquã in harmonia, hæc quidem remittendo illa vero intendendo, vt congruũ
id sibi efficiat, & apto vtatur organo, alioquin ipsa quoq; cum eo ad ineptitudinem la-
betur, quod sæpicule contingit.

¶ Animam non esse Entelechiam, quam esse Aristoteles primus excogitauit. CAP. IIII.

D

PORRO Aristoteles animam dicens ἐντελέχειαν nihilominus cum his qui
qualitatem eam adferunt, concordat. Exponamus autem prius quid ἐντε-
λέχειαν vocet. Substantiam enim triplicem esse ait, hanc vt ὕλην, id est, ma-
teriam subiectam, quæ in seipsa nihil est, potestatem autem ad generatio-
nem habet. Aliam, formam & speciem, à qua ὕλη esse recipit. Tertiam vero quæ ex
vtraq; ex ὕλη scilicet & forma, conflata est, quod est ipsum animatum. Est igitur ὕλη
potentia, forma vero ἐντελέχεια. Quæ quidem bifariam intelligi solet, aut ita vt sci-
entia, aut ita vt scientiæ agitatio commentatioq;. Vnde patet animam
esse ἐντελέχειαν perinde atque scientiam. Ex eo enim φ anima inest in nobis, vi-
gilia somnusque accidit. Et vigilia ceu contemplatio consideratioque est, somnus vti
animæ habitus operatione vacans, prior autem scientia est, quam meditatio scienti ę-
que agitatio. Hac de re primam ἐντελέχειαν vocat formam & speciem, alteram vero
actum. Verbi gratia. Ex materia & forma constat oculus, & est hæc in eo sicut in sub-
iecto: quod vero suscipit visum, oculi materia est, diciturque etiam homonyme ocu-
lus. Species autem & prima oculi ἐντελέχεια ipse visus est. Qui posse videre ei tribuit.
Secunda vero actus oculi secundum quem videt. Sicut enim recenter editus catulus,
neutram quidem ἐντελέχειαν habet, sed eam suscipiendi potentiam, ita & de anima
accipere oportet. Nam quemadmodum illic genitus visus perficit oculum, ita hic ge-
nita anima in corpore animal absoluit ac perficit, vt neque sine corpore sit vnquam
anima, neque item sine anima corpus. Cæterum & in primis zoticam animæ ptem,
animam vocat, rationale ab ea separans. At omnem simul hominis animam accipe-
re debebat, non autem à parte præsertim imbecillissima de toto enunciare. Deinde
ait antequam generata sit anima, corpus potestate in seipso vitam habere, atqui cor-
pus quod potestate vitam possideat, prius actu corpus esse oportet. Actu autem exi-
stere corpus nequit, antequam speciem & formam suscipiat, ὕλη enim sine qualitate

est &

A est & non corpus. Impossibile ergo quod actu nō est potestatem habere vt ex eo qd-
quam fiat. Si autem corpus potestate sit, quo pacto tale vitā in seipso habere potest?
In aliis eñ potentiam possidere attamen ea non vti possibile, velut visum habentem
non videre, in anima autē nequaquam. Neq; enim qui dormit sine animali actu est,
etenim nutritur, augetur, imaginatur, & respirat: quod maxime est vitæ argumentū.
Ex his igitur ꝙ potestate viuere cuiquam inesse nequeat sed omnino actu, manife
starium euasit. Quod enim principaliter animam specificat, nihil aliud existit q̄ vita.
Nam animæ complantata est vita, corpori autem secundum participatiōem. Quod
inquit ergo sanitatem vitæ esse proportionalem, non animæ vitam sed corporis di-
cit, & ita cauillatur. Nam corpoealis substantia secundum partem contrariorum est
susceptiua, species autem & forma nequaquam. Si enim formæ differentia transmu-
tata fuerit, & animal transmutatur: quare substantia quæ forma est, minime contra
riorum capax existit, sed ea quæ est subiectum, hoc est substantia corporalis, non po
test igitur vllo modo ἐντελέχεια corporis esse anima, sed substantia ἀυτοτελὴς incor-
porea. Secundum partem enim contraria vitium & virtutem suscipit, quod non po-
terat forma suscipere. Post hæc ait, cum anima sit ἐντελέχεια, immobilis secūdum se-
ipsam existit, ex accidenti vero mouetur, nullum autem inconueniens, immobile ex-
istens mouere nos. Etenim pulchritudo immobilis existens, nos mouet. At quanq̄
immobilis hæc existens mouet, id tñ qd naturam habet vt moueat, mouet & non qd
est immobile. Si ergo ex seipso corpus motum possideret, ipm ab immobili moueri
minime repugnaret, nūc aūt immobile ab immobili moueri impossibile. Vnde itaq;
corpori est quod moueat, nisi ab anima? non eñ per se mobile est corpus. Quare pri-
mariam motus generationē cōmonstrare volens, nō primariā sed secundar. ā osten-
dit. Nam si immobile moueret, primū constitueret motum. Si aūt à seipso motū, alia
q̄q; simul mouet, secundarij motus generationē declarat. Vnde igit prima motus ge
B neratio corpori inest? dicere eñ elementa, hæc qdem grauia & illa leuia natura à se-
ipsis moueri, veritati obluctatur. Nam si leuitas & grauitas causa motus est, nunq̄ sta
bunt leuia & grauia. Consistunt autem proprium nacta locum, quare grauitas & le
uitas minime primi motus causæ sunt, sed qualitates elementorum. Quod si hoc da-
bitur, quo pacto existimare & manuum complosiōe gestientes astruere possunt, gra
uitatis & leuitatis opera esse. Si autem nō harum, neq; elementorum, & si nō elemen
torum, neq; corporum. AMPLIVS. Si secundum accidēs anima moueatur, corpus
ex seipso & nō existente anima mouebitur. Quod si ita, & animal erit sine anima, In-
conuenientia autem sunt hæc, absurdum ergo & quod à primordio. Sed neq; omne
quod natura mouetur, etiam vi moueri dicendum est, neq; omne quod vi mouetur,
natura item moueri. Mundus enim qui natura mouetur, vi non mouetur. Neq; si qd
ex natura moueatur, id secundum naturam quiescit. Nam mundus, sol, & luna, ex na
tura moti secundum naturam quiescere nequeant. Eodem quoq; modo ex natura
semper mobilis anima, secundum naturam quiescere non potest (quies enim corru-
ptio animæ existit) & omne iugiter mobile. Præterea quod iam à principio ꝑtactum
est, vnde scilicet corpus dispergi corrumpiq; natum cōtineatur, adhuc inexplicatum
manet. Animam tamen neq; ἐντελέχειαν esse, neq; immobilem neq; item in corpo-
re genitam, vel hæc ex multis abunde demonstrauerint

¶ Animam non esse numerum. Cap. V.

PYthagoras autem deum & omnia symbolice numeris semp assimilare so
litus, animam quoq; numerum seipsum mouentem definiuit. Quem Xe-
nocrates secutus est, non quod numerus sit anima, sed quod in numerabi-
libus & multiplicatis existat, atq; res singulis formas & figuras imponen-

do discernat. Ipsa enim à speciebus species dirimit, differentesq; ostendit, & alterita- C
te generum ac numeri multitudine specificat, cuius gratia numerat res, quare nō pror-
sus à numerorum communione recedit. Per se autem mobile etiam ipse inesse ei te-
statur. Cæterum q numerus non sit anima, hinc colliquescit. Numerus quantitas
est, anima autem non quantitas sed substantia, non igitur numerus est anima. Etsi
quā maxime numerum in intelligibilibus substantiam esse volunt, quemadmodum
in subsequentibus dicemus. AMPLIVS. Anima continua est, numerus autem non
continuus, non igitur numerus est anima. AMPLIVS. Numerus aut par est aut im
par, anima neq; par neq; impar, non ergo numerus est anima. AMPLIVS. Nume-
rus secundum appositionem augetur, anima autem ex appositione non augetur.
AMPLIVS. Anima per seipsam mobilis est, numerus vero finitus immobilis est.
AMPLIVS. Numerus vnus & idem natura manēs nullam quæ in numeris sit qua
litatem pmutare valet, anima autem vna & eadem manens, quæ secundum substan-
tiam est transmutat qualitatem, vt ex inscitia ad disciplinam transiens, & de vitio in
virtutem, non ergo numerus est anima. Antiquorum itaq; dogmata, talia sunt.

¶ Aduersus Eunomium episcopum, acutissimum hæreticū, qui animam
in corpore generari & produci contendit. Et contra Apollinarium episco
pum, virum clarissimum qui animam ex traduce parentum prouenire
astruxerat, quorū vterq; huic sancto patri contemporaneus fuit.

Caput VI.

AT Eunomius definiuit animam substātiam incorpoream, in corpore fa-
ctam, partim Platoni partim Aristoteli consentiens. Nam substantiam D
incorpoream à Platone, In corpore vero factam ab Aristotelis doctrina
recepit, non intelligens (etsi acuto ingenio fuerit) quæ minime conuenisit
se in vnum congregare. Omne enim quod generationem sortitur corpalem & tem
poralem, corruptibile est & mortale, quibus cōcordant quæ apud Mosen sunt. Nam
is omnium generationem, intelligibilibus exceptis, materiam scribit, cui etiam Plato
nis affectatores astipulantur. Quod si quis post corporis effictionem, immissam ani-
mam existimauerit, siue post corpus esse genitam, à veritate exorbitat. Neq; ēm Mo-
ses creatam tunc eam dicit, quando in corpus immittebatur, neq; secundum ratio-
nem ita habet. Aut igitur mortalem dicat vt Aristoteles qui in corpore genitam cen
suit, & Stoici, aut incorpoream esse substantiam astruens, in corpore fieri dicere re-
nuat, vt non mortalis & ratione omnino carentis animæ formulam nobis represen-
tet, præsertim cum secundum eum nondum plenus sit mundus, sed semiperfectus, &
nunc adiectione semper indigens. Quinquies enim dena intelligibilium milia p sin-
gulos dies ei adueniunt, & quod maxime absonum est, cum perfectus fuerit, tunc, vt
ipse ait, dissoluetur, nouissimis iuxta resurrectionem hominibus animarum nume-
rum complentibus. Qua re quid potest esse absurdius, tunc corrumpi mundum dice
re cum completus fuerit? Pueris enim hæc consuetudo est in arena lusitantibus, quæ
absoluerunt mox destruere confundereq;. Cæterum prouidentiæ ratione asserere
nunc animas fieri & non creatione (neq; enim nouam substantiam aut ab existente
aliam induci) sed eam quæ est secundum prouidētiam multiplicari, ignorantium est
creationis & prouidentiæ differentiam. Nam prouidentiæ opus est, ex mutua propa
gatione corruptibilium substantiam animalium conseruare, non sane eorum dico
quæ ex putrefactione generantur, nam horum successionem putredo rursus alia sal-
uare sine prouidentia potest. Principalissimum autem creationis opus est, ex non en-
tibus aliqua facere. Si ergo ex mutua procreatione, animæ fierent, ratione prouiden-
tiæ vtiq; fierent, & corruptibiles essent, haud secus ac animalia ex generis successio-
ne pro-

A ne progenita. Si autem ex non entibus fiunt, creatio erit factio, & illud Moseos verũ non est. Requieuit deus ab omnibus opibus suis, inconueniens vero est horum vtrunque, non igitur animæ generantur, quod enim dicit pater meus vsque modo operatur, nõ de creatione vt illi videtur sed prouisione & vt bene sint, accipiendum est. Apollinarius vero censet animas ab animabus produci, sicut à corporibus corpora. Prouenire enim diffundique secundum corporalem successionem, primi hominis animam in eos qui ex illo descenderunt omnes secundum successionem, neque enim constitui animas neque nunc creari, eos vero qui hoc dicunt, coöperatorem mœchis facere deum, etenim ab his pueri progignuntur, falsum item & hoc esse ait. Requeuit deus ab omnibus operibus suis quæ cœperat facere, si vtique adhuc & nunc animas conderet. Sed si omnia ex mutua propagatione secundum successionem genita, mortalia esse demonstrata sunt (propterea enim generantur & generant vt corruptibilium permaneat genus) vel hanc ex vicissaria procreatione ortam mortalem dicere, vel non secundum successionem ex seinuicem generari est necessum, quod tamen in his est qui ex adulterio nascuntur, prudentiæ rationi, nobis ignotæ relinquamus. Si autem de ea nonnihil conijcere licet, omnino nouit quod gignitur, vel vitæ vel sibipsi vtile futurum, & hac de re hanc μιξόγαμον fieri permittit, cuius euidens argumẽtum Solomonem accipimus, ex vxore Vriæ & Dauid natum.

¶ Aduersus Manicheum delyrum, & de opinione Platonis de varietate animarum, & Platonicorum circa hæc dissensione.

Caput VII.

B DEinceps autem & Manicheorum opinionem quam de anima habẽt scrutemur. Nam aiũt eam immortalem & incorpoream, vnam autem solam esse omnium animam dispertitam, & in singula corpora cũ inanima tum animata deuenire. Et hæc amplius eam participare, illa vero minus, amplius quidem animata, minus autem animæ expertia, sed multo insignius cœlestia, quasi vniuersalis animæ partes sint singulares animæ. Et certe si impertibiliter diuidi eam dicerent, vt vocem in audientibus, mediocris esset error. Nunc autem ipsam animæ substantiam diuidi asserunt, & quod omnium est deterrimum, in elementis peculiariter eam esse volunt, hisque in corporum generatione condiuidi, quibus dissolutis iterum in se redeat, vt aqua diuisa rursus coit atque miscetur. Et puras animas cum sint luces ire in lucem, coinquinatas vero à materia ad elementa, & rursus ab elementis ad plantas animaliaque transire, & ita substantiam eius intercidendo, & corpoream enuntiando atque passionibus subijciendo, immortalem esse aiunt. In contraria autem incidunt, cõtaminatas enim animas ad elementa redire, & simul misceri affirmant, rursus vero in transmigratione pro peccatorum enormitate viuentes eas cruciari dicunt, Et iterum secundum subdescensionem distinguentes, vmbras quidem luce existente separari aiunt, nocte vero facta vniri, quod in intelligibili natura fieri impossibile est: vmbræ enim sensilium sunt, etiamsi admiserit quis, dirimi eas, & rursum coire. Plato autem & vnam & multas esse animas astruit, nam vnam quidem vniuersi animam, particularium vero alias, quasi separatim vniuersum sua anima existat animatũ, diuisim item particularia. Dicit ergo vniuersi animam à centro terræ ad cœli extremitatem esse protensam, non quidem localiter sed intelligibiliter. Hanc autem circulariter hoc vniuersum circumducere & conseruare, atque corpoream speciem mundi constringere. Quod autem continente indigeãt corpora, in superioribus ab eo est demonstratum. Facere vero hoc specificam cuiusque animam ait, viuere enim quodlibet ens propria vita, peculiari item corruptione destrui. Nam quãdiu constringitur corpus, esse dicitur, dissipatum vero corrumpi, & viuere qdem omnia,

hon tamen omnia esse animalia. Discernuntur enim ab inanimis plantæ, quoniam augentur & nutriuntur, hoc est nutritiua & vegetali virtute. Irrationalia vero animalia à plantis, sensu. Rationalia denique à rationis expertibus, ratione, & sic omnia viuere affirmantes vniuscuiusque naturam distinguunt. Viuere igitur & inanima dicunt habituali nimirum vita, secundum quod ab anima vniuersi continentur, vt sint solum & non dissoluantur. Hanc autem esse animam quæ vniuersum gubernat, & particulares animas prius à conditore creatas transmittit, qui leges ei dedit quibus ipsum vniuersum administret, quas fatum dicunt, virtutemque tribuit ad opus sufficientem. Hæc autem in libro de fato etiam dicentur. Ethnici igitur omnes qui animam immortalem dixerunt, animarum transmigrationem vnanimi consensu astruunt, circa formas animarum diuersi. Nam hi vnam formam rationalem affirmant, & ad plantas hanc & rationis expertium corpora transmeare, illi vero secundum quosdam temporum περιόδους, nonnulli vt contigerit. Alij non vnam animarum speciem sed duas, rationalem & irrationalem, quidam autem multas, & tot quot animalium species. Cæterum Platonici circa hoc dogma maxime dissident, cum enim furibundas, & iracundas atque raptrices animas, luporum & leonum corpora induere Plato dixisset, incontinentiæ vero indulgentes, asinorum & id genus talium asciscere corpora, hi quidem proprie lupos, leones, & asinos intellexerunt, illi vero tropice locutum opinati sunt, mores per animalia designantem. Nam Chronius in libro περὶ τῆς παλιγγενεσίας ita μετενσωμάτωσιν vocat rationalesque omnes esse vult, similiter & Theodorus Platonicus in libro ὅτι πᾶσα ψυχὴ εἶδος, & Porphyrius. C

¶ Asseritur opinio Iamblichi esse sana, qui secundum animalium speciem, diuersas esse animas astruit, nullam nisi hominis rationis capacem. D

Caput VIII.

IAmblichus autem contraria incedens via, secundum animalium speciem, animæ speciem esse dicit, species inquam diuersas. Scriptum denique ab eo est peculiare quoddam volumen, in quo docet, non ab hominibus ad rationis expertia animalia, neque ab irrationalibus item ad homines transmigrationes fieri, sed ab animalibus ad animalia & ab hominibus ad homines, propter quod & mihi non modo mentem Platonis sed & veritatem ipsam perbelle coniectura assecutus videtur, vt ex multis alijs demonstrari potest, ex his autem maxime. Nam nullus rationalium motuum in rationis expertibus animalibus apparet. Neque enim artes, aut disciplinæ, aut consilia, aut virtutes, aut aliud intellectualium quicquam in eis est. Vnde liquet illis nullam rationalis animæ esse participationem. Etenim irrationalia existere rationalia, inconueniens est dicere. Cæterum quamuis infantibus in primis vitæ rudimentis solus irrationalis motus adest, animam tamen rationalem habere eos dicimus, quoniam adulti rationis actum demonstrant. Rationis vero expers animal, cum nulla vnquam ætate rationem declarat, superflue nimirum rationalem animam possideret, nihil sibi conducente rationali virtute. At nihil superuacaneum ociosumve à deo productum esse, concorditer ab omnibus est concessum. quod si hoc esset, frustra vtique rationalis anima iumentis & feris immitteretur, suipsius opus nunquam demonstrare valens, & certe eius qui ineptam & inconuenientem corpori dedisset animam, existeret culpa. Neque enim artificis hoc opus est, ordinem, harmoniam, & compaginem agnoscentis. Si vero quis secundum internam dispositionem, rationaliter moueri animalia dixerit, at figurationem ipsorum ad compositas, decentes, ingeniosasque actiones esse ineptam: exemplo hominum id persuadere nitens, quibus manuum modo digitis recisis plurimæ artes depereunt, non dissoluit quod quærebatur. Quin idem manet inconueniens, quod deus scilicet non aptam corpori animam compegerit,

pegerit,

A pegerit, sed supuacaneam, inutilem, operationeq; frustratam, & per omnem ætatem ad proprias actiones obeundas impeditam. Præcipue cum assertionem hanc ipsi ex incertis & non concessis congerant. Vnde enim liquet secundum internam dispositionem rationaliter moueri animalia? Melius ergo est, vnicuiq; corpori conuenientem animam esse insertam existimare, & nihil amplius secundum dispositionem animalia possidere præter naturalem simplicitatem, quæ in operationibus ipsorum visitur, vnaquæq; enim irrationalium species propria inclinatione ad vsum & actum, cuius gratia à primordio genita est, mouetur, & ad hunc congruam plasmationē habuit. Non tamen omnifariam sine auxilio eam dereliquit conditor, sed vnicuiq; naturalem industriam non rationalem intelligentiam indidit, quibusdam insuper vafriciem inseruit quasi artis imaginem & rationalis animæ vmbram, duplici sane de causa, tum vt præsentes insidias deuitarent & futuras præcauerent, tum vt sibi inuicem omnem creationem copularet belleq; coagmentaret, quemadmodum iam dictum est. Quod autem ratione hæc non faciant, hinc clarum euadit, quoniam secundum speciem vnumquodq; animal similiter eadem agit, neq; ipsorum operationes in multitudine variantur, nisi secundum magis & minus, sed vna inclinatiōe tota species mouetur. Omnis enim lepus similiter caute agit, & omnis lupus similiter astutus est, ac quælibet simia eodem modo humanos gestus imitatur, quod non in homine contingit. Nam infinitæ sunt humanarum actionum vię. Liberum enim, & liberi arbitrij, rationale est, quare minime vna & eadem omnibus hominibus opatio, vt vnicuiq; irrationalium speciei. Hæc enim à sola natura cientur, naturalia autem apud omnes similiter sunt. At rationales actus, apud alios alij, & non ex necessitate, hi vero ijdem vbiq;. Cæterum si dixerint animam ob castigationē eorum quæ ante in humana vita perpetrauerat, in talia corpora submitti, ex posterioribus faciunt demonstrationem. Cur enim in animalium corpora quæ prima generata fuerunt, rationa-
B les immissæ sunt animæ? nam nullibi vtiq; in humanis corporibus peccauerunt, antequam illis insererentur.

Galeni opinio refertur qui multas animas in corpore ponit, vbi Author in fine per epilogum sua affert. Cap. IX.

GAlenus autem admirabilis sane medicus, hac opinione persuaderi videtur, qui secundum vnamquamq; animalis speciem, diuersam esse animæ speciem putat, in fronte enim primi libri de partium vtilitate in hunc modum inquit. Et si hoc est, multæ animalium erunt particulæ, hæ quidem maiores, illę minores, alię vero omnifariam in animalium speciem indiuisibiles. Necessario autem his omnibus anima quæuis indiget, corpus enim huius organum, & propterea multum à se inuicem animalium particulæ differunt, quoniam & animæ. Rursus autem in eodem libro procedens, de simia hoc addit. Et recte vtiq; o sapientissime censor, aduersum te natura diceret, ridiculæ animæ bestiam, corporis quoq; ridiculam decuisse coagmētationem, ita sensit diuersis iuxta speciem corporibus, diuersas item inesse animas, & de his hactenus. Quoniam autem non corpus esse animam demonstrauimus, neq; harmoniam, neq; κράσιν, aut aliam quandam qualitatem, ꝙ substantia quædam sit incorporea ex his colliquescit, nam intellectualem esse ab omnibus est concessum. Quod si non corpus, neq; accidens eā existere patet, nam incorporea est substantia, & nihil ex his quæ in alio habent esse. Hęc enim omnia sine subiecti corruptione & decedunt & recedunt, anima autem sequestrata corpus omnino corrumpitur. Cæterum eisdem vtens, immortalem esse animam ostendet, si enim non est corpus, quod natura dissolubile & corruptibile monstratum est, neq; qualitas, neq; quantitas, aut aliud quicq̄ eorꝫ quæ intereunt, immortalem existere perspi-

cunm fit. Extant autem apud Platonem & reliquos, compluſculę immortalitatis eius demonſtrationes, quæ tamen circuitionibus ſublimes & captu difficiles ſunt, vixqꝫ C in ea philoſophia nutritis cognobiles. Nobis autem ad aſſerendam animæ immortalitatem, diuinorum eloquiorum ſufficiet doctrina, fidem ex ſeipſa habens, cum diuinitus ſit inſpirata. Aduerſus eos qui Chriſtianorum libros ſuſcipere dedignantur ſat erit demonſtrare, nullum eorum quæ intereunt, animam eſſe. ꝙ ſi ita incorruptibilis eſt, ergo & Immortalis. Quare hæc de quibus ſufficienter diſſeruimus miſſa faciamus.

¶ De vnione animæ ad corpus, quomodo videlicet vniatur corpori, vbi egregie Platonis opinionem Ammonius tuetur.

Caput X.

Quærendum autem quo nam pacto animæ & corporis inanimati, fiat vnitio. Inexplicabilis enim eſt hæc res, ꝙ ſi non modo ex his, ſed etiam intellectu conſiſtit homo, longe erit inextricabilior. Omnia enim quæ in vnius ſubſtantiæ ὑπόςασιν coaleſcunt, omnino vniuntur. Quæ autem vniuntur, alterantur, & non manent quæ prius erant, vt in elementis oſtendetur. Vnita enim aliud quiddam fiunt, quomodo igitur corpus vnitum animæ, adhuc manet corpus? & anima incorporea exiſtens & ſecundum ſeipſam ſubſtantialis corpori coagmentatur, & pars fit animalis, propriam ſubſtãtiam ſeruans Inconfuſam & incorruptibilem? aut enim vniri animam & corpus atqꝫ coalterari, & vtraqꝫ ſimul corrumpi velut elementa, aut non vniri propter dicta incommoda neceſſum eſt, aut adeſſe vt ſaltatores in chorea, vel calculum calculo, aut concreta eſſe & mixta vt aquam & vinum. Sed ꝙ nõ poſſit adiacere anima corpori in ſermone de anima oſtenſum eſt. Tunc enim ſola corporis pars animæ adiacens eſſet animata, non cõiuncta vero inanimata, cum non poſſit dici vnum quod ſecundum appoſitionem eſt, vt ligna, ferrum, & id genus alia. Sed & mixtio vini & aquę vtraqꝫ ſimul corrumpit, neqꝫ eñ hæc D concretio pura aqua eſt, aut vinum, & quamuis ſecundum appoſitionem fiat, latentem tamen ſenſum habet διὰ τὸ λεπτομερὲς mixtorum. Hoc autem vel hinc liquet, ꝙ rurſus ab inuicem poſſunt ſeparari. Spongia enim madefacta puram aquam haurit & papyrus ſimiliter, quæ autem certiſſime ſunt omnino vnita, ſenſibiliter dirimi impoſſibile eſt. Quod ſi vnita non ſunt neqꝫ adiacent, neqꝫ concreta immixtaqꝫ exiſtunt, quanam ratione animal vnum dicetur? Plato itaqꝫ propter hanc difficultatem non vult animal ex anima & corpe eſſe, ſed corpore vti animam velut eo indutam ineſt autem huic aſſertioni nodus. Quo pacto enim cum tali indumẽto anima vnum eſſe poteſt? nam tunica cum induto nõ eſt vnum. Cæterum Ammonius pceptor Plotini hanc quæſtionem diluens, intelligibilia talem dicebat habere naturam, vt & vniantur his quæ poſſunt ea ſuſcipere, quemadmodum corruptibilia & vnita inſuper inconfuſa & non ſimul intereuntia maneant, vt quæ adiacent. Nam in corporibus ſane coaleſcentium vnio alterationem efficit, cum in alia corpora tranſmutentur, veluti elementa in mixta, ſanguis in carnem, & cibus in ſanguinem ac reliquas corporis particulas. In intelligibilibus vero vnitio quidem fit, ſed alteratio inde non ſequitur, non enim natum eſt intelligibile aliquod ſecundum ſubſtantiam alterari. Si autem deficit, in non ens corrumpitur, tranſmutatiõem vero nequaq̃ recipit, ſed neqꝫ in nõ ens corrumpitur, non enim ſic intelligibilia eſſent immortalia. Et certe ſi anima vita exiſtens in coagmentatione tranſmutaretur, alteratione minime careret, neque eſſet amplius vita. Quid autem corpori conferret, ſi vitam ei non tribueret, non itaque in vnione anima alteratur.

¶ Animam humanam ſine ſui confuſione, ſed ſecundum ſubſtantiam corpori vnitam, nõ eſſe ibi ſicut in loco, verum ſecundum habitudinem, quia illud contineat.

Caput XI.

Cum

A CVM igitur demonstratum sit intellectilia secundum substantiam esse in-
corporea, necessario consequitur, si vniantur, non cum his quibus vniun-
tur simul interire. Vnitur itaqꝫ & sine confusione ac impermixtim coag-
mentatur corpori anima. Vniri quippe eam, ipsa compassio ostendit, to-
tum enim animal vt vnum existens sibiipsi compatitur. Inconfusilem vero animam
manere ex hoc liquet, ꝙ in somno à corpore quodam mō sequestratur, & velut mor
tuum id iacere dimittit, quod solum vita ne omnino suffocetur facit respirare. Con-
tingit præterea per seipsam in somnis agere eam, futura diuinādo, & intelligibilibus
sese applicando, idem accidit cum ea quæ sunt secundum seipsam intente scrutatur.
Etenim tunc prout potest à corpore seipsam abstrahens sibi relinquitur, vt ita appre-
hendat ea quæ sunt. Incorporea enim existens vndiquaqꝫ pertransit, vndiqꝫ illabitur
& se infundit, ad inconfusilium similitudinem corruptibilibus & materialibus inten
ta minime corruptiōi simul est obnoxia, suam puritatem ac naturam conseruans, &
conuertens ea in quibus versatur, in suiipsius vitam, ab illis minime versa. Nam sicut
sol irradiatione sua, aerem in lucem trāsmutat, lucidum eum reddens & vnitur aeri
lux sine confusione simulqꝫ diffusim, eodem modo anima corpori vnita omnino in-
cōfusilis manet. In hoc solum differens, quoniam sol corpus existens & loco circum-
scriptus non est in omni loco, vbi lumen eius, sicut neqꝫ ignis. Hic em̄ in lignis ꝗque
vel lucerna ligatus manet, vt in loco: anima aūt cū sit incorporea, & loco non circū-
scripta, tota per totum meat & lumen & corpus, & non est pars illuminata ab ea, in
qua non tota adsit, non enim à corpore tenetur, sed ipsa tenet corpus, neque est in cor
pore, vt in vase vel vtre, sed potius in ipsa est corpus. Nam minime à corporibus in-
telligibilia præpediuntur, verum omne corpus permeantia à corporeo loco detineri
B nequeunt. Quę enim intellectilia sunt, intelligibilia quoque loca habent. Nempe aut
in seipsis sunt aut in subiectis intellectualibus, vt aīa qñqꝫ in seipa est, cum, s. medita
tur & cogitat, quandoque autem in mente, cum intelligit alta & supramundana con-
templando. Cum igitur in corpore intelligibile esse dicitur, nō in corpore velut in lo-
co existere accipiendum est, sed tanquam in habitudine & ꝙ adsit. Quemadmodum
deus in nobis esse dicitur, etenim complexu, inclinatione, & affectione, ligatam esse à
corpore animam affirmamus, velut ab amica amantem nō corporaliter, neqꝫ locali-
ter sed secundum habitudinem. Sine magnitudine enim existens tumorisqꝫ expers
& impertibilis, circumscriptione locali incircumscriptilis est. Quod enim partes
non habet, quo potest loco circumscribi? Quippe locus est terminus eius quod conti
net secundum quem locatum continetur. Si autem quis dicat ergo Alexandrię ac Ro
mæ & vbique est anima mea, non considerat se imprudenter de loco dicere. Etenim
in Alexandria & quocunque alio in loco existere, est esse in loco. Nō est autem in lo
co vniuersaliter sed in habitudine, nō posse em̄ loco comprehendi demōstratum est.
Cum itaqꝫ in habitudine loci alicuius vel negocij in loco existentis, intellectiliū aliq̄d
extiterit, abusiue id esse illic dicimus, ꝓpter opationem eius q̄ illic est, locū ꝓ habitudi
dine & opatione accipientes, cum em̄ dicere deberemus, illic operať, dicimus illic est.

¶ Inducit vnionem verbi dei ad humanam naturam, ex vnione animæ
nostræ ad corpus fuisse possibilem, Porphyrij testimonio. Ibique confu-
tatur Eunomius hæreticus. Caput XII.

CAeterum hic sermo vnioni diuini verbi ad hominē maxime conuenit, se-
cundum quam vnitus absque substantiæ cōfusione mansit & incomphen
sibilis nō secūdum animæ modum. Nam hęc eorū q̄ multiplicanť existēs,
corpori propter familiaritatem quodāmodo compati videtur, & quādoqꝫ
dominari, quandoque subijci. Deus autem verbum nunq̄ à cōmunione illa q̄ est ad
corpus

corpus & animam alteratur, neq; particeps est illorum impfectionis, sed tradens eis C
suæ diuinitatis virtutem, manet idem quod erat & ante vnitionem. Valde nouus cer
te est hic coitionis modus, vnitus enim est & manet omnifariam immiscibilis, imper
mixtibilis, incorruptibilis & intransmutabilis, non simul patiens, sed solum coope-
rans, neque vna interit aut coalteratur, verum illa cõiungens, nequaquam minora-
tur ab eis, imo inuertibilis manet & sine commixtiõe, cum purus sit & omnis altera-
tionis expers. Testis est Porphyrius qui aduersus Christianum dogma linguã suam
mouit. Fortia nempe sunt inimicorum pro nobis testimonia, & nullam contradictio
nem suscipientia. Is ergo in secundo miscellanearum quæstionum in hæc verba scri
bit. Non est abnuendum, quin accipere possimus quandam rem, vt non simul in in-
tellectione eius alia vel alia essentia comprehendatur, quę quidem res in sua propria
natura post completã huius vel illius rationẽ maneat, cũ qua sane non fiat, sed suam
naturalem per se seruet vnitatem, & (quod maius est) ipsa immutabili manente sua
præsentia mutet ea quibus se coniunxit, pro sua operatione. Dicit autem hoc de vni-
tione verbi dei cum anima & corpore. Quod si de anima verus est hic sermo, quoni-
am incorporea existit, multo potius de verbo dei, qui magis & incomparabiliter se-
cundum veritatem est incorporalis. Quod aperte ora eorum qui vnitiõem dei ad ho
minem calumniari nituntur obstruit. Nam quod quidam dicere formidant, id mul-
ti ridiculum esse aiunt, sicut enim mortẽ eius existere incredibilem, ita vnionem quo-
que indecentẽ esse, generabili scilicet naturæ, diuinam secundum coagmentationem
vniri. Sed nos ex ipsis complurimũ vsi testimonio, hanc litem finiuimus. Porro dicunt
quidam & maxime Eunomiani, deum verbum corpori tantum vnitum esse non se-
cundum substantiam, sed secundum vtriusque virtutes. Non enĩ possibile aiunt sub-
stantias illas vnitas manere & esse cõcretas, sed solum animæ & corporis virtutes, di
uinis esse coniunctas virtutibus. Sensus autem omnino secundum Aristotelem vir-
tutes esse dicunt, his ergo diuinæ virtutes concretę vnionem operatæ sunt, vt ipsis pla D
cet, cæterum sensus corporales virtutes enunciantibus nemo astipulabitur. Quæ enĩ
corporis propria sint, quæ animæ, quæ vero eius quod ex vtroque conflatur, in supe-
rioribus clare monstratum est, & certe sensationes esse sensus posuimus, ipsa autem
sensoria corporis existere diximus. Melius ergo est secundum propriam & inconfu
saneam incorporeorum naturam, substãtialiter fieri vnionem, diuiniori in nullo læ-
sa ab inferiori, imo hac solum proficiente ex illa. Natura enim quæ pura est & incor-
porea sine prohibitione per omnia incedit, per eam autem nihil, quare eo ꝙ per oĩa
transit vnitam esse liquet, in eo ꝙ nihil per ipsam sine confusione manere & impermi
xtibilem. Non probandus igitur est hic prior vnionis modus vt quibusdam gloria-
bundis viris videtur, sed natura est causa, nam suscepisse quidem corpus, secũdum be-
neplacitum vtiq; dixerit quis rationabiliter factum esse, vnitum autem non confun-
di in propriã dei naturã, sed pro beneplacito assumentis, suam naturalem operatio-
nem exercere. Gradus vero animarum & ascensiones & descensiones quas Origeni-
stæ inducunt, nihil diuinis scripturis conuenientes, neq; Christianorum
dogmatibus concordantes, relinquendæ sunt.

¶ Secundi Gregorij Nysseni de Anima FINIS.

A

SANCTI PATRIS GREGORII NYSSENI EPISCOpi Liber Tertius de Elementis, ex quibus corpora nostra constituuntur.

¶ De quatuor humoribus ex quibus animalia & constituuntur & nutriuntur, ac duplici partium genere in animalium membris. Caput I.

Omne corpus quatuor elementorum est cōcretio, & ex his conflatur. Corpora vero animalium, sanguinem habentium proxime ex quatuor humoribus genita sunt, sanguine, flegmate, rubea cholera & nigra. Exanguium vero corpora ex aliis humoribus, & eo quod sanguinis proportionem in eis obtinet. Proxime quidem dicitur, id est immediate ex ipsis. Vnde fit, vt quatuor humores, quatuor elementorum sint concretio, humorum autem cōsimilia membra, quæ sunt corporis particulæ. Cæterum terræ assimilant nigram cholerā, flegma aquæ, aeri sanguinem, rubeam vero choleram igni, omnis autem elementorum cōcretio vel solidum quid existit vel humidum vel spiritus. At Aristoteles

B corpora animalium ex sanguine proxime vult generari, ab hoc enim & nutriri dicit immediate & augeri omnes animalis particulas, sperma insuper ex sanguine generationem habere. Sed quia ex vno & eodem minime conuenienter durissima ossa, & mollissimam carnem & pinguedinem generari, Hippocratem præferimus. Corpora animalium ex quatuor humoribus primo coagulari, ex terrestribus vero & παχυμέροις solidiora proxime generari, ex mollioribus item mollia. Sæpiuscule autem quatuor in sanguine humores cōperiuntur, vt in phlebotomiis videre est, nunc seroso flegmate superabundante in eo, nūc nigra aut rubea cholera. Quare iam nominati viri concordare quodam modo sibi inuicem videntur. Porro earum quę in animalibus sunt partium, hæ consimiles existunt, illę vero officiales. i. similares partes sane sunt ὁμοιομερῆ, duo membra cerebri, nerui, medulla, cerebrum, os, dens, cartilago, adenes. i. colligationes membranæ, pili, vngues, carnes, venæ, arteriæ, tophus, pinguedo, cutis, & quæ velut elementa proxima horum sunt, sanguis secundum φ sanguis purus, flegma, cholera nigra & rubea. Tenon quoq;, nam ex colligatione & neruosis vmbis compositus est. τὰ ἀνομοιομερῆ vero caput, thorax, manus, pedes, & id genus alia hominis membra, non enim in caput diuiditur caput, sicut neruus in neruum, vena in venam, & caro in carnem. Omne autem ἀνομοιόμερον ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν constat, vt caput ex neruis, carnibus, ossibus & reliquis. Vocant autem hæc organica. Cæterum τῶν ὁμοιομερῶν definitio hæc est, quorum particulæ & toti & sibi inuicem sunt similes. Simile vero pro eodem hic oportet accipere. Porro nō quodlibet animal omnes corporis partes obtinet, sed sunt nonnulla mutilata. Nam hæc sine pedibus existunt, vt pisces & serpentes, illa sine capite vt cancri, carabi, & natatilium quędam. Cum autem capite careant, in pectore sensus habent. Alia pulmone vacant ceu añ retulimus, quæcunq; non respirant aerem, nonnulla vesica carent, vt aues, & omnia quæ non mingunt. Quæ vero ostreatam cutem obtinent, plurimorum membrorum expertia

sunt

ſunt, in paucis enim ad animalium naturam accedunt. Videntur aũt quædam etiam C
his quæ habent vacare, vt cerui rubeam choleram, id eſt, fel non habere putantur, q̃a
in inteſtinis illam diſperſam & occultam poſſident, at homo ſic & omnia & perfecta
tenet, vt nequaquam aliter quam ſunt, omnia melius habere conueniat. Simili modo
ſecundũ poſitionem partium in membris multa eſt animalibus differẽtia. Nam hæc
ſane vbera in pectore habent, illa in ventre, nonnulla ſub coxis, & hæc quidem duo,
illa quatuor, alia vero plura. Vberum enim multitudinem generatorum numero, na
tura fere cõnumerauit. Si quis autem certius noſſe ea voluerit, Ariſtotelis librum de
hiſtoria animalium legat, neq; ẽm propoſiti operis eſt hæc talia niſi velut deſcriptio-
nes quaſdam & effigies exponere.

¶ De numero quatuor elementorum, & eorum qualitatibus, ſecundum quas ad ſe inuicem habitudinem & vnionem obtinent. Cap. II.

AD elementorum igitur ſermonem tranſeamus conſequenter inquiſitum.
Elementum quod mundanũ, eſt quædam minima pars concretionis cor-
porum. Sunt autem quatuor, terra, aqua, aer, ignis, ſecundũ hunc dictum
ordinem coordinata ab inferioribus ad ſuperiora corpa, & prima exiſten-
tia & ſimplicia vt alia corpa, etenim omne elementum, cum his quorum eſt elemen
tum, vnius generis exiſtit, at principium nõ vnius generis eſt cum his quæ ſunt. Ele-
mentum vero cum compoſitis ex ipſo, eiuſdem omnino generis exiſtit. Sed terram,
aquam, aerem, & ignem elementa eſſe manifeſtum eſt, nam ſummæ in his qualitates
poteſtate & actu apparent. Nullum autem ſenſibilium elementorum, merum eſt,
& elemento non permixtum. Notha enim effecta ſunt paulatim adulterataque quo-
dammodo omnia hæc, & ad inuicem magis & minus participant, quorum natura in D
mixtione quoq; clare cõſpicitur. Porro vnumquodq; elementorum ſecundum con-
iugationem duas ſpecificas qualitates habet. Eſt enim terra ſicca & frigida, aqua fri-
gida & humida, aer humidus & calidus, iuxta ſuipſius naturam, ignis vero calidus
& ſiccus. Non tamen hæ qualitates ſecundum ſeipſas eſſe poſſunt elementa, ex quali-
tatibus enim incorporeis, nequit corpus conſiſtere. Sed neq; corpora non ſummam
habere ſecundum actum qualitatẽ poſſibile eſt. Nam aliter elementa eſſent infinita.
Elementa vero ſecundum magis & minus qualitatem poſſidentia, non facile diiudi-
cari queunt, quoq; nam ſint elementa, eſſe igitur corpus elementum, & quidem ſim-
plex, ac ſecũdum actum ſummas habere qualitates caliditatem, frigiditatem, humi-
ditatem, & ſiccitatem neceſſe eſt. Hæ enim ſolæ qualitates totam omnino trãſmutant
ſubſtantiam. Aliarum aũt qualitatum nulla hoc agit. Neq; enim album corpori ap-
propinquans, id p totum dealbat, vt calidũ calefacit, & frigidum infrigidat, neq; alio
rum ſimiliter vllum. Cæteꝝ ſecundum contrarias duas qualitates, elementa ſibi inui
cem contraria ſunt, vt aqua igni, frigida exiſtens & humida, calido & ſicco, & terra
aeri, frigida & ſicca calido & humido. Quia vero niſi medio aliquo intercedente vin-
culo quod ea colligaret, ad inuicem contraria copulari non poſſent, in meditullio ter-
ræ & aeris ſibi contrariantium ſtatuit aquam conditor, duas qualitates ei dans frigi-
ditatem & humiditatẽ, p quas extremis copulata poſſet ea connectere. Nam frigidita
te familiaris eſt terræ, humiditate vero aeri copulatur. Rurſus, medium aquę & ignis
contrariorum, aerem ordinauit, humecta qualitate domeſticum aquæ, calida vero
igni, & ita contraria ad ſe inuicem per media quædam coagmentauit, quæ colligant
ſeipſa & colligantur. Tale enim vinculum optimum eſt. Vnumquodq; igitur ipſo-
rum ſecundum vnam qualitatem priori copulatur, p alteram vero poſteriori, vtputa
aqua frigida eſt & humida, ſed ſecundũ frigidũ terræ coniungitur priori ſecundum
aſcenſiõem, p humidũ vero aeri, poſteriori, eodem modo aer humiditate cõnectitur

aquæ,

A aquæ, priori. Caliditate vero igni posteriori, & ignis per caliditatem aeri copulatur
priori, per siccitatem vero terræ, secundam reclinationem & conuersionem ad extre
mum. Haud dissimiliter terra per frigidum aquæ, per siccum vero igni secundum re-
clinationem. Nam vt nō mō iuxta descensum & ascensum ad superiora & inferiora,
sed etiam secundum circularem habitudinem possideant elementa, adinuicem quo-
dam modo extrema inflexit, ignem dico & terram. Etenim ignis solam abijciens ca
liditatem, fit terra: quod ex fulminibus liquet. Descendens enim ignis cum infrigida
tus fuerit, ex superadustione fit lapis, ideo omne fulmen cum lapide & sulphure fer-
tur. Est autem sulphur ignis infrigidatus non amplius calidus secundum actum sed
potestate, & siccus actu. At sola elementa secundum actum habent qualitates, alia ve
ro omnia potestate, nisi elemento appropinquarint. Cęterum vt nunquam deficiant
elementa, & concretiones quæ ex ipsis sunt, sapienti artificio conditor statuit, vt & in
seinuicem transmutarentur elementa, & in concreta ex ipsis, ac rursus hęc in illa resol
uerentur, & ita ex mutua inter se sufficientia vel successione, salua semper conserua-
rentur. Nam terra lutescens, fit aqua, aqua vero densata & lutea effecta fit terra, sed ca
lefacta & euaporata fit aer, coactus autē aer densatusq́ fit aqua, & siccatus in ignem
transmutatur, abijciens vero siccitatem rursus fit aer. Est enim aer extinctio ignis, &
vapor aquæ calefactæ. Ex vtrisque igitur manifestum, q̄ ex caliditate generatio-
nem habet, etenim calefacta aqua, ignis item extinctus, aer fit. Est itaque secundum
propriam naturam calidus, vicinitate autem quæ ad aquam est & terram infrigida-
tur, vt inferiores eius partes ad terram frigidæ sint, superiores vero ad ignem calidæ.
Contingitque hoc propter mollitudinem aeris & facilem passibilitatem, velociter
enim propriam naturam exuit atque transmutatur. Cæterum Aristoteles duo esse
genera aeris ait, hoc quidem vaporarium, quod euaporatione fit aquæ, illud autem
B fumeum, quod extinctione ignis generatur, & hoc sane calidum esse, illud vero vbi
quidem fit calidum existere, procedens autem secundum partem infrigidari, atque
aquam fieri. Verum vt & alia quæ videntur inconuenientia effugiat, & præsertim q̄
altiora multumq́ à terra distantia, frigidiora appareant, duplicem supposuit eius na-
turam.

¶ Quomodo ad se vniantur elementa in corpore secūdum Aristotelem,
& de proprietate elementorum atq́ habitudine secundum Platonem.

Caput III.

AT omnia corpora ex quatuor horum elementorum conuenientia genera-
tionem habent, & plantarū & animalium natura, quę purissimam elemen
torum partem pro suis corporibus sibi asciscunt. Vocat autem hæc corpo
ra Aristoteles naturalia, cum nō secundum coaceruationem cōposita sint,
sed tota vndiq́ in vnionem concreta, & vnum constituant corpus. Ita enim vniun-
tur, vt non possibile sit ea discerni, videlicet aut terram, aut aquam, aut aerem, aut ig-
nem, in eo separatim considerari, quia vnum quiddam & aliud quam hæc, ex quatu-
or horum concursu genitum est, vt in tetrapharmaco emplastro. Etenim vt illic, ali-
ud est hic emplastrum tetrapharmacum, quam ea ex quibus confectum est, non simi
liter tamen, neq́ enim per appositionem λεπτομερεστέρων vt in hoc emplastro, ele-
menta constituunt corpora, sed secundum transmutationem & vnionem. Rursus au
tem in elementa resoluuntur corpora, cum corrumpuntur. Et hoc modo continen-
ter omnia permanent, & ad rerum generationem sufficiunt, neque superabundan-
tia vnquam neque diminuta. Vnde alterius generationem, alterius quoque corru-
ptionem esse ait, & vnius corruptionem alterius generationem, non modo secun-
dum animam vt prædictum est, sed etiam secundum corpus. At PLATO
censet tria quidem elemetra in se inuicem transmutari, terram autem intrans-
muta-

mutabilem manere. Assimilat enim vnicuiq; elemento figuram rectilineam, terrę cu- C
bicam, ꝙ hæc inter figuras minime apta sit motui, aquæ difficilius mobilem, quæ ico-
sedra dicitur. Igni facillime mobilem quam pyramidalem vocant, aeri vero mobi-
liorem aqua, sed immobiliorem igne quæ octedra appellatur. Proinde ex his figu-
ris, tria elementa in se inuicem transmutari demonstrat, terrę autem hoc minime ac-
cidere. Nam tres quidem pyramidem, octedram, & icosedram, ex inæqualibus tri-
angulis consistere, cubum vero ex æqualium angulorum triangulis. Quæcunq; igi-
tur ex inæqualium angulorum constant triangulis, hæ dissolutæ & rursus conueni-
entes, inuicem transmutari queunt. Cubus vero dissolutus in aliquam trium alia-
figurarum transire nequit. Ex æquilateris enim triangulis consistit, ex quibus trium
aliarum nulla constare potest. Neq; rursus harum trium aliqua in cubum, corpora
igitur speciebus his determinata, necesse est ita habere ad inuicem, vt illæ habebant.
Cæterum nequaquam à transmutatione immunis remansit terra, sed diuiditur ἀπὸ
λιπτομερεςέρων non quidem transmutata, sed, vt ita dixerim, reelementata in ea quæ
ipsam diuidunt. Rursus enim cōueniens in seipsam remigrat quod in aqua videtur.
Si enim in aquam pauxillulum terræ iniiciens commiscueris, dissoluitur in aqua ter-
ra. Si autem cessaueris turbare, quietem suscipiente aqua, subsidet: haud aliter & de to-
ta terra intelligere oportet. Non est autem transmutatio sed separatio mixtorum. Di-
cit insuper Plato ab acumine ignis solui terram, quæ soluta in eum fertur, vel in ae-
ris tumorem, vel in aquam, scilicet cum ab aere aut ab aqua dissoluitur. Adserit au-
tem secundum alium modum vnumquodq; elementum diuidendo tres habere qua-
litates. Ignem quidem acuitatem, raritatem, & motum. Alterari vero extremum ele-
mentorum, hoc est terram, secundum contrarias his qualitates, obtusitatem, densita-
tem, & quietem, vt sint secundum has qualitates contraria terra & ignis, aerem vero
& aquam, ꝙ non tales secundum coniugationem possiderent, ab extremorum vtro-
q; qualitates suscepisse, & ita media elementa esse genita. Recipiuntur enim duæ qua- D
litates ignis, raritas & motus, vna autem terræ obtusitas, & cōstituitur aer, specificas
habens qualitates, obtusitatem, raritatem & motum. Rursus duæ accipiuntur qualita-
tes terræ, obtusitas & densitas, ignis autem vna sola, motus inquam, & fit aqua, obtu-
sitate, densitate, & motu specificata. Est igitur acuitas ad obtusitatem, sicut ignis ad
aerem, & raritas ad densitatem, sicut aer ad aquam, motus item ad quietem, vt aqua
ad terram, & sicut ignis ad aerem, ita aer ad aquam, & vt aer ad aquam, ita aqua ad
terram. Nata enim sunt plana ab vna mediatione contineri, hoc est. analogia, solida
autem duabus. Porro secundum alium modum, elementa qualitates habere dicunt.
Nam terram & aquam grauitatem possidere, secundum quam natura deorsum fe-
runtur. At Stoici elementorum hæc actiua adserunt, illa vera passiua, actiua quidem
aerem et ignem, passiua vero terram et aquam.

De natura cœli, quod non sit ex quatuor elementis secundum Aristotelem. Et Platonis circa id opinio refertur et Apollinarij, vbi tandem per epilogum ostendit necessario esse quatuor elementa. Cap. IIII.

ARistoteles autem quintum inducit corpus, æthereum inquam, quod in cir-
cuitu fertur, nolens cœlum ex quatuor elementis generatum esse. In circui-
tu aūt ferri dicit hoc quintū corpus, ꝙ circulari circumgyratione moueat,
quod Plato ex igne & terra manifeste cōstare adserit, ita inquiens. Corpo-
reæ speciei, & visibile & tangibile, quod sit esse oportet. Sine igne aūt nihil vnquam
visibile fiet, neq; sine solido tangibile. At solidum nequaquam absq; terra existit. pro-
inde ex igne & terra huius vniuersi corpus inchoans deus fecit. Duo autem sine ter-
tio bene cōsistere nequeunt, vinculo enim vtrunq; coagmentanti opus est, vinculum
vero

vero optimum est, quod & seipsum & quæ colligantur, quam maxime vnum efficit.
A Huc autem conuenientissime proportionata est perficere, vinculum dicens, media
duo elementa ex huiusmodi proportione assumpta. Atqui Hebræorum doctrinam
colunt, de cœlo & terra euariant. Nam hi quidem fere omnes, ex nulla præcedente
materia, genitum esse cœlum & terram dicunt, quia Moses ait, in principio fecit de-
us cœlum & terram. Apollinarius autem vult ex abysso fecisse deum cœlum & ter-
ram. Verum abyssi vt genitæ, Moses de generatione cœli nō meminit. In Iob autem
dictum est, q̄ fecit abyssum, ex hoc igitur censet omnia alia generata esse, nō tamen
ingenitam vult, sed ante cuncta corpora productam eam esse, & præsumpsisse à con-
ditore ad aliorum subsistentiam manifestationem. Vnde abyssi ὕλης. Sed quomodo-
cunq; hoc se habeat, nihil refert. Nam & ita omniū deus conditor ostenditur, ex non
entibus fecisse omnia. Aduersus eos vero qui vnum solum elemētum esse astruunt,
terram, ignem, vel aerē, vel aquam, quæ ab Hippocrate dicta sunt sufficient. Si enim
dumtaxat vnum esset, nūquam doleret homo, neq; enim esset à quo doleret si vnum
existeret. q̄ si doleret, vnde nam esset quod sanaret? oportet autem ægrum cum sen-
su transmutari. Si vero vnum solum esset elementum, non existeret vtique in quod
transmutaretur, non transmutatum autem, sed manens in seipso nequaquam dole-
ret, etiamsi sensibile foret. At quod patitur, ab aliquo pati necesse est. Si itaque vnum
modo esset elementum, præter illius qualitatem nulla alia foret, à qua pateretur ani-
mal. q̄ si neq; transmutari neq; pati quiret, quonam pacto doleret? Ostendens igitur
hoc impossibile esse ex confesso inducit. Si autem doleret, vndenam esset quod sana-
ret? nunc autem non est vnum quod sanat, sed multa, minime ergo ex vno elemento
constituitur homo. Cæterum ex quibus ipsi conantur proprium quisq; communire
dogma, his maxime ostenditur quatuor esse elementa. Etenim Thales aquam solam
dicens elementum, demonstrare nititur, reliqua tria ab hac generari. Nam hyposta-
sim eius terram fieri, quod λεπτομερέστερον est, aerem, quod tenuius aūt aere, ignem.
Anaximenes vero aerem solum ponens, ostendere quoq; tentat, alia elementa ex ae-
B re produci. Heraclitus item & Hipparchus Ponticus ignem adserentes, iisdem de-
monstrationibus vtuntur. Cum itaq; & hi dicant ignem aliorum elementorum esse
generatiuum, & iste similiter aerem, ille vero aquam, manifeste liquet, quoniam om
nia elementa vicissatim se transmutant, inq; se inuicem vertuntur, quod-
libet horum elementum esse, necessario consequi. Quodcunq;
enim quatuor elementorum adsumpseris, & hoc ab
alio fieri comperietur.

¶ Tertij libri Gregorij Nysseni de Elementis.
FINIS.

SANCTI PATRIS C
GREGORII NYSSENI EPISCO-
pi Liber Quartus de Viribus ſeu poteſtatibus
ANIMAE.

De quinq; ſenſorijs & definitione ſenſus. CAP. I.

CORPVS animæ organum exiſtens, ſimul cum animalibus virtutibus diuiditur. Huic enim conuenienter & apte compactum eſt hoc organum, adeo vt nulla eius virtus à corpore impediatur. Proprias enim corporis partes ad actum, vnaquæq; animalis virtus ſortita eſt, quod ꝓgrediens hic ſermo indicabit. Nam anima artificis vicem obtinet, corpus vero inſtrumenti. Plane materia eſt circa quam verſatur actio, opus autem eſt actio ipſa, verbi gratia vt materia ſubiacet mulier, circa hãc enim eſt actio. Fornicatio vero vel adulterium vel matrimonium, actus eſt. Sunt autem ſenſoria quinq;, ſenſus vero vnus omnium, qui per quinq; organa, ſenſationes, hoc eſt quæ in eis fiunt paſſiones, cognoſcit. Etenim in ſenſu maxime terreſtri & corporeo, tactu inquam terreſtrem naturam ſentit, in ὠοειδῶ vero & omnium clariſſimo viſu ὠοειδῆ, in aeriformi ſcilicet auditu, aeris paſſiones. Aer enim eſt vocis ſubſtantia, vel aeris percuſſio, ſed & in ſpongioformi & aquęformi, guſtu ſcilicet, ſapores apprehendit. Vnumquodq; enim ſenſibilium per familiare cognoſci natum eſt. Oportebat igitur ſecundum hanc rationem cum quatuor ſint elementa, quatuor item eſſe ſenſus. Sed quia vapor & odorum genus in media natura eſt aeris & aquæ (nam aere quidem παχυμερέστερον exiſtit, aqua vero tenuius, quod ex κόρυζα liquet, q̄ enim ea laborant, aerem ſane attrahunt per reſpirationem, vapores tamen & odores nequaq̄ ſentiunt. Quippe propter obturationem quod craſſius eſt, ad ſenſum non peruenit) hac de cauſa quintus ſenſus ſcilicet odoratus, à natura inuentus eſt, vt nihil eorum q̄ in cognitionem venire queunt, ſenſum effugiat. Cæterum nõ eſt ſenſus alteratio, ſed cognitio alterationis, alterantur enim ſenſus. Poſſumus autem ita definire ſenſum. Senſus eſt ſenſilium receptio. Verum hæc finitio, minime ſenſus ipſius, ſed operationum eius eſſe videtur, quapropter & hoc modo definiant ſenſum. Spiritus cognitiuus & diſcretiuus à principaliori parte, ſ. cerebro, ad organa ordinatus, eſt autem & ita finire. Virtus animæ, materialium diiudicatiua. Senſoriũ vero hoc eſt membrum ſenſus hoc modo deſcribunt, organum receptionis ſenſilium, & item aliter: organum eſt membrum per quod ſentimus. At Plato ſenſum dicit animæ & corporis ad exteriora communionem. Siquidem virtus animæ eſt, organum autem corporis. Ambo vero per phantaſiam id eſt, imaginationem, exteriorum ſunt aſſumptiua. Porro ſunctionem animæ, hæ quidem ſunt ἀρχικαὶ καὶ ἡγεμονικαί, aliæ autem inferiores & famulantes. Principales quidem ſunt, cum excogitatiuum, tum diſciplinę perceptiuum. Seruientes vero ſenſus ipſi, & ſecundum locum motus, & phantaſticum. Etenim motus & vox velociſſime & firmiter ſine mora voluntati obediunt, nam intellectu ſimul & ſecundum idem & volumus & mouemur, nullo medio tempore voluntatis & motus, ſicut in motu digitorum videre contingit. Sed & naturalis q̄dem motus, & quæ paſſiones vocantur ſub imperio excogitatiui ſunt. B

¶De viſu quomodo fiat. CAP. II.

A

Viſus æquiuoce & ſenſorium, hoc eſt, oculus & virtus ſenſitiua dicitur. Hipparchus autem ait radios ab oculis extenſos, fine ſuo, velut manuum palpatione, exteriora corpora tangentes, ſuſceptionem eorum ad viſum reddere. Geometræ vero conos quoſdã ex coincidẽtia radiorum factos ſubſcribunt, qui per oculos emittuntur. Aiunt enim dextrum oculum ad ſiniſtra radios mittere, ſiniſtrum autem ad dextra, cæterum ab eorum coincidentia conum perfici. Vnde multa ſimul viſibilia cõprehendere viſum, ſed illa certiſſime quidem, vbicunq; radij coinciderint. Ita deniq; ſæpiuſcule pauimentum aſpicientes, ꝙ in eo numiſma iaceat non videmus. Intuentes vero continenter donec radiorum commiſſiones in illa parte factę fuerint vbi numiſma iacet, tunc in eius cõſiderationem incidimus, tum primum attendere incipientes. At Epicurei ſimulachra eorum q̃ apparent, ſeſe ingerere oculis adſerunt. Ariſtoteles vero idolum non quidem corporeũ, ſecundum qualitatem, per alterationem aeris qui in circuitu eſt, à viſibilibus vſq; ad viſum deuenire cenſet. Verum Plato κατὰ συναύγειαν fieri arbitratur, ea quæ ex oculis eſt luce defluente ad vnum extrinſecum aerem ea q̃ à corporibus eſt luce obuiam relata, ea vero q̃ circa medium aerem eſt, facile effuſili vertibiliq; coextẽſis igniformi viſus virtuti. Cæterum Galenus concorditer cum Platone in ſeptimo conſonantiæ libro de viſu diſſerit, ſparſim quodammodo ſcribens ita. Si enim demum ad oculum, particula aliqua, vel virtus, vel ſpectrum, vel qualitas corporum q̃ vidẽtur, perueniret, nequaquam eius quod videtur, magnitudinẽ cognoſceremus, vtputa montis (ſi ita contigerit) maximi. Tam magni enim idolum, noſtris oculis incidere omnifariam eſt irrationabile. Senſum quoq; & viſiuum ſpiritum, cum emiſſus fuerit non eſt poſſibile tantam fortitudinem ſortiri, vt rei viſę circumfundatur. Relinquitur itaq; aerem qui
B in circuitu eſt, tale organum nobis fieri, pro tempore quo videmus, & eum cauſam eſſe, vt in corpore tanta vis exiſtat, tantuſq; ſpiritus. Hoc enim pati videtur circũdans nos aer. Nam claritas ſolis tangens ſuperiorem extremitatem aeris, tranſit ad virtutem. Et claritas q̃ per viſiuos neruos fertur, ſubſtantiam quidem obtinet ſpiritualem, incidens autem in aerem circundantem, & prima ſui immiſſione alterationem operans, pergit deinceps, ſecum retinens eam, donec reluctans, corpus incidat. Fit autem aer organum oculo ad eorum q̃ videntur cognitionem, tale, quale cerebro neruus. Quare quam habet ratiõem cerebrum ad neruum, hanc obtinet oculus ad aerem ſolari claritate animatum. Quod vero appropinquantibus corporibus aer natus ſit aſſimilari vel hinc clare dilucet, ꝙ producto lumine, vel lucida argenti maſſa in mediũ allata, ſtatim alteraſcit aer. Cæterum Porphyrius in libro de ſenſu, neq; conum, neq; idolum, neq; aliud quicquam videndi cauſam eſſe ait, ſed animam ipſam q̃ poteſt viſibilem ſeipſam cognoſcere, eſſe viſibilia, eo ꝙ anima conſtringat omnia q̃ ſunt, & eo ꝙ omnia ſint anima q̃ diuerſa corpora continet. Vnam enim volens eſſe omnium animam, q̃ rationalis exiſtat, decenter ait ſeipſam in omnibus q̃ ſunt cognoſcere.

¶Viſum & ſenſus alios cognoſcere ſenſibilia cõmunia. Et ꝙ vnus ſenſus defectum alterius corrigit, ſingulorũ autem ipſa ratio. Cap. III.

Viſus autem ſecundum rectam lineam videt, ſecundum primã vero rationem colores ſentit, cum eis agnoſcens & coloratum corpus, magnitudinem, figuram, locum in quo eſt, interuallum, numerum, motum, quietem, aſperũ, lene, æquale, inæquale, acutum, obtuſum, & οὐσίαν ſiue aquoſa ſit, ſiue terreſtris, puta humida aut ſicca. Ergo propriũ eius ſenſibile eſt color. Per ſolum enĩ viſum colores ſuſcipimus, confeſtim autem cum co

lore & coloratum corpus,& locum in quo id esse cõtingit quod videtur,& spacium C
medium,tum eius qui videt,tum eius quod videtur. A quibuscunq; enim sensibus si-
mul sentitur corpus,ab eisdem mox & locus vna cognoscitur,vt à tactu & gustu. Ve
rum hi tunc solum cum appropinquarint corpori simul sentiunt,preter alios sensus
quibus de in sequentibus dicemus,visus autem & à longe. Cum vero propria sen sibi
lia à longe suscipiat,spacium quoq; videre solum,necessario consequitur. At magni
tudinem tum modo dinoscere valet,cum quod apparet, per vnam immissionem cõ-
prehendi poterit. Cæterum vbi maius est quod videtur,quã vt secundum vnam im-
missionem cõcipiatur,ibi & memoria & mente indiget. Per partem enim id conside-
rans,& non simul totum,ab alio in aliud transire cogitur. Et quod excidit,semper se
cundum transitum sensibile est,quæ vero antea visa erant,memoria seruat,ac cõiun-
git vtraq; mens,& quod sensibile,& quod memorabile. Magnitudinem itaq; bifari-
am cõphendit,nunc qdem solus,quãdoq; vero cum memoria & mente. At nume-
rum rerum visarum,si supra tria vel quatuor secũdum vnam immissionem videatur
& motum & figuram,& multos habentia angulos,nunq̃ solus, sed semper cum me-
moria & mente. Quinq; enim & sex & septem & plura sine memoratiua vi coaduna
re non potest. Quare neq; sex angulos habentia & octo & pluribus angulis p̃ditas fi
guras. Sed & in motu qui secundum transitum fit, hoc quidem sortitur prius, illud
vero posterius. At vbi prius est & secundum & tertium, hoc memoria sola conser-
uat. Sursum vero & deorsum, æquale & inæquale, similiter asperum & leue, acutum
& obtusum,communia tactui & visui sunt, qui soli etiam locum cognoscunt, ad qd̃
mente opus habent. Id modo enim quod secundum vnam immissionem sensui inci
dit,solo sensu indiget. Quod autem secundum plures,tum memoria tum mente,vt
iam monstratum est. Ad profundum usq; transparentium re vera natus est perueni-
re visus,aerem quidem primo & maxime totum pertransit, deinde aquam quiescen- D
tem & puram(pisces enim natantes videmus)demum per vitrum, perq; alia scilicet
illuminata,& est hoc quoq; eius proprium. Atqui neminem decipiat,calidoq; assum
ptionem esse visum,q; ignem videntes,calidum etiam existere sciamus. Si enim ad
visum,huius feceris reductionem,comperiesq; quando visus primo ignem conside-
rauit,solius coloris & formæ habuit susceptionem. Cum vero tactus supuenisset,ca-
lidum quoq; esse cognouimus,quod à tactu assumens memoria conseruauit. Nunc
igitur cum ignem videmus,nihil aliud intuemur,q̃ formam ignis & colorem, mens
autem cum his quæ videntur,per memoriam,caliditatem quoq; concipit. Eadem ra
tio est in malo pomo. Si enim non à solo colore & forma,sed ex odoratu,& secũdum
gustum qualitate,malum specificatur, clare liquet,q; minime hoc assumẽs visus,ma-
lum esse nouit,sed anima memoriam,q̃ ex odoratu est & gustu,retinet. Nam simul ac
viderit cum forma & colore,hoc quoq; simul considerat. Cum itaq; cereum malum,
putamus verum esse malum,minime visus decipitur, sed mens,visus enim in propri-
is sensibilibus non fallitur. Quippe colorem & formam nouit. Ergo e sensibus tres,
visus,auditus,& odoratus, exteriora & non appropinquantia p medium aerem as-
sumunt. Gustus autem non aliter sentit,nisi sensibili appropinquarit. Verum tactus
ad vtraq; se habet,etenim appropinquans corporibus,& per medium quandoq; vir-
gam sentit. At visus non nunq̃ aliorum sensuum attestatione indiget,quando quod
apparet ad deceptionem ingeniose cõcinnatum fuerit,vt in pictura. Visum enim pi-
cturæ eminentijs & circulis non existentibus decipere solent. Et certe in hunc modũ
res habet,vbi ad discretionem maxime quidem tactu opus est,quãdoq; autem & gu-
stu vel odoratu,vt in cereo malo. Sed secundum seip̃m nonnunq̃,quæ apparent,ma-
nifeste & certe repræsentat,quando scilicet non à longe videt. Turrim denique qua-
drangulam,vt rotundam eminus intuetur. Insuper fallitur cum per nebulam & fu-
mum aspicimus, vel per simile,quod visum turbet, & cum per aquam agitatam in-
tuemur.

tuetur. Etenim remum in mari vt fractum videt, similiter cum per transparentem A aliquam materiam aspicit, quod in speculis, vitro, & id genus alijs accidere solitum est, vel cum celeriter mouetur quod videmus. Conturbat enim visum citatus motus, vt rotunda dicat quæ minime rotunda sunt, & quiescentia quæ mouentur, vel cum mens alijs intendit, vt dum proponit quis amicum conuenire, & iam allocuturus præterit eum, eo quod mens alijs distrahatur, neque est hic error visus, sed intellectus. Nam hic quidem vidit & annunciauit, intellectus autem repræsentatis non intendit. Postremo visus ad manifestam discretionem quatuor opus habet, illæso oculo, moderato motu, iusto spacio, & aere puro atque claro.

¶De tactu qui sortitus est totum corpus, & eius certitudine ac subtilitate. Caput IIII.

Duplex vnumquodque aliorum sensuum membrum conditor fecit & loco aliquo corporis circumscripsit. Etenim oculos duos, & aures duas, & foramina odoratus item duo in nare constituit, sed & linguas duas omnibus animalibus inseruit, verum his quidem discretas, vt serpentibus, alijs autem vnitas, vt hominibus. Idcirco & duos anteriores solius cerebri ventriculos ordinauit vt ex vtroque ventriculo, sensibiles nerui demissi, duplices faciant sensationes. At duplices eos constituit propter abundantem procurationem, vt altero patiente qui relinquitur sensum conseruet. Pluribus vero sensibus corruptis, nihil in vita læditur animal, sed tactu deperdito simul & ipsum perit. Tactus enim solus e sensibus, omni animali communis est. Nam omne animal tactum habet, minime autem reliquos sensus omnes quælibet sortiuntur, sed hos vel illos quædam, perfectiora tamen omnibus prædita sunt. Cum igitur in hoc periclitetur animal, vt sit vel pereat, non vnam particulam cor-
B poris a conditore sortitus est tactus, sed vniuersum animalis corpus. Præter ossa enim vngulas, cornua, colligantias, pilos, & id genus alia quædam, omnis particula corporis tactum adsumit. Proinde vnumquodque sensoriorum duplices habere sensationes contingit, vnam quidem propriorum sensilium, alteram vero tactus, vt organum visus. Etenim colores dijudicat & calida comprehendit, sed hæc certe sentit vt corpus, colores vero vt visus, idem circa gustum, odoratum, & auditum accidit. Cæterum quomodo totius corporis est tactus, si ab anterioribus cerebri ventriculis dicimus esse sensationes? An non manifestum est, neruis ex cerebro descendentibus & per totum corpus disseminatis, tactus sensationem aggenerari? Quod vero sæpiuscule oblæso pede à spina, pili capitis confestim inhorrescant, opinati sunt quidam, passionem vel sensum passionis ad cerebrum remitti, & ita sentire. Sed si hoc verum esset, non vtique doleret vulnerata particula, sed cerebrum. Melius itaque est dicere, neruum esse cerebri portiuncula enim quædam est cerebri, qui animalem spiritum ex seipso semper habet, sicut ignitum ferrum possidet ignem, ea propter vbicunque neruus sensitiuus innatus est, illa pars sensum ab eo suscipit & fit sensitiua. Neque fortassis inconueniens est dicere, ad principium neruorum, id est, cerebrum, non remitti passionem sed sensatiunculam aliquam, & passionis annunciationem. Est porro proprium sensibile tactus calidum & frigidum, molle & durum, lubricum & aridum, graue & leue, per solum enim tactum hæc cognoscuntur. Communia vero tactus & visus, acutum et obtusum, asperum et leue, siccum et humidum, crassum et subtile, sursum et deorsum, insuper et locus et magnitudo, cum eiusmodi fuerit, vt secundum vnam tactus immissionem comprehendatur. Quinetiam densum, rarum et rotundum si paruum sit, quasdam alias item figuras, et motum appropinquantis sibi corporis sentit, memoriæ et mentis adiutorio. Eodem modo et numerum, sed vsque ad duo aut tria, si modo vel tria facile comprehendere possit. Visus autem magis quam tactus hæc percipit, sicut et æquale et

inæquale, quæ sunt de genere leuis & asperi. Nam durities inæqualitati mixta, asperitatem, æqualitas vero densitati coniuncta leuitatem constituit. Proinde ex iam dictis abunde liquet, magnam communionem hos duos sensus adinuicem habere. Etenim alterius errores, alter corrigit, vt in pictura visus eminentias quasdam videt & naris & aliorum membrorum, tactus vero superueniens, eius errorem arguit. Sicut autem visus semper & super omnia per medium aerem cernit, ita tactus per medium baculum, dura, mollia & humida sentit, sed collatione quadam & cum mente. Porro certissimum hunc sensum homo possidet, hoc enim & gustu reliqua animantia superexcellit, etsi in aliis tribus sensibus euincitur. Aliud quippe animal secundum alium ex his tribus hominem superat, sed canis in tribus simul, acutius enim audit & videt, & olfacit, quod ex canibus viam inquirentibus liquet. Cæterum totum corpus, sensorium est tactus (vt ante diximus) maxime vero manuum interiora, & magis adhuc extrema digitorum, quos velut certissimos tactus cognitores habemus. Non enim apprehensionis modo organum cōditor manus ipsas ordinauit, sed & tactionum. Ea propter & cutem subtiliorem habent, & musculum ex toto intus substratum ac pilorum expertes sunt, vt magis tactilia suscipiant, ne autem pilos ederent, suppositus musculus causa fuit. Atqui manuum duriores, ad retentionem valentiores sunt, molliores vero ad tangendum certiores. Quemadmodum neruorum duri quidem ad motum, molles vero ad sensum sunt aptiores. Hi porro tactus sunt organa, per hos enim tactus fit sensatio. Insuper visum in anterioribus secundum rectas lineas cernere diximus. Odoratus vero & auditus, non secundum rectam modo sed vndiq; cognoscunt, ut tactus & gustus, neq; secundum rectas lineas, neq; vndiq;, sed tunc solū cum propriis sensilibus appropinquarint.

De gustu, auditu, & odoratu. Caput V.

Est autem gustus saporum receptiuus, organa vero eius, lingua, & magis huius extrema particula, prætere & palatum, in quibus sunt nerui ex cerebro dilatati, qui factam assumptiōem principi, hoc est cerebro renunciant. Saporum qualitates quę gustatiuę dicuntur, sunt hæ, dulcedo, aciditas, acedo, stypticitas, austeritas, amaritudo, salsitas, pinguedo, has enim gustus dinoscit. Cæterum secundum has qualitates, aqua sine qualitate esse dicitur, eo q nullam harum in gustu ostendat. Secundum alias enim puta frigiditatem & humiditatem sibi connatam habet qualitatem. Stypticum autem & austerum secundum magis & minus ab inuicem differunt. Ergo gustatiuæ qualitates simplices, hæ solæ fere dicendæ sunt. Compositæ autem infinitæ. Vniuscuiusq; enim speciei & animaliū & plantarum propriæ qualitates existunt, quippe aliam (si ita contingat) suillæ carnis & caprinæ item aliam qualitatem percipimus. Ideoq; non edocti qualisnam sit allata caro, in gustu agnoscimus. Hoc autem nequaquam eueniret, nisi diuersa esset vniuscuiusq; gustabilium qualitas. Vnde cum infinitæ sint, & omnino ab inuicem differētes, nullus eas generatim cōprehenderit, etenim in quibus vna quæpiam simplicium qualitatum dominatur, in his secundum vnitorum speciem differentia cognita est, in caricis itaq; & vuis passis, & dactilis dulcedo prædominatur. Aliam autem specierum differentiam gustus discernit. Auditus vero sonorum & vocum est apprehensiuus, dinoscit igitur eorum acuitatem grauitatemq;, læuitatem & asperitatem atq; magnitudinem. Organa autem eius sunt, cerebri molles nerui, & aures. Sed ex his maxime quod cartilaginosum est, ad sonitus enim & voces apta est cartilago. Verum solus homo & simia non mouent aures, reliquis in vniuersum, modo aurita sint, eas mouentibus. Odoratus autem per nares fit, transmittentes ad cerebrum euaporationes. Terminatur autem ad terminos anteriorum ventriculorum cerebri. Hi enim cum

natura

A natura vaporatiui existant, euaporatiões facile dep̄hendunt. Dictum autem est supe-
rius, vt unumquodq; sensorium secundum similitudinem quandam & familiaritatem
propria sensibilia cognoscere, non tamen cerebrum huic sensui, sicut alijs sensorijs,
neruum sensitiuum summisit, sed in termino suo neruorum eius vsum adimplet, &
vapores suscipit. Vaporationum vero communissima differentia est, bonus odor &
malus odor, & medium horum, quod neq; bñ olet, neq; foetet. Fit autem bonus odor
humidis quę in corpore sunt, exacte digestis, medio modo, media fit dispositio, cum
vero nequaquam vel minus digeruntur, malus odor aggignitur.

¶ De viribus interioribus, imaginatiua, cogitatiua, & memoratiua.

Caput VI.

DIssecantur autem animales virtutes in imaginationem, intelligentiam &
memoriam. Imaginatio virtus est irrationalis partis animæ, quæ & sensus
dicitur, per sensus corporeos agens. Imaginabile vero est, quod imagina-
tioni obijcitur, vt sensui sensibile & visui visibile. Imaginatio itaq; animæ,
passio est partis animæ ratione carentis ab imaginabili facta. Phantasma autem in-
anis passio est in particula animę rationis experti, à nullo imaginabili producta. Cæ-
terum Stoici quatuor hæc ponunt imaginationem, imaginabile, imaginatiuum, &
phantasma. Imaginationem quidem asserentes, animæ passionem quæ in ipsa mo-
ratur, & facit imaginabile. Cum enim albedinem viderimus, fit in anima passio ex
eius assumptione. Quippe sicut in sensibus fit passio cū senserint, ita & in anima cum
cogitauerit, rei intelligibilis speciem in seipsa suscipiens. Imaginabile vero est, quod
sensilem imaginationem efficit, veluti albedo, & omne quod animam ciere potest; at
B imaginatiuum inanem sine imaginabili attractionem vocant. Phantasma autem
vanam & inanem conceptionem quam per imaginatiuum haurimus, vt insanis &
melancholicis accidit. Discrepant vero hi in nominum euariatione. Porro organa
eius sunt cerebri anteriores ventriculi, & horum animalis spiritus & nerui ab eodem
foti, atq; apta sensoriorum compages. Imaginationis itaq;, & sensuum exteriorum,
virtus, organa, particulæ & harum tum communio tum differentia, vt par fuit & tan-
quam sub compendio sufficiēter explicata fuit. Cogitatiuæ virtutis, in genere sunt,
discursus, dispositiones, prosecutiones & fugæ, atq; concitationes ad agendum tar in
specie, intellectualium intellectiones, virtutes, disciplinæ, artium rationes, consultati-
uum & electiuum. Hæc autem est quæ per somnia, nobis futura diuinatur, quam so-
lam vaticinationem Pythagorici veram esse dicunt, Hebræos secuti. Orga: um ve-
ro huius, medius cerebri ventriculus, & animalis spiritus qui est in it:o. V.rius memo-
ratiua, est memoriæ & recordationis causa & promptuarium. Memoria vero vt O.i-
genes ait, imaginatio est, ab aliquo sensu secundum actum apparente relicta vt Pla-
to autem vult, conseruatio sensus & intelligentiæ. Anima enim res sensibiles per sen-
soria app̄hendit, & fit opinio, intelligibilia vero p̄ intellectum, & gignitur intelligen-
tia. Cum igiť simulachra & formas eorum quæ opinata est, & eorum quæ intellexit
conseruat, memorari dicitur. In his tamen Plato, minime eam quæ proprie est intel-
ligentiam dicere videtur, sed cogitationem. Nam sensibilia secundum seipsa memo-
rantur, intelligibilia vero per accidens. Nempe & excogitabilium memoria, ex præ-
assumpta fit imaginatiõe. Proprie vero intelligibilia q̄ñ didicimus vel audiuimus,
memoramus, at substantiæ eoꝝ memoriam non habemus. Neq; enim ex p̄cedente
imaginatõe, intelligibiliū est p̄ceptio, sed ex disciplina vel naturali cognitione. Qđ si
memorari dicimur, q̄ prius sciuimus vł audiuimus aut alr̄ cognouimus, hoc ā̄ prius
ad præ-

ad præteritum tempus relationem habet, clare elucescit, memorabilia esse, quæ fiunt C
et corrumpuntur in tempore consistentia. Et est quidem absentium memoria, non tamen fit ab absentibus, Porro reminiscentia vocatur, cum inter memoriam media intercesserit obliuio. Est enim reminiscẽtia memoriæ ademptæ restauratio, corrumpitur autem ab obliuione. Est vero obliuio, memoriæ abiectio, sed hæc quidem est continua, alia autem quo ad aliquod temporis interuallum, cuius est reminiscentia. Insuper alia reminiscentia comperitur, quæ non est sensibilium et intelligibilium, sed naturalium intentionum obliuio. Naturales vero dicimus intentiões, quæ sine doctrina omnibus adsunt, vt esse deum, quam Plato idearum esse tememorationem adseruit, quid autem sit idea in sequentibus dicemus. Ergo imaginatiua virtus accepta à sensibus materiali specie, ea quæ apparent excogitatiuę tradit. Excogitatiua vero vel discretiua, adsumens et diiudicans vi memoratiuæ transmittit, cuius organum est posterior ventriculus cerebri, quem παρεγκεφαλίδα et παρεγκεφανίδα vocant, atq; animalis spiritus qui in eo est.

¶ Quo pacto variis modis lędantur sensus interiores, et destituãtur. Quibus diuisio duplicis verbi interioris et exterioris annectitur.

Caput VII.

QVia autem anteriores vẽtriculos cerebri, sensuum principia et radices esse diximus, discretiui vero eum qui medius est, & memoratiui posteriorem, si in hunc modum res habeat, ostendere est necessarium, vt nõ videamur temere & irrationabiliter dictis credere. Sufficientissima autẽ demonstratio est, quæ ex ipso particularum actu assumitur. Nam anterioribus solum ventriculis secundum quemcunq; modum oblæsis, sensus quidem impediuntur, diiudicatiua vero vis salua adhuc manet. At cum medius ventriculus solum labefactatur, discre- D
tio quidem fallitur, sensoria vero secundum sensuum naturam incolumia manent. Quod si anteriores ventriculi & medius quid patiantur, discretio simul cum sensibus abscidiur. Labefactata autem pareccephalide, memoria sola deperit, sensu & discretione nequaq̃ lęsis. Si vtro cum anterioribus, & medius & posterior egrescat, tum sensus tum discretio atq; memoria simul corrumpentur, quinetiam periculum non abest vt totum animal pereat, quod ex aliis passionibus & multis grauibus casibus, maxime autem phrenesi manifestarium euadit. Qui enim hac laborant, sensibus certe integris sunt, discretione solum lęsa & mente. In hunc modum Galenus refert, phreneticum quendam cum surgens vitria vasa arripuisset & ad fenestras concito gradu processisset, quemuis eorum qui illac iter facerent, singula vasa nominatim vocando interrogasse, si hoc vel illud proiici vellent. Transeuntibus vero ludum esse putantibus, & se velle dicẽtibus, accipiens ipse singula uasa eiecit. Hic sensibus quidem sanus erat, sciebat enim uasa esse, mente autem & discretione ægrotabat. Alii vero inanem habent imaginationem, videre existimantes quæ non vident, in reliquis tamen secundum rationem sapiunt, hi anterioribus ventriculis lęsi sunt, medio incolumi manente. Deniq; cuiuslibet membri operationes ex passionibus id sequentibus impediunt. Quippe in illo actu lęditur animal, quem natum est agere membrum quod labefactatur, vt pede oblęso in ambulando impedimur, hunc enim pes habet actum. Hæc igitur vna quidem diuisio est animalis virtutis, cum qua simul quædam corporis ptes diuiduntur. Alia uero secundum alium modum est diuisio rationalis animæ, uidelicet ἐνδιάθετος λόγος. & προφορικὸς λόγος. Est autẽ mente conceptum uerbum, motus animæ qui in excogitatiua facultate sine aliqua voce fit. Vnde sæpiuscule silentes totum sermonem apud nos ipsos percurrimus, & in somno colloquimur & disputamus. Secundum hoc autem maxime λογικοὶ omnes sumus. Non enim perinde

secun-

A fecundum prolatum verbum ac per hunc rationales existimus. Etenim qui ex natiuitate sunt muti, & qui propter passionem vel ægritudinem, vocem amiserunt, nihilosecius sunt rationales. Verbum autem prolatũ in voce & dicendi proprietate actũ habet. Porro organa vocis sunt multa. Siquidem in μεσοπλεύροις interni musculi, thorax, pulmo, trachea, arteria, faux, & horum maxime cartilaginosum, quod est secundum recurrentes neruos & plectrum linguæ, et omnes hæ particulæ, musculi exsufflationis sunt organa. Loquelæ vero organum os, nempe in hoc plasmatur, formatur et quasi figuratur loquela, lingua et gurgulione plectri similitudinem obtinentibus, palato sonum faciente, dentibus et oris apertiõe velut in lyra chordarũ implentibus vsum, naso deniq; ad bonam & item malam sonoritatem conferente, vt in cantantibus colliquescit.

¶ Diuidit vires animæ siue partes, vt irrationales eius particulas eliciat, obtemperantes tamen rationi concupiscibilem, scilicet, & irascibilem, & de eorum organis. Ac de affectionibus in summa.

Caput VIII.

Aliter autem animam in virtutes vel species vel partes diuidunt in uegetatricem uim quæ & nutritiua & passiua dicitur, & in sensitiuam. Organa autem vniuscuiusq; harum hæc quidem dicta sunt, alia vero in subsequentibus referent. At Zeno Stoicus octuplicem ait esse animam, diuidens eam in principalem vim & quinq; sensus, & in vocalem & virtutem spermaticã. Panetius vero philosophus vocalem quidem vim, voluntarij motus partem esse censet, rectissime dicens. At spermatica virtus non est animæ pars sed naturæ. Cæterum Aristoteles in physicis quinq; esse dicit partes animæ, vegetatiuam, sensitiuam, motiuam secundum locum, concupiscitiuam, & excogitatiuam. Vegetatiuam vocans quæ nutrit & augere & generare facit & corpus format. Vegetatiuam autem etiam nu-

B tritiuam nominat, totum à potiori parte s. à nutriente appellans, à qua & aliæ partes plantariũq; virtutis existentiam sortiunt. ita qdem in physicis. At in Ethica in duo prima & generalissima diuidit naturam, in irrationale, & rõnale. Subdiuidit aũt irrationale in obediens rõni, & non obediens. De rõnali itaq; in superioribus dictum est, de irrationali vero nunc disputationem adsumemus. Sunt q secundum seipsam affirment esse irrõnalem vim, vt irrõnalis anima existit, & nõ ptem rõnalis, primũ qdem, nam secundum seipsam in ratiõis expertibus animalibus inuenit. Vnde liq̃t qm̃ pfecta quæpiam est, & nõ ps alterius. Deinde, q̃ inconuenientiss. sit rõnalis animæ ptem eẽ vim irrationalem. At Arist. & ptem esse dicit & virtutem, & in duo subdiuidit ceu dictum est. Vocat aũt hanc cõiter passiuam & concupiscitiuã, cuius reuera est volũtarius motus. Concupiscentia em̃ motus principium existit, p concupiscentiã nempe aĩalia ad eum motum ferunt q secundum impetum est. Porro irrõnalis virtutis, hæc qdem non obedit rõni, alia vero obedit. Rursus obediens rõni in duo secat, in appetitiuam vim & irascibilem. Sunt aut organa appetitiuę qdem virtutis, epar q̃ est scd̃m sensum. Irascibilis vero cor, durior pticula & motum validum suscipiens in durũ famulatum & fortem impetum pordinatum, quẽadmodum epar quoq; molle viscus, mollis item desiderij organum factum est. Cæterũ hæ vires rationi obedientes vocant, qm̃ natæ sunt rationi obtempare & subijci atq; moueri, prout ratio ipsa iusserit, in hominibus secundum suã naturam se regẽtibus. Sunt autẽ & hæ passiones substãtiæ animalis constitutiuæ. Sine his em̃ vita non constat, q̃re cum æquoce dicat τὸ πάθος distinguenda prius est æquocatio. Dicit itaq; passio, q̃ corporalis est, vt ægritudines & vlcera. Dicit insup passio siue affectio q̃ ipsius animalis est, de q̃ nunc hic sermo, vt concupiscẽtia & ira. Est vero cõiter qdem & gñatim aĩalis passio, quã voluptas sequitur & dolor. Sequitur em̃ passionẽ dolor, neq; ipsa passio existit dolor. Nam si hoc eẽt. omne q̃d patitur etiã doleret. Nunc autẽ insensilia patiunt qdem, minime tñ dolent. Nõ igit passio est

dolor

dolor, sed passionis sensus, quam intensam esse oportet, vt sensui subijciatur. Passio- C
num autem quæ animalibus obueniunt, hæc est definitio. Passio est motus appetitiuæ
virtutis, sensibilis, in imaginatione boni vel mali, boni quidem suspitio concupiscentiā
mouet, mali vero suspitio, iram. Sed & aliter. Passio est irrationalis motus animæ, pro-
pter suspitionem boni vel mali. In communi autem passionem & ita definiunt. Passio
est motus in aliud ex alio. Actus vero est motus operatiuus. Operatiuum autem dicitur quod
ex seipso mouetur, ita igitur & ira actus est irascibilis. Passio insuper duarum partium
animæ est, imo totius corporis. Cum enim ab ira violente ad actiones impellitur, ex alio
in aliud fit motus, quem diximus esse passionem vel affectionem. Sed & secundū aliū
um modum, actus passio dicitur, cum s. præter naturam fuerit. Eqdem actus est secundum
naturam motus, passio vero præter naturam, iuxta hanc itaque rationem, actus passio dicitur,
cum non secundum naturam moueatur siue ex seipso siue ex alio. Quare pulsatilis mo-
tus cordis, cum secundum naturā fiat, actus est. Concussorius vero passio dicitur, nā ex
motu secūdum saltum est, qui est præter naturam. Nequaquā igitur mirum existit, vnam &
eandē rem, passionē & actū nominari. Nam prout motus sunt ex passiua ui animæ &
affectione, actus censentur: quatenus vero immoderati & non secundum naturā, mi-
nime actus sunt sed passiones siue perturbationes, ergo motus irrationalis partis, mo-
tus est secundum ambo hæc diuisus. Non omnis autem motus passiuæ virtutis passio
nuncupatur, sed vehementiores & in sensum prouenientes. Paruæ enim motiones &
insensibiles nondum sunt passiones. Quippe passionem habere oportet magnitudinem
intensam, ideo passioni adijcitur motus sensibilis. Minuti enim motus, sensum laten-
tes, non faciunt passionem, vt dictum est.

¶ Recenset quatuor affectus animi, virtutis concupiscipilis, & qua ex cau-
sa homines tam vehementer suas prosequantur affectiones. Cap. IX.

IRrationalis vis animæ quæ rationi obtemperat in duas partes secatur, ceu re- D
tulimus, in appetitiuam & irascibilem. Rursus appetitiua vis bifariam diui-
ditur, in voluptates & tristitias. Cupitis enim potitum desiderium, volupta-
tem gignit, non potitum vero tristitiam. Rursus secundum aliū modum
diuisus appetitus, quatuor omnino species constituit. Eorum nempe quæ sunt, hæc qui-
dem bona existunt, illa vero mala, & hæc quidem adsunt, illa autem expectantur, secun-
dum quos modos, duobus in duo multiplicatis, appetitus in quatuor diuiditur. Est siqui-
dem bonum & malum, & rursus præsens & expectatum. Bonum sane expectatum, de-
siderium est, præsens vero bonum voluptas, & rursus expectatum malum, timor est, præ-
sens autem tristitia. Nam circa bona versatur voluptas & desiderium, circa mala ve-
ro timor & tristitia. Hanc ob rem quidam passionem siue affectionem in quatuor se-
cernunt, in desiderium, uoluptatem, timorem, & tristitiam. Bona uero & mala dici-
mus, quæ uere talia sunt uel existimantur. Cæteræ malæ passiones per hæc tria infun-
animæ per malam conuersationem, inscitiam, & insalubrem corporis habitudinem.
Non bene enim à pueritia educati, ut passionibus dominemur, in enormitatem itaque
incidimus. Ex inscitia uero malæ dijudicantes inexcogitatiua ui animæ innascūtur,
ut æstimet tum mala, bona esse, tum bona mala. Accidunt insuper quædam passiones
siue affectiones, ex mala habitudine corporis. Iracundi enim sunt cholerici, tristes ue-
ro, calidi & humidi secundum complexionem. Porro mali mores, bona consuetudi-
ne curandi sunt, inscitia autem per disciplinam & doctrinam, insalubris item corpo-
ris habitudo sananda est, corporaliter eam transmutando ut possibile fuerit, in medi-
am crasim conuenienti diæta, & exercitijs & pharmacis, si his indiguerimus.

¶ De uoluptate corporali & animi, quæ alteri præstat.
Caput X.

Volupta-

A VOluptatum hæc sunt animæ, illæ autem corporis. Animæ qdem quæ ipsi-
us sunt secundum seipsam, sicut hæ quæ sunt circa disciplinas & cõtempla-
tionem. Hæ enim & quæcunq; tales solius animæ existunt. Corporis ve-
ro sunt quæ cum communione corporis & animæ fiunt, & propterea cor-
porales vocantur, vt quæ circa escas & venerea sunt. At solius corporis nequaq̃ quis
inuenerit voluptates, sed passiones vtputa incisiones & effluxiones & complexionis
qualitates. Omnis enim voluptas cum sensu est, animę vero ostendimus esse sensum.
Ac liquet voluptatem de numero eorum existere quæ multipliciter dicuntur. Sub alio
nempe & alio genere ponuntur, vt bonæ & malæ voluptates, & hæ quidem sunt fal-
sæ, illę autem veræ. Et hæ sunt mentis solius secundum scientiam, illæ vero cum cor-
pore secundum sensum. Insuper voluptatum secundum sensum hæ quidem sunt na-
turales, illæ vero non. Et voluptati qui in potu est, opponitur tristitia in siti. Volupta-
ti autem secundum contemplationem, nihil. Hæc igitur omnia voluptatem ęquiuo-
cam esse ostendunt. Sed voluptatum quæ corporales vocantur, hæ sunt necessariæ si-
mul & naturales, sine quibus viuere impossibile est, vt indigentiæ ciborum repletri-
ces, & indumenta necessaria. Illæ vero naturales sunt, non tamen necessariæ, vt com-
mixtiones secundum naturam & legem, hæ enim ad permanentiam quidem totius
generis cõferunt, possibile tamen est & sine eis in virginitate viuere. Aliæ porro neq;
necessariæ sunt, neq; naturales, vt ebrietas & libido & repletiones modum exceden-
tes; neq; enim ad successionem gñis cõducunt nobis, vt commixtio secundũ legem,
neque ad vitæ conseruationem, quin potius nocent. Cæterum huic qui secundum
deum viuit, necessariæ simul & naturales voluptates, solæ prosequendæ sunt. Ei au-
tem qui hoc inferior est, & in secundo virtutum ordine constitutus, tum eædem, tum
naturales non necessariæ voluptates, cum decenti tamen modo, mensura, tempore &
loco prosequendæ sunt, reliquæ vero prorsus fugiendæ. Simpliciter autem bonæ vo-
B luptates censendæ sunt, quę non tristitiæ cõiunctæ, neq; pœnitudinem inferunt, ne-
q; læsionis alicuius sunt generatiuæ, neq; à mediocritate recedũt, ab opationibus vir-
tutum nos multum abstrahentes, vel mancipia efficiẽtes. Deniq; principaliter sunt
voluptates, quæ in meditatione dei, & disciplinis & virtutibus innascuntur vel com-
plicantur. Quæ in his quæ secundum primam rationem sunt, diligentissime reponi
debent, non ad esse simpliciter neq; ad generis conseruationem, sed ad bene esse tum
virtuosis tum dei amicis, & ad hominis perfectiõem q̃ secundum animã est & finem
conferentes. Quæ neq; quarundam curæ sunt passionum, veluti indigentię repletri-
ces, neq; vniuersaliter tristitiam habent, antecedentem, subsequentem vel oppositam
sed purę sunt & omnis materialis complicationis exptes, solius animę rationalis exi-
stentes. Etenim secũdum Platonem, voluptatum hæ sunt falsæ, illæ autem veræ. Fal-
sæ qdem sunt q̃cunq; cum sensu fiunt & opinione non vera, & tristitias obtinent an-
nexas. Veræ autem q̃cunq; ipsius animæ sunt solius secundum seipam, cum discipli-
na, & intellectu & sapientia, puræ & tristitiæ expertes, quas nulla plenitudo sequitur
vnq̃. Ac voluptates sequentes contemplationem vel id genus operationes, non pas-
siones siue affectiones nominant, sed suasiones. Quidam autem principaliter, talem
uoluptatem, gaudium uocant.

¶De definitione uoluptatis secundum opinionem falsam. Et quid sit se-
cundum ueritatem, ꝙ felicitas non sit uoluptas. Et q̃ purior sit uoluptas
corporalis. Caput XI.

DEfiniunt nonnulli uoluptatem generationem esse in naturam sensibilem,
hæc autem definitio solius corporalis uoluptatis existere uidetur. Ea eñ
repletio quædam est, & corporalis indigentiæ & tristitiæ, quæ ob illam ac-
cidit, medicina. Siquidem dum frigescimus uel sitimus eamq; tum

frigoris

frigoris tum sitis tristitiam curamus in fouendo nos & bibendo voluptate afficimur. C
Secundum accidens igitur sunt bonę, & non secundum seipsas & natura. Sicut enim
sanari, secundum accidens est bonum, sanum autem esse, natura & secundum se ꝑm,
ita & hæ secundum accidens sunt bonæ, quorundam existentes medelæ. At volupta-
tes contemplationis secundum seipsas sunt bonæ, & natura. Non enim ob indigen-
tiam fiunt, vnde clare dilucet non omnem voluptatem indigentiæ esse repletiuam, ꝙ
si ita, nequaquam vera est definitio quæ dicit, generationem in naturam sensibilem
esse voluptatem. Non enim omnes complectitur voluptates, sed eam quæ ex cõtem-
platione est derelinquit. Epicurus quoq; voluptatem omnis circumstãtis subtractio-
nem esse definiens, idem cum his dicit, qui adserunt generationem in naturam sensi-
bilem esse voluptatem, vel ereptionem enim circumstantis voluptatem esse ait. Atq;
nulla generatio cum suis proprijs operibus eiusdem generis est, vel cognata, neque
igitur voluptatis generationem, esse voluptatem censendum est, sed præter volupta-
tem aliud quid, nam in fiendo quidem generatio est. Nihil etenim quod fit, simul fit
& factum est, verũ (ceu cunctis liquet) secundum partem. Quod autem in voluptatem
deducitur, simul repente in voluptatem deductum est, non igitur generatio est volu-
ptas. AMPLIVS. Omnis generatio non entis est, voluptas autem minime non en-
tium est, generatio igitur non est voluptas. AMPLIVS. Generatio cita & tarda dici-
tur, voluptas autem minime. AMPLIVS. Bonorũ hæc habitus sunt, illa actus, alia
vero organa, habitus quidem vt virtus. Actus vero secundum hunc opatio, & rursus
habitus est virtus visiua, actus autem videre. Organa vero sunt ꝑ quæ agimus, vt ocu-
lus & diuitiæ & hoc genus alia, atq; omnes animæ virtutes, quæ circa bona & mala
versantur, habituum quorundam sunt virtutes. Si igitur bonum est voluptas & ma-
lum, in his solis erit, sed habitus non est, neq; enim vt habitus virtus. Siquidem ne-
quaquam tam facile in cõtrariam sibi tristitiam laberetur, neq; vt habitus qui priua-
tioni opponitur. Nam secundum idem impossibile est, habitum esse & priuatiõem,
at quidam simul voluptate afficiuntur & tristitia, vt scalpẽtes. Non igitur habitus vo- D
luptas. Sed neq; organum. Organa enim aliorum gratia, & non propter seipsa. Vo-
luptas autem minime alterius gratia, sed propter seipsam, nõ igitur organum. Qua-
re relinquitur, actum eam existere. Vnde Aristoteles eam definit actum habitus qui
secundum naturam est. Cum vero felicitatem esse voluptatem secundum hanc defi-
nitionem contingat, & falsam proinde existere hanc definitionem, emendans adse-
ruit voluptatem finem esse, actuum non impeditorum qui secundum naturam sunt
animalis, vt complicata simul insit felicitati voluptas, sed minime voluptas existat fe-
licitas. Cæterum non omnis actus motus est, sed existit quidam per immobilitatem
actus, secũdum quem primus agit, deus. Quod enim primum mouet, immobile est.
Talis autem existit in hominibus contemplandi actus, per immobilitatem enim sem-
per innascitur, quippe contemplans vnum & idem ingiter perseuerat, & mens con-
templantis stat, circa vnum & idem semper consistens. Contemplationis autem vo-
luptas quæ maxima est, & primaria, & vera per immobilitatem fit. At liquet ꝙ quæ
per minores actus fiunt, quanto ꝑ minores, tanto meliores & maiores existunt. Por-
ro cum actibus uoluptates secundum speciem diuiduntur. Quot enim actuum sunt
species, tot & uoluptatum, bonorum quidem bonę, malorum autem malę. Et ma ni-
festarium est secundum unumquemq; sensum, alias esse operationũ species, & item
uoluptates. Aliæ enim tactus & gustus sunt, & aliæ uisus, auditus, & odoratus. Pu rio-
res autem sunt sensuum, qui non appropinquantes sensibilibus delectant, ut uisus, au-
ditus, atq; odoratus. Sed & excogitationum duæ species existunt, & harum hæc qui-
dem est actiua, alia uero contemplatiua. Liquet igitur uoluptatum item q̃ hos actus
sequuntur, duas esse species, sed & harum contemplatiua purior est actiua. Ac reuera
hominis proprię, quatenus homo est, excogitatiuæ sunt. Communes uero cum alijs
anima-

A animalibus secundum quod animal est quæ sensibiles existunt. Deniq; cum e sensibilibus voluptatibus hi quidem istis, illi vero alijs delectentur, nõ quæ malis sed quæ bonis honestæ videntur, & secundum seipsas sunt bonæ, iudex rectus in omni re est, non quilibet, sed qui eruditus est, & rei naturam discernit.

¶De tristitia & eius speciebus. Cap. XII.

Tristitiæ vero species sunt quatuor ἄχθος id est, acedia, anxietas, inuidia, & misericordia. Acedia est tristitia vocem adimens. Anxietas tristitia est aggrauans. Inuidia, in alienis bonis est tristitia. Misericordia autem tristitia est in alienis malis. Cæterum omnis tristitia malum est suapte natura, bonus tamen etiam contristabitur quandoq;, probis viris vel filijs damno affectis, vel ciuitate vastata, dummodo nullum ex his secundum propositum accidet, sed secundum circumstantiam. Atqui & in his contemplatiuus omnifariam erit impassibilis, alienum faciens seipsm à talibus, & deo se copulans. Bonus autem moderate tolerando hæc, superior effectus, non modo non vincitur ab eis, sed potius eas continet compescitq;. Tristitia deniq; moderatæ voluptati, vt bono malum, opponitur, superabundanti vero voluptati, ceu malum malo. Porro in solis corporeis voluptatibus supabundantiæ reperiuntur. Contemplatiuæ enim cum summæ existant & perfectiõem possidentes, excessum non suscipiunt, neq; enim aduersatur eis tristitia, neq; cum cura antecedentis tristitiæ contingunt.

¶De ira & eius speciebus. Caput XIII.

B Ira est feruor sanguinis qui circa cor est, ex euaporatiõe vel turbatione fellis facta, ideoq; & fel dicitur & fellea. Est autem & quando ira est recrutiarionis appetitus. Læsi enim vel æstimantes lædi, irascimur, & fit tunc mixta passio ex concupiscentia & ira. Species autem iræ sunt tres, ira q̃ vocatur fel & fellea, & μῆνις id est, iracundia. Ac ira principium & motum habens. Ira adhuc est. μῆνις vero bilis est permanens, inueterata mali memoria, dicta ἀπὸ τοῦ μένειν .i. à manendo & memoriæ tradendo. Furor autem est ira, tempus obseruans ad vindictam. Præterea ira est mentis apparitor, concupiscentiæ vindex. Cum enim rem aliquam concupiscimus à qua prohibemur, ob id quasi iniuria affecti irascimur, rõne ipsa iustæ vindictæ sententiam in hos ferente, qui rerum ordinem & naturam nõ custodierint, præsertim si suapte natura ordinem seruantia, hunc peruersa transgrediantur.

¶De timore & eius speciebus. Caput XIIII.

Diuiditur autem timor in sex, in segniciem, erubescentiam, verecundiam, κατάπληξιν. i. stuporem, ἔκπληξιν. i. terrorem & agoniam. Segnities timor est futuræ actionis. κατάπληξις est ex magna imaginatiõe timor, ἔκπληξις timor est ex inconsueta imaginatione. Agonia vero non potiendæ rei timor est, formidantes enim non fortunari actionem nostram, agoniam patimur. Erubescentia autem timor est in expectatione conuitij, optima sane passio, at verecundia in turpi re perpetrata timor est, neq; hæc caret spe salutis. In hoc differt erubescentia à verecundia. Nam qui verecundatur in quibus perperam egit, sese submergit supprimitq;. Qui vero erubescit, timet ne in sugillationem aliquam rẽphensionemq; incidat. Vocant autem veteres sæpiuscule & erubescentiam verecundiam, & verecundiam erubescentiã nominibus abutentes. Fit porro timor secundum circuminfrigidationem calido omni ad cor quasi ad principale concurrente, quemadmodum plebs

quoque cum timet, ad principes refugit. Tristitiæ autem organū est os ventris. Hinc enim euenit vt mordicationes in tristitijs sentiat, sicut Galenus in. iij. demonstrationum prodit, his verbis. Tristantibus, non parum rubræ choleræ in ventrem defluit, quod mordicationem eis tribuit, & non quiescunt à contristatione & mordicatione, priusquam euomuerint choleram. Fit enim mordicatio eis deorsum sub ea cartilagine quæ secundum medium pectus est, quæ ensiformis nominatur. Multo autem superius iacet cor. Diphragmate enim venter inferior est, cor vero superius. Consueta enim nuncupatione veteres cor & os ventris vocant, sicut Hippocrates & Thucidides in pestilentiæ libro, scribens ita. Cum in corde firmabatur, euertebant illud, & omnes choleræ expurgationes, quotquot à medicis nominatæ sunt, sequebantur. Quod enim euertebatur os ventris erat, quod cogebatur vomere, non autem cor erat quod patiebatur. Ergo irrationalis vis animæ quæ ratiōi obtemperat, hoc habet modo. C

De vi nutritiua, & modo. Caput XV.

Eius autem quæ nō à ratione persuadetur vires sunt, nutritiua, generatiua, & pulsatilis. Vocatur autem naturalis, tum nutritiua tum generatiua. ζωτικὴ vero quæ est σφυγμιτικὴ. Nutritiuæ, virtutes sunt quatuor, attractiua, retentiua, alteratiua, & expulsiua. Vnaquæque enim particulariter in animali, ad seipsam suapte natura sibi familiare attrahit, & detinet, & detinēdo in seipsam transmutat, & deinde quod supfluum est, expellit. Et hæ virtutes per singulas corporis particulas escam disponunt. Vnde fit augmentatio in longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Euacuant autem supflua, per ventrem, vrinam, vomitum, exspuitionem, respirationem, & inuisibiles poros. Atque euacuatiōes aliquæ manifestæ sunt, vt per aures κυψέλη quæ est auriū caries. Per oculos lachrymæ & lippitudo. Per respirationem vero fuliginosus cordis calor. Inuisibiles autem poros vocant, totius corporis transporatiōem, per quam ex profundo & συστολῇ arteriarum, plurimi vapores p cutis raritatem exeunt. Cæterum organa nutritiuæ virtutis sunt, os, stomachus, venter, epar, venæ omnes, intestina, cholera vtraque, & renes. Os enim primo cibum ventri præparat, in tenuiusculas partes eum per dentes & linguam diducens. Maximo quoque lingua vsui est, masticatione cibum cogens, & dentibus submittens, quemadmodum molentes per manum frumenta molæ subdunt. Per similitudinem enim lingua masticationis est manus. Ita vero digestus cibus in ventrem demittitur p stomachum. Stomachus enim non solum sensorium est indigentiæ, sed & via cibariorū. D Nam in absorbitione recurrit, & attrahit cibum, & in ventrem mittit. Venter autem suscipiens, suaue & nutritiuum à lapideo ligneoque & non nutritiuo separat, & suaue quidem in humores transmutans, ad epar per venas mittit, attrahentes id ab eo, & in epar effundentes. Nam venæ epatis, radicibus assimilantur, à ventre cibum attrahentibus, vt à terra plantarum radices attrahunt. Terræ enim assimilatur venter, q̄ plantis cibum tribuit, radicibus autem venæ quæ ad radices, sima id est, concauitates epatis reducunt, succum à ventre & intestinis per mesareum. Sed epar ipsum stipiti, ramis autem & surculis venæ assimilantur, quæ à κοιλίᾳ succiduntur, quæ germinascit à κυρτοῖς. Siquidem epar suscipiens à ventre succum, concoquit & sibi eum assimilat. Sanguini autem simillimam carnem habens, conuenienter in sanguinem transmutat succum. Porro sanguis per splenem & vesicam choleræ susceptricem, & renes purgatur. Splen etenim, quod velut fex ibi est attrahit, & cibū sibi familiarem facit. Cholerā vero suscipit vesica, & acre quod in succis ex cibo remansit, ad se trahit. Renes autem quod serosum est, cum reliquo acri sibi vendicant, vt purus deinde & suauior factus sanguis, In alimentum distribuatur, reliquis omnibus corporis particulis, p dis-

seminas

ſeminatas in eas venas. Et ita vnaquæq; particula ſanguinem attrahens & retinens, A & in ſuam propriam naturam tranſmutans, ſuperfluum ad vicinas particulas mittit, optimum illis futurum alimẽtum. Atq; hoc modo ex ſanguine omnes particulæ nutriuntur, augentur, & permanent, tribuente illum epate. Dicitur autem hæc pars irrationalis, & non perſuaſibilis à ratione, ꝙ non iuxta ſententiam noſtrã, neq; ſecundum electionem, ſed naturaliter proprium opus perficiat.

¶De motu pulſatili, qui eſt cordis. Cap. XVI.

PVlſatilis vero motus nominatur & ζωτικὴ id eſt, vitalis virtus. Habet hic cor & principium, & maxime ſiniſtrum eius ventriculum πνευματικὴν dictum. Atq; innatum & vitalem calorem, per arterias, omni particulæ corporis diſpertitur, ſicut & epar per venas cibum. Calefacto deniq; p̄ter naturam corde, confeſtim & totum animal pręter naturam calefit, & infrigidato ſimiliter infrigidatur. Vitalis enim ſpiritus ab hoc per arterias in totum corpus diſpergitur. Diſtinguuntur autem non modico diſcrimine, hæc tria, vena, arteria, neruus, ex tribus principijs, quę animal diſponunt. Ex cerebro quidem motus & ſenſus principio neruus. Ex epate ſanguinis & nutritionis principio, vena quæ eſt receptaculum ſanguinis. Ex corde autem vitalis ſpiritus initio, arteria quę eſt vas ſpiritus. Simul vero exiſtentia, mutuas ſibi inuicem vtilitates ſubminiſtrant. Nam vena quidem tum neruo tum arteriæ alimentum tribuit. Arteria autem venæ naturalem calorem & vitalem ſpiritum. Vnde neq; arteriam eſt inuenire ſine ſanguine ſubtili, neq; venam ſine ſpiritu vaporeo. Dilatatur vero plurimum & contrahitur arteria, ſecundum harmoniam quandam & rationem principium motus ex corde habens, ſed dilatata, ex adiacentibus venis ſubtilem ſanguinem vi attrahit, qui euaporatus, alimentum fit vita- B li ſpiritui. Contracta autem, fumoſum quod eſt in ea per totum corpus euacuat, & per occultos poros, vt cor per os, & nares, fuliginoſum quod eſt in ipſo, reſpirationibus expellit.

¶De vi generatiua. Caput XVII.

SEd & generatiua virtus, pars illius eſt, quæ non obedit rationi, in ſomnijs enim inuoluntarie ſemen emittimus. Verum & commixtionis concupiſcentia naturalis eſt, nolentes enim in eam mouemur. Operatio autem eius ſpontanea eſt in nobis, animalis exiſtens, ſiquidem per organorum motum perficitur. Et abſtinere continereq; impetum hunc, in noſtra ſitum eſt poteſtate. Organa vero ſeminaria virtutis ſunt, primum quidem, venæ & arteriæ. In his enim germinabile humidum tranſmutato ſanguine, primum generatur, ſicut in vberibus lac. Horum autem nutrimentũ vaſorum, eſt humor hic. Etenim in principio ex ſpermate generationem habent. Siquidem cum arteriæ & venæ ſanguinem ad germinabile humidum vt nutriatur, emittunt, quod ſuperhabundat ab alimento eorum, germen fit. Aſcendit enim primo per multam circuitionem ad caput, rurſusq; per duas venas & totidem arterias à capite deſcendit. Vnde ſi quis venas abſciderit quę ſunt iuxta aures, infœcundum animal reddit. Similiter autem venas q̃ ſunt circa coracidas venas incidens, animal facit ſterileſcere. Porro Ariſtoteles & Democritus nil volunt mulieris ſemen ad puerorum generationem conferre, quod enim à mulieribus emittitur, particularem ſudorem eſſe magis quàm germen cenſent. Galenus vero ſperma quidem emittere mulieres ait, & mixtionem vtrorumq; fœtum conſtituere. Non tamen perfectum germen eſſe, vel[illegible] quod eſt viri, ſed indigeſtum adhuc & humidius. Tale aũt exiſtens mulieris germ[illegible] virilis germinis fit alimentum. Ex ipſo denique

particula quædam membranæ fœtum continentis(& superfluum τῆς καιρίας matris)conflatur,atq; membrana illa ἀλλαντοειδὴς vocata, receptaculum existens superfluitatum fœtus. Cæterum secundum genus vniuscuiusq; animalis, tunc marem fœminarecipit,cum concipere potest. Quæ ergo semper concipere queunt,semper commixtionem recipiunt,vt gallinæ,columbæ,& homo, quamuis quædam post conceptionem commixtionem refugiunt. Gallinæ autem,quoniam per singulos fere dies concipiunt,recipiunt commixtionem. Mulieres autem vt in alijs suis operationibus liberum arbitrium habent, ita & in congressione,quæ est post conceptionem. Alia enim animalia non à seipsis sed à natura reguntur, & mensuras tempusq; definitum suscipiunt. C

De vi motiua secundum locum. Cap. XVIII.

Diuidunt autem & aliter animalis virtutes, & has quidem animales vocāt, illas vero naturales,& alias vitales. Animales certe,q̃ sunt secūdum voluntarium motum. Naturales autem & vitales,inuoluntarias. Atq; animales duæ sunt,motus secundum impetum & sensus. Motus autem secundum impetum species sunt,progressiua vis & totius corporis motiua,& vocalis,& respiratiua. In nostro ẽm arbitrio est hęc agere & nõ agere. Naturales vero & vitales sunt,q̃ minime in nostra potestate existunt,sed & volentibus & nolentibus fiunt,vt nutritiua,augmentatiua,& seminaria quæ naturales sunt,& pulsatilis,quæ vitalis existit. Aliarum autem organa superius dicta sunt, motus vero secundum impetum nunc explicabimus. Est igitur motionis secundum electionem vel secundum locum, principium quidem cerebrum,& spinalis medulla, quæ cerebri pars existit. Organa vero nerui ex his procedentes,& ligamina,& membrana. Musculi autem ex carnibus & neruosis anulis consistunt,& thenontibus qui neruorum anulis complicant. Vnde quidam existimarũt eos sensitiuos esse propter innatum sensum,ex neruis qui ipsis sunt implicati. Est itaq; thenon ex ligaminibus compositus & neruis subtilibus,differens à neruo,quoniam omnis neruus sensitiuus est,& rotundus,& mollior,atq; à cerebro principium habet. Thenon autem durior est ex ossibus existens,& secundum seipsum minime sensitiuus est,latusq; interdum existit. Cæterum manus apphensiuum organum sunt & ad artes accommodatissimum. Si quis ẽm manus vel solos manuum digitos abcidat,ad omnes fere artes,inutilissimum reddit hominem. Ideo solus homo, cum sit rationalis,manus à conditore habuit. Pedes autem sunt progressionis organum,motum enim secundum locum,per hos facimus. Solus autem homo sedet,accubitu indigens. Ad duos ẽm angulos rectos,crura solus incuruat,& secundum vertebram & secundum genua,hunc qdem ad interiora,illum vero ad exteriora. Quæcunq; igitur p neruos & musculos mouentur, omnia hæc animata sunt, & electione pdita. Quinetiam sensum habere hæc & vocem,monstrauimus. Hæc itaq; est animalium & naturalium operationum secundum rõnem discretio. Conditor aũt summa sua prouidentia,animalibus naturalia opera connexuit,& econtrario. Nam cũ euacuatio supfluitatum, expulsiuæ sit virtus, ne inuoluntarie deturpemur vbi honestate opus est,& vbi non decet emittamus,ianitores quosdam euacuationibus pstituit musculos,& ita naturalia opera fecit animalia. Euacuationes igitur p hos retinere possumus,& sæpe q̃dlutissime. Porro sensitiui & molles nerui, à medio & anterioribus cerebri ventriculis emittunt. Duriores vero & motiui,à posteriori ventriculo & spinali medulla,durissimi autem,q ex spinali medulla sunt, sed ex his adhuc duriores existunt,q ex inferioribus huius medullæ pticulis emittunt. Quanto ẽn amplius à cerebro spinalis medulla recedit,tãto plus durescit,t[illegible]ipa,tum nerui q ex ea germinantur. Quemadmodum aũt sensoria duplicia accep[illegible]us,ita & neruorum duplices propagatio- D

A gationes habemus. Vnuſquiſq; enim ſpinalis medullæ ſpondilus, neruoꝝ coniugationem emittit, vnus quidem ad dextras corporis partes, procedens, alter vero ad ſiniſtras. Fere enim totum noſtrum corpus in duas diuiſum eſt partes, in dextras & ſiniſtras, ita & pedes & manus ad alioꝝ vnumquodq;, ſicut & ſenſorioꝝ.

¶De vi reſpiratiua. Cap. XIX.

RESpiratio quoq; animalis virtutis eſt operatio. Etenim muſculi quidam thoracem dilatant, qui principaliſſimum eſt reſpirationis organum. Veꝝ ſubitaria ſimul & gemebunda reſpiratio, q̃ in vehementi triſtitia cõtingit, animalem oſtendit actum. In nobis autem ſunt ſecundum tranſmutationis neceſſitatem reſpirationes. Dolentes enim reſpiratiuis particulis, vel q̃ ſimul cum his mouentur, puta diaphragmate, vel epate, ſplene, ventre, vel ſubtilibus inteſtinis, vel colo, modicum & craſſum reſpiramus. Modicum qdem ne vehementius percutiamus dolentem particulam. Spiſſum vero, vt quod ſecundum magnitudinem deficit, ſpiſſitudo repleat. Etenim cum crure dolemus, quiete & ſenſim mouemus id euntes, ob eandem cauſam, propter quam & reſpirationem, ſicut igitur inceſſus animalis eſt, ita & reſpiratio. Sed quieſcentes certe & non progredientes, q̃plurimo tempore viuere poſſumus. Reſpirationem autem neq; decima horæ particula continere poſſibile eſt, ſuffocatus em̃, in nobis calor à fumo extinguitur, & confeſtim mortem inducit. Equidem ſi flammam quis in vaſe aliquo tranſpirationem non habente cõtexerit, extinguet vtiq; eam à fuligine ſuffocatam. Quare huius neceſſitatis cauſa, dormientibus quoq; nobis nihilominus ſecundum hãc particulam agit anima, ſciens ſi vel breuiuſculo tempore deſes in hoc fuerit animal interire. Rurſus igitur hic animalia operatio naturali eſt connexa. Per arteriam enim naturale organum & ſemper motum actum reſpirationis facit, vt nunq̃ deficiat eius operatio, ſicut neq; aliaꝝ arteriarum. Vnde qdam non intelligentes, naturalem putarunt eſſe reſpirationem. Cæteꝝ
B tres ſunt reſpirationis proprietates, neceſſitas, virtus, & organũ. Neceſſitas eſt duplex, tum cuſtodia innati caloris, tum animalis ſpiritus nutricatio, ſed cuſtodia ſane caloris ſecundum naturam, in expiratione & inſpiratione conſiſtit. Inſpiratione qdem infrigidante & moderate calidum ventilante. Expiratione vero, cordis fuliginoſitatem effundente. Nutricatio aũt animalis ſpiritus, per ſolam reſpirationem fit, attrahitur enim quædam aeris particula, ſecundum diſtractiones cordis ad ipſum. Virtus autem eſt ea quæ animalis, hæc enim reſpiratiõis organa mouet per muſculos & primum thoracem, quo moto ſimul mouetur & pulmo, & trachea arteria, pulmonis pars. Siqdem quod in trachea arteria cartilaginoſum eſt, vocis organum exiſtit, membranæ vero eius, ligamina reſpirationis. At quod ex vtriſq; his conſtat, ipſa, ſ. arteria, & vocale ſimul & reſpiratiuum eſt organũ. Eſt igitur pulmo, cõnexio ex quatuor compoſita, ex trachea, arteria, & leni, & vena, & ſpumoſa ipſius pulmonis carne, q̃ inſtar ſtupæ, connexiones duaꝝ arteriaꝝ & venæ mediæ regiõis replet, vt firmitatem & ligationem adipiſcatur. Caro autem pulmonis naturaliter ſpiritum concoquit, ſicut epar ſuccum ex ventre. Hanc ob rem quemadmodum epar ſummis ſuis fibris ventrem continet calore indigentem: ſic & pulmo medium complectitur cor, inſpirationis refrigerij indigum. Cæterum per aſperæ arteriæ continuitatem branchijs cõiungitur ex magnis tribus cartilaginibus. Huic autem faux copulatur, deinde os & naſus. Vtriſq; em̃ extrinſecum aerem attrahimus, qui introgreditur p euaporarium os, quod pforatum eſt, vt in ſupabundantijs tum frigiditatis tum caliditatis, q̃ ſunt in q̃litate aeris, neutiquam cerebrum lędatur, ſpiritu repente in ipſum cadente. Ad duplicem autem vſum, reſpirationem ſcilicet & olfactum, conditor naſum accommodauit, ſicut linguam ad vocem, guſtum, atq; maſticationem.

¶ Repetit breuiter dicta,& adijcit vtilitatem choleræ,splenis,renum, C
adenum,cutis,ossium,vnguium atq; capillorum. Cap. XX.

ERgo primaria quidem membra tum ad consistentiam ipsam, tum ad ne-
cessarias vitæ vtilitates,cum animalibus simul diuiduntur virtutibus. Si
autem aliquod omissum est, ex dictis facile subintelligitur. Eqdem sicut
in omnibus q̃ producta sunt, hæc sane propter seipsa facta sunt, illa vero
tum suipsorū tum aliorū gratia, alia item propter alia solum. Alia autem secundum
accidens substituta sunt,ita & in particulis animalis eandem comperies cõsequenti-
am. Nam prædicta cuiuslibet trium principiorū organa,q̃ animal constituunt,suipso
rum gratia facta sunt. Hæc enim antecedenter & secundum primam rationem pro-
ducta sunt,q̃ etiam secundum naturam principaliter dicuntur, atq; in matrice gene-
rationem ex ipso semine adsumunt,vt ossa. Rubea autẽ cholera,tum propter seipsam
tum alterius causa,constituta est. Nempe ad digestionem confert,excretionemq; mo
uet,& secundum hoc,quodammodo vna nutritiuarū particularū efficitur. Quinimo
calorem quendam corpori tribuit, sicut vitalis virtus. Hoc itaq; attendendo propter
seipsam,quia vero sanguinem purgat,sanguinis causa facta esse videtur. Sed & splen
non parum ad digestionem cõfert. Cum enim acidus sit & stypticus natura,atq; eua-
cuationes supabundantis nigri humoris in ventrem effundat, stypticitate sua robur
ei tradit,& ad digestiones erigit. Epar pterea purgat,ideoq; propter sanguinem quo-
dammodo factus esse videtur. At renes quoq; sanguinis expurgationes sunt, & con-
cupiscentiæ secundum commixtionem causa existunt, venæ enim quas dicimus in
testes incidere per renes exeunt,& acedinem quandam inde,q̃ concupiscentiam irri-
tat,hauriunt sicut & pruritum acedo quæ sub cute genita est,efficit. Quanto autem
testium caro mollior est cute, tanto amplius ab acedine morsi, immane faciunt eua
cuandi seminis desiderium. Hæc igitur & talia,quodãmodo propter se, & ppter alia
constituta sunt. Adenes autem & caro,solum aliorum gratia fiunt. Siquidem adenes D
vehiculum sunt & firmamentum vasorum,ne in vehementibus motibus discindan-
tur. Caro vero aliarum particularum tegmẽ existit,vt à calore refrigeret animal,va
porem ab intra emittens & hyeme lanearum vestium vsum nobis præstet. Cutis au-
tem & mollis carnis tegmen existit,& aliorum omnium interiorum. Estq; natura ca
ro,sed à continenti,& ab approximantibus corporibus callosa efficitur. Ossa vero to
tius corporis firmamentum sunt,& maxime dorsum, quod carinam etiam anima-
lis esse dicunt. At vngulæ cõem omnibus habentibus pbent scalpendi vsum, & pter
hunc proprium, sed alium alij. Multis enim animalibus in defensiõem datæ sunt, vt
his qui curuos eas habent, & sunt, vis irascibilis organum. ac multis in defensionem
simul & firmationem gressus,vt equis & omnibus vnam vngulam habentibus, atq;
hominibus non solum ad scalpẽdum,sed & ad euaporandam acedinem cutis, & ad
subtilium apphensionem, valde enim subtilia per eas tollimus, sed & digitorũ sum-
mitatibus vngues deinde obueniẽtes, apphensiones rerum acceptionemq; firmant.
Pili vero secundum accidens substituti sunt,ex vaporibus enim fumosissimis q e cor
pore emittuntur, coagulationem quandam suscipientibus,secundum accidens con-
stant. Neque vero hos omnifariã inutiles fecit cõditor:sed q̃uis secundũ accidẽs con
stituti fuerant,in tegmen tamen & pulchritudinem, animalibus conferre
ordinauit. In tegmen quidem capris & ouibus, in ornatum homi
nibus. Animalibus vero in ornatum simul & tegmen,
vt leonibus.

¶ Quarti Libri Gregorij Nysseni de Viribus
Animæ. FINIS.

A SANCTI PATRIS GREGORII NYSSENI EPISCOpi Liber Quintus de Voluntario & Inuoluntario.

¶ De definitione actus humani in quo consistit voluntarium, & indicijs & signis voluntarij & inuoluntarij. De inuoluntario violento, & an excuset. Capur I.

QVoniam sępenumero voluntarij & inuoluntarij meminimus, necesse est & de his disputationem adsumere, vt certa horum cognitione non fallamur. Oportet autem eum qui de voluntario & inuoluntario sit dicturus, regulas quasdam & cognitiones hoc est indicia nonnulla prius exponere, per quas cognoscatur, voluntarium ne sit an inuoluntarium quod sit. Oēe igitur voluntarium in actione quadam est, sed & qđ inuoluntariū censetur, in actione versatur, quod paulo post ostendetur. Quidam autem & vere inuoluntarium non solum in patiendo, sed in agendo quoq; ponunt. Definiendum itaq; quidnam sit actio. Actio est rationalis operatio. Actiones autem laus vel conuitium sequitur, & hæ quidem cum voluptate, illę vero cum tristitia gerūtur, & hæ sunt agenti eligibiles, illæ autem fugibiles, & rursus, eligibilium hæ sunt semper eligibiles, illæ vero secundum quods
B dam tempus, similiter & fugibilium. Ac iterum, actionum hæ misericordia potiuntur, illæ autem venia dignæ efficiuntur, & aliæ habentur odio & puniuntur. Sunt igitur cognitiones siue signa voluntarij quidem omnino, laudem vel vituperationem sequi, & cum voluptate agi, & eligibiles esse actiones his qui agunt, vel semp̄ vel tunc cum geruntur. Inuoluntarij autem indicia sunt, venia vel misericordia dignos fieri, & cum tristitia geri, & non esse eligibiles. His ita definitis, de inuoluntario prius disseramus. Inuoluntariorum hæc violentia quadam aguntur, illa vero per ignorantiam. Inuoluntariorum itaq; secundum vim, actiuum principium extraneum est, Aliud enim violentia causa est, & nō nos, & inuoluntarij secundum violentiam, hæc est diffinitio. Cuius principium exterius est, nihil conferente secundum propriū motum eo qui vim passus est, principium autem dicitur hic effectiua causa. At qui quæritur an ne hæc inuoluntaria sint, sarcinarum videlicet eiectiones, quas nautę in tempestatem incidentes faciunt, vel cum quis turpem rem, pati vel gerere dignum arbitratur, vt amicos vel patriam seruet. Videntur autem magis volūtarij esse, propterea enim diffinitioni adijcitur, nihil conferente secundum proprium impetum, eo q vim passus est, equidem in talibus ipsi volentes, per seipsos officialia membra mouent, & ita onera in mare proijciunt. Similiter quoq; qui turpe quid vel aduersum sustinent, ob maius malum vitandum, vt Zeno qui dentibus suam linguam conscidit, & eam expuit in Dionysium tyrannum, ne minime fanda proderet, & Anaxarchus philosophus q à Nicocreonte tyrāno flagellari sustinuit, vt nō traderet amicos. Summatim igitur cum propter maiorum malorum timorem, minus malum quis eligit, vel propter maioris boni spem, minus idem malum suscipit, quod aliter fieri non possit, nequaq̄ inuoluntariam sustinet actionem vel passionē, secundum optionem eñ siue electionē facit. Ac tū sunt hæ tales eligibiles cū geruns, scd̄m seipsas nō existentes eligibiles.

biles. Hæ igit ex inuoluntario & voluntario mixtæ sunt, ex inuoluntario sane, quo- C
niam secundum seipsas, ex voluntario autem q propter circumstantias sint eligibi-
les. Sine circumstantia enim nullus eligeret hæc talia agere. Insuper laus vel vitupe-
ratio, huiusmodi actiones consequens, voluntarias eas existere ostendit. Quippe in-
uoluntatiarum operationum nulla laus siue vituperium est. Non cõstat autem quid
pro quo sit eligendum, oportet tamen vtplurimum præ turpibus tristia eligere, vt Su
sanna & Ioseph fecerunt, neq id semper. Horexonius enim vt non in verecundiam
æthiopum incideret, immolans de toto cecidit, ita nõ est facilis talium discretio. Am
plius autem est & isto difficilius, non permanere in his quæ visa sunt, neq enim simi
liter mentem immutant, mala quæ expectantur, & quæ inferuntur, sed quandoq cũ
in excessu mentis iudicamus, labimur à iudicio in malis existentes, vt quibusdam in
martyrio suscipiendo contigit. Nam in principio perseuerantes, circa finem constan
tiam remiserunt, difficilum terribiliumq experientia deiecti. Cæterum nullus opine
tur incontinentiæ desiderium, vel iram, inuoluntaria esse delicta, q videlicet hęc prin
cipium effectiuum extrinsecum habeant, nempe meretricis pulchritudo vidẽtem ad
incontinentiã stimulauit, & qui prouocauit, iram mouit. At quamuis hi principium
foris habent, ipsi tamen & p seipsos, & per officiales particulas opantur, neq inuolun
tarij diffinitio eis accommodari potest. Quandoqdem principij causam sibiipsis tri-
buunt, propter malam conuersationem à passionibus facile superati. Deniq vitupe-
rantur qui hæc agunt, vt voluntarium malum sustinentes, voluntarium autem esse
declarat, q in opatione lætantur, at inuoluntarium tristitiæ coniungi monstratũ est.
De inuoluntario igitur quod p violentiam agitur hæc hactenus, de inuoluntario au-
tem propter ignorantiam dicere superest.

De inuoluntario per ignorantiam, & an excuset. Cap. II.

MVlta per ignorantiam gerimus, in quibus post factum lætamur, vt cum qs D
inuoluntarius inimicum occiderit, in occisione lætatur. Hæc igitur & quæ
sunt talia, non certe voluntaria vocant, sed nõ voluntaria. Et rursus quæ-
dam per ignorantiam gerimus, & in his quæ facta sunt, tristamur. Hęc in-
uoluntaria vocarsi, quæcunq iam peracta, tristitia sequitur. Eorũ igitur quæ p igno
rantiam fiunt, duæ sunt species, vna quidem non voluntaria, altera vero inuolunta-
ria. Propositi autem nostri est de solo inuoluntario nunc dicere, non voluntarium e-
nim voluntarijs magis subijcitur, mixtum existens. Quippe principium inuolunta-
rium habet, finem vero voluntarium. Nam ex euentu, voluntarium factum est, inuo
luntarium. Ideoq ita definiunt inuoluntarium. Inuoluntatium est, quod cum volun
tarium sit, tristitiam & pœnitudinem affert. Et rursum Aliud est per ignorantiam qd
facere, aliud vero ignorantem. Si enim in nobis fuerit ignorantiæ causa, ignorantes
qdem facimus, nõ per ignorantiam. Qui enim ebrius est & iratus, atq malũ aliquod
perpetrat, hic sane ebrietatem, illa vero iram causam habet eorum qua ab ipso fiũt,
quæ erunt voluntaria. Licebat enim eum non inebriari, is igitur sibiipsi factus est ig
norantiæ causa, neque hæc per ignorantiam sed ignoranter facere dicitur, quæ non
sunt inuoluntaria sed voluntaria. Quare etiam hæc agentes, à bonis repræhendun-
tur. Quod si non inebriatus esset, nequaquam hęc fecisset, volens autem inebriatus est
volens ergo & hæc fecit. Per ignorantiam autem aliqua gerimus, cum minime ipsi
causam ignorantiæ tribuimus, sed ita contingit, puta si quis in loco consueto sagittan
do, patrem transeuntem traijciens interfecit. Ex his igitur quæ dicta sunt, demon-
stratum est, quod non ignorando quæ expediunt, neque existimando quæ ma-

la sunt

A la sunt esse bona,voluntariam quis sustinet passionem. Suæ enim malitiæ est hæc ig
norantia,exprobatur deniq; hoc. Voluntarioꝝ autem est exprobratio,non igit̃ vni-
uersalium & generalium secundum electionem ignorantia,inuoluntaria est,sed pti-
cularium.Nam singularia qdem inuiti,vniuersalia autem volentes ignoramus. His
ita determinatis quæ nam sint singularia dicendum est. Hæc autem sunt,quæ à rheto
ribus circumstantes pticulæ vocantur.Quis,quid,vbi,quando,qualiter,propter qd.
videlicet,psona,res,organum,locus,tempus,modus,causa. Persona qdem est,quę fa
cit aliquam circa aliqua actionem:puta,si filius patrem ignorans verberauit. Res, id
quod actum est, videlicet si alapas dare volens,excæcauit. Organum est,puta si lapi-
dem proiecit,putans esse pumicem. Locus est,vt si in arcto transitu, lesit ignorãs ob-
uiantem. Tempus vero,vt si in nocte hostem existimãs,amicum interfecit. Modus
est,puta,si percutiens sensim vel grauiter,occidit. Ignorauit enim ꝙ vulneratus esset
& per id moriretur. Causa vero est,vt si hic pharmacum dedit sanatiuum, mortuus
autem est qui accepit,quia ei pharmacum factum est venenũ & mortiferum. At hæc
simul omnia,neq; vtiq; præcludendo oculos aliquis ignorabit. Qui autem plurima
horum,vel principaliora ignorauerit,hic per ignorantiam operatus est. Inter hæc ve
ro principalissima sunt,cuius gratia,& quod geritur,hoc est causa, & res.

¶ De voluntario,& quibus consistat animæ partibus. Caput III.

CVm inuoluntarium duplex existat, & hoc p ignorantiam, aliud vero per
vim fiat,voluntarium vtrisq; opponitur. Est enim voluntariũ,quod neq;
vi,neq; ex ignorantia fit,& est qdem sine violentia,cuius causa intrinseca.
Absq; ignorantia vero,si non pticularium aliquid fuerit ignoratum,per q̃
B & in quibus est actio. Componentes igitur alterutrum,ita voluntarium definimus.
Voluntarium est,cuius principium existit in ipso sciente singularia in qbus est actio.
Quæritur autem voluntaria ne sint,quæ natura fiunt, puta,digestio & augmentatio.
Monstratum vero est,hæc neq; voluntaria esse neq; inuoluntaria. Voluntarium eñ
& inuoluntarium in his quæ in potestate nostra sunt,consistunt. Digestio vero & au-
gmentatio minime nostri arbitrij sunt. Quare etsi singularia non ignoramus, quia
tamen non in nostra facultate sunt,neq; voluntaria existunt neque inuoluntaria. At
iram & concupiscentiam ostensum est esse voluntarias. Etenim homines his recte
vsi cõmendantur, ꝙ si in his peccatũ fuerit, exprobrantur, vel odio habentur,& vo-
luptas & tristitia eas sequitur, atque principium in ipsis est. Non facile enim ab affe-
ctionibus capi in ipsorum potestate erat. Quippe per mores hæc diriguntur. Alioqn
si hæc inuoluntaria essent,nullum irrationalium sponte quicquam ageret,neque pu
eri. Nunc autem videmus non vi sed voluntarie ea ad escam venire, ipsa enim per se
feruntur,neque ignorant. Quippe escam non ignorant quam contemplata,volupta-
te afficiuntur,& vt ad rem notam mouentur,& priuata hac tristantur. Cæteq; volun
tarij signa sunt,potientis qdem voluptas,priuati vero tristitia. Ex qbus clare dilucet.
Voluntarium complecti concupiscentiam & iram, etenim ira cum voluptate fit. In-
sup si quis ea q̃ per iram & concupiscentiam sunt,inuoluntaria dixerit, morales vir-
tutes interimit. hæ enim in mediatione affectionum consistunt. Quod si inuolunta-
riæ essent affectiones,& actiones secundum virtutes inuoluntariæ existerent. Quip-
pe hæ secundum affectiones fiunt. At nullus id quod secundum cogitatiõem,electio-
nem,& secundum propriam inclinationem & desiderium est,si etiam singularia co-
gnoscat,inuoluntarium dicit. Monstratum autem est principium in illis ipsis esse,vo
luntaria igitur sunt.

De electione, quid sit, & quorum. Cap. IIII. C

QVoniam vero electionis, & eius quod est in nobis in multis locis memi-
nimus, de electione est differendum. Quid igitur est electio? num est vo-
luntarium? quia omne quod est secundum electionē, voluntarium est, sed
non cōuertitur. Quod fieret vtiq; si idem esset voluntarium & electio, nūc
autem in pluribus inuenitur voluntarium. Quippe omnis electio voluntaria, non au
tem omne voluntarium in electione. Etenim pueri & irrationalia voluntaria q̄dem
agunt, non tamen eligentia. Et quæcunq; per iram non prædeliberati, hæc volunta-
rie facimus, non tamen secundum electionem, sed & cum amicus nobis repente asti
terit, voluntarie sane lætamur, non tamen eligentes, & qui thesaurum inopinato inue
nit, voluntarie eo fortunatus est, non vero eligens. Ex his itaq; omnibus concludi-
tur, quod non est idem voluntarium, cum electione. Nunquid igitur appetitus est ele
ctio? sed neq; hoc est. Diuiditur enim appetitus in tria, in cupiditatem, iram, & volun
tatem, at ꝙ neq; cupiditas neq; ira sit electio, hinc liquet, ꝙ non est hominibus ad ir-
rationalia communio secundum electionem, sed secundum cupiditatem & iram. Si
vero in his quidem communicamus, per electionem tamen differimus, manifestum
est, aliud esse electionem, & aliud iram & cupiditatem. Ostendit quoq; id continens, à
cupiditate detentus, & secundum ipsam agens, non tamen secundum electionem. In
eo enim electio cupiditati reluctatur. Si vero idem essent, minime cōpugnarent. Sed
& continens secundum electionem agens, secundum cupiditatem nō agit. Quod au-
tem neq; voluntas sit electio, hinc elucescit. Non omnibus quibus eligere competit,
his conuenit velle, dicimus enim velle sanum esse. Eligere vero sanum esse nullus
vtique diceret, & velle ditari, non autem eligere ditari dicimus. AMPLIVS. Velle
etiam de impossibilibus dicitur. Eligere vero de solis, q̄ sunt in nobis. Ita denique lo-
quimur, volo immortalis fieri, eligo autem immortalis fieri non dicimus. Nam vo- D
luntas quidem finis est, electio vero eorum quę ad finem, secundum eandem propor
tionem quam habet volibile ad consultabile. Quippe volibile est ipse finis. consulta-
bilia vero q̄ sunt ad finem. AMPLIVS. Hęc sola eligimus, q̄ per nos existimamus
posse fieri. Volumus aūt & quę non per nos possibilia sunt fieri, vt vincere aliquē du-
cem. ꝙ igitur neque ira, neque cupiditas, neque volūtas sit electio, sufficienter est de-
monstratum. At neque opinionem esse electionem, per easdem rationes manifesta-
rium euadit, & alias. Opinio enim non modo eorum est, quę sunt in nobis, sed ęterno
rum etiam, & opinionem veram dicimus ac falsam, atq; opinio vniuersalium est, ele
ctio autem singularium. Insuper neq; consultatio est electio, puta consilium. Nam
consultatio est de rebus gerendis quæstio. Eligibile vero est quod ex consilio decer-
nitur. Liquet igitur consultationem esse in his quæ adhuc quæruntur, electionem au
tem in his quæ iam a iudicio statuta sunt. Ergo cum quid non sit electio dixerimus,
quid tandem sit explicemus. Est itaq; mixtum quid, ex consilio & iudicio & appeti-
tu, neq; vero appetitus est secundum seipsam neq; consilium solum, sed ex his quid
compositum. sicut enim dicimus animal ex anima & corpore constitutum esse, ne-
que autem corpus esse secundum seipsum animal, neque animam solam, sed vtrum-
que, ita & electionem. Quod autem consilium quoddam sit, & cum iudicio con-
sultatio, etsi ipsa non est consilium, ex etymologia clarescit, eligibile enim est alte-
rum pro altero legibile. Nullus autem quicquam decernit, non prius consultans, ne-
que eligit non dijudicans. Quia vero non omnia quæ opinantur, nobis placent,
nec in opus deducere cupimus, tunc electio & eligibile fit id quod ex consilio præ-
iudicatum est cum assumpserit appetitum. Electio igitur circa hæc necessario est,
circa quæ consilium. Concluditur denique ex his, electionem esse appetitum
consul

A consultatiuum eorum quæ sunt in nobis. Id enim quod consilio decreuimus, eligen-
do cupimus. Quia vero electionem diximus circa hæc esse, circa quæ & cōsilium, ex-
plicemus circa quæ sit, & de quibus consultemus.

¶ De consilio & de quibus rebus consultemus. Caput V.

ANtequam dicamus de quibusnam consultemus, melius est determinate
quomodo consilium à quæstione differat, neq; enim idem est consilium
& quæstio, etsi consultans quærendo aliquid, consultet, sed multum dif-
ferunt. Nam quærimus si maior sit terra sol, nullus autem dicit: Con
sultabo, si maior sit terra sol. Est enim quæstio genus consilij, nam de pluribus di-
citur. Siquidem omne consilium quæstio est, non autem omnis quæstio consili-
um, quod monstratum est. Inquirere vero quandoque in consultando dicimus,
vt inquiro si oporteat nauigare, quandoq; in intelligeudo, vt inquito disciplinas. Sę-
penumero autem vocabula sine discrimine suscipientes turbamur, arbitrantes idem
quod non est idem. Cum igitur horum differētia manifestaria sit, ostendendum est
deinceps de quibusnam consultemus. De his itaq; consultamus, quę in nobis sunt, &
per nos fieri possunt, atq; incertum habent finem, hoc est possunt ita & aliter fieri. Di
citur autem, quod iu nobis est, quia de rebus gerendis solum consultamus, hę enim
sunt in nobis. Nam neq; de philosophia quę rationalis dicitur consultamus, neq; de
deo, neq; de his quę ex necessitate fiunt. Ex necessitate autem dico, q̄ semper similiter
fiunt, puta annorum cyclos, neq; item de his q̄ non semper manent, semper autem si-
militer fiunt, puta ortu & occasu solis, neq; de his quæ natura quidem sunt, non sem-
per autem similiter fiunt, sed vtplurimum, videlicet: de canescētia sexagenarij, & bar-
bæ emissione vicennis, sed neq; de his quæ natura quidem, aliquando vero aliter in-
B determinate fiunt, vt de imbribus, vel nebulis, vel grandinibus, neq; item de his quæ
casu fieri dicuntur, quæ sunt raro contingentia Ea propter hoc quidem in nobis esse
dictum est, illud autem per nos, nam non de omnibus hominibus, neque de omni re
consultamus, sed de his quę in nobis solum fiunt. Non enim consultamus quo pacto
aliena prælia committantur, vel si feliciter agant longe à nobis habitantes, id quod
apud illos nimirum consultabile est. Sed neq; de om̄ibus quæ per nos fiunt, & in no-
bis sunt, consultamus. Verum oportet addere, de his quæ incertum habent finem.
Si enim fuerit manifestus & couceſſus, non amplius consultamus, nempe de his ope
ribus vel actionibus quæ secundum disciplinam vel artem sunt, non est consilium,
determinatæ enim sunt harum ratioues, præter paucas artes quæ coniecturales vo-
cantur, videlicet, medicinalem, gymnasticam, & gubernatiuam. Non de his enim cō
sultamus solum, sed de his quæ in nobis quidem & per nos sunt, incertum autem fi-
nem habenr, & possunt ita vel aliter geri. Monstratum vero est, non de fine, sed de
his quæ ad finem sunt, esse consilium, neq; enim consultamus ditari, sed qualiter &
per quæ ditemur. Summatim autem dicendo, de his solum consultam s, quæ simi-
liter contingit esse vel non esse. De hoc vero etiam differere oportet, vt nihil huic ser-
moni ad explanationem desit. Virtutes dicuntur secūdum quas aliquid facere possu-
mus. Omnino enim eius quod facimus, virtutem habemus, quorum autem virtu-
tem non habemus, horum neq; operationes. Copulatur itaque opatio virtuti, virtus
autem substantiæ, operatio enim a virtute, & virtus à substantia, & in substantia est.
Proinde tria hæc (ceu diximus) sibi inuicem cohærent, potens. potentia, possibile. Po
tens quidem est substantia, potentia est à qua posse habemus. Possibile vero, quod se
cuudum poteutiam fieri natum est. At possibilium hæc sunt necessaria, illa vero con
tingentia. Necessaria sunt, quæ prohiberi impossibile est, vel quorum oppo-
situm

situm est impossibile. Contingentia vero quę possunt prohiberi, vel quorum oppositũ est possibile. Verbi gratia, respirare hominem viuẽtem, est necessarium, huius oppositũ, nõ respirare viuentẽ est impossibile. Hodie vero imbrem fieri contingens est, cuius itẽ oppositũ non fieri hodie imbrem, est possibile. Rursus autem contingentium, hæc quidem vt frequenter dicuntur, illa vt raro, alia vero vt æqualiter. Frequenter sane est, vt sexagenarium canescere. Raro, vt sexagenarium nõ canescere. Aequaliter autem, vt ambulare & non ambulare, & similiter operari & non operari. De his igitur quę æqualiter contingunt, consultamus. Sunt autem æqualiter contingentia, quę & ipsa possumus, & eorum opposita, nisi enim vtraque possemus, & ipsum & oppositũ eius, nequaquã consultaremus, neque enim de necessarijs, neque de impossibilibus quis consultat. Si vero contrariorum alterum solum possemus, hoc autem erat concessum & nequaquam ambiguum, oppositum nobis esset impossibile. C

¶ Quinti Libri Gregorij Nysseni de Voluntario & Inuoluntario.
FINIS.

SANCTI PATRIS
GREGORII NYSSENI EPISCOPI Liber Sextus de Fato.

¶ Disputat contra fatum Stoicorum. Caput I. D

QVI circulari motui astrorum, omnium quæ fiũt causam asscribunt, nõ modo communi sententiæ aduersantur, sed omnem politiã inutilem ostendunt. Nam inconuenientes essent leges, & supflua iudicia homines punientia, in his quorum ipsi nõ sunt causa. Laudes item & vituperationes irrationabiles existerent, & stultæ orationes omnibus secundum fatum euenientibus, exularet autem & prouidentia cum pietate. Insuper homo superni circularis motus organum solum inueniretur, ab hoc enim non modo corpis partes sed & animæ excogitationes, moueri ad actiones aiunt. Ac summatim qui hæc dicunt, ea quę in nobis sunt, & contingentis naturam destruunt, & ita nihil aliud est hæc asserere quã omnia euertere. Iniusti autem & ipsi ἄσημοι essent, hos quidem adulteros, illos vero homicidas facientes, & ante hos conditor horum deus, in se culpam referret, si talia condidisset, quæ malorum nobis illationem ex necessitate imponerent, vt non modo reipublicæ accidant hæc inconuenientia, sed quod omnium est maximum, causam malorũ deum ostendant. Quæ insuper impossibilem eorum ostendunt suppositionem, sed hæc quidem neque audire patiuntur, manifestam habere blasphemiam & inconuenientiam. Hi vero dicunt, quod est in nobis & nostra potestate, secundum fatum seruari. Vnicuique enim eorum quæ fiunt datum esse fatum, sicut enim aquæ infrigidare, & vnicuique plantarum talem fructum producere, & lapidi deorsum ferri, ita & animali quiescere & secundum impetum moueri. Cum autem huic motui nihil eorum quę foris sunt inciderit, & quæ secundum fatum, tunc incessus noster perfectus in nobis erit.

A erit. Stoici sunt, qui hæc dicunt, Chrysippus & Philopator, & alij multi & præclari. Qui nihil aliud demonstrant, quam omnia secundum fatum fieri. Si enim impetus nostros à fato nobis datos aiunt, & hos quandoque à fato impediri, quandoq; vero non, haud multum abest, omnia secundum fatum fieri, etiam illa quæ videntur in nobis esse. Et rursus eisdem aduersus eos vtemur rationibus, huius opinionis inconuenientiam ostendentes. Nam si eisdem causis stantibus (vt ipsi aiunt) necesse est hæc fieri, & non possibile est, quandoq; ita, quandoq; vero aliter fieri, eo q̄ à sæculo ita sorte determinata sunt hæc, impetum quoq; animalis, vbiq; & semper eisdem causis circumstantibus ita fieri necesse est. Quod si impetus ex necessitate sequatur, vbi deinceps consistent, quę sunt in nobis. Liberum enim esse oportet, quod est in nobis. Erit autem liberum, si eisdem circūstantibus, in nobis erit quandoq; impetu moueri, quandoq; vero non. At si ex necessitate sequatur, non impetu moueri, & moueri manifestum est, secundum fatum impetus motionem fieri, etsi à nobis fit, & secundum nostram naturam, & impetum, & iudicium. Si enim possibile esset, hanc esse & non esse, falsa vtiq; existeret propositio quæ dicit, eisdem circumstantibus causis, hęc omnia sequi esse necesse. Ita vero & in rationis expertibus, & inanimatis inuenietur. Nam si impetum motionis in nobis ponunt, quoniam natura hunc habemus, quid prohibet dicere in igne quoq; esse comburere, q͞a natura comburit ignis, sicut etiam Philopator in libro de fato ostendere videtur, non ergo quod per nos à fato fit, in nobis est. eadem quippe ratione, in lyra, cythara, & alijs instrumentis, & omnibus irrationalibus, atq; inanimatis erunt, cum aliqui per ea operantur, hoc vero est inconueniens.

¶ Interimit fatum Aegyptiorum. CAP. II.

ADuersus vero sapientes Aegyptiorum, verum esse fatum astruentes quod per astra est (verti autem orationibus & auersionibus. Esse enim quasdam astrorum curationes quæ illa mitigent, & alias item superadditas virtutes

B quæ fatum auertere possint, & propterea orationes, curationesq; deorum & auersiones excogitatas esse) dicemus, quoniam contingentium & non necessariorum faciunt esse fatum. Contingens autem est indeterminatum, quod vero est indeterminatum, ignotum existit. Per hoc certe omnis diuinatio interimitur, illa autem maxime, eorum qui genethlialogi vocantur, quam ipsi præ alijs vt certissimam quandam rem & verissimam venerantur. At si dicant, figurarum opera manifesta esse, & à sapientibus cognosci. Cum autem figuræ non secundum propriam virtutem prouenerint, deum id prohibere. Ostendemus & hoc incōueniens esse. Primo, quoniam orationem solam in nobis ponunt, & cultum deorum, aliud vero nihil. Deinde altercabimur cum eis, quo pacto reliquis omnibus actionibus & electionibus tali astrorum habitudini subiacētibus, oratio sola in nobis fit. Inextricabile vero est, propter quam causam ita se habeat hoc, & quænam sit necessitas. Insuper si ars aliqua sit & doctrina auersionum siue deprecationum, quæ prohibeat ea quæ à fato sunt, vtrum omnibus hominibus hęc disciplina sit possibilis, vel quibusdam sane, quibusdam autem non. Quod si omnibus nihil obstat, sermone fatum penitus euertere, omnibus artem discentibus quę eius opera prohibeat. Si autem quibusdam sane est possibilis, q͞busdam autem non. Quibus ergo, & quis est hoc cōseruans? Nam si ipsum fatum hos q͞dem diuinitatis cultores efficit, illos autem non, rursus omnia secundum fatum esse inuenientur. Oratio etenim & deorum cultus non solum non minus apparuit esse in nobis quàm fatum, sed etiam magis. Si autem non fatum, sed aliud quid horum causa est, illud magis fatum esse apparebit, in eo enim quod potest per orationem dirigere vel non potest, totum fati continet imperium. Equidem his qui possunt nihil est fa-

tum, illis aūt qui non possunt, omnia secundum fatum inueniētur, atq; in qbusdam
homibus oia secundum fatum. Et manifestū est, hoc determinantem, ipsum existe- C
re principalissimum fatum. Atq; ita rursus omnia secundum fatum fieri comperien
tur. Insuper qui distribuit oībus, iniustus erit, siue dæmon quis fuerit, siue fortuna.
Neq; enim prout dignum est, cultus deorum doctrinam hominibus præbet, quippe
non magis hic dignus q̃ ille, quod hinc patet, Instrumentorum fati omnibus vicem
obtinentibus, & nihil quoq̃ gerente ex proposito proprio, immo nec eligente. In his
enim quæ ita fiunt, nullus neq; iustus est, neq; iniustus, ergo neq; dignus gratia neq;
indignus. Qui autem æqualibus inæqualia distribuit, iniustus est.

¶ Aduersus eos qui dicunt liberam electionem esse à nobis, euentum ve-
ro à fato. Cap. III.

QVi vero dicunt electionem operationum esse in nobis, euētum autem eo-
rum quæ eliguntur esse in fato, suntq; hæc asserentes gentilium sapientis
simi, hoc quidem recte affirmant, altero autem falluntur. Nam hoc sane
ꝙ actionum electiones in nobis ponant, non omnino autem euentus, re-
ctissime dicunt, ꝙ vero fato hos ascribant, male sentiunt. Redarguentur enim pri
mum, imperfectum reddētes fatum, si hoc quidem habeat, illud autem minime. De-
inde ꝙ nostræ sententiæ hanc sequelam assignent, Hanc enim sequi aiunt fati opera,
& ita inuenietur magis à nobis moueri, quam moueat nos, & homo pricipalior erit
fato, qui informat id per electiōem suam. Cum deceat prouidentiam dicere causam
esse euentus rerum. Prouidentiæ enim opus est hoc magis q̃ fati. Eqdem prouiden-
tiæ proprium est, vnicuiq; secundum id quod confert distribuere. Et hac de re, euen
tus eorum quæ electa sunt, secundum id quod confert, quandoq; quidem erit, quan-
doq; vero non. At cum fatum apud Græcos εἱμαρμένη dicatur, eo ꝙ sit εἱρμὸς id est D
ordo causarum intransgressibilis: ita enim Stoici id definiūt, hoc est, ordinem & col
ligationem intransgressibilem, non secundum id quod confert, sed secundum ꝓpri-
um motum & necessitatem fines inducit. Quid insuper dicent de his qui oīno sunt
dementes & stulti, & propterea sine electione? vtrum eis tale esse, secundum fatū ad-
est vel non. Si enim non secundum fatum, extra fatum erunt. Si vero secundū fatum
erunt, ex necessitate sequitur neque electionem in nobis esse. Si enim quod non eligit
sub fato est, ex necessitate quoque quod eligit, atque ita ad primos redibunt, q dicunt
oīnia secundū fatū esse. Sed & pugna mentis & cupiditatis in cōtinente & in incon-
tinente erit inutilis. Si etenim ex necessitate determinatum est huic quidem agere, il-
li vero non agere, quæ vtilitas in ipso est litis & pugnæ? Sed hoc fato statutum est, nō
solum agere, verum & taliter agere. quidnam aliud ait qui hoc dicit, quam ꝙ & ele-
ctio nullius momenti est? Electio siquidem est quæ cupiditatem impugnat, & vincit
quidem in continentibus, superatur autem in incontinentibus. Quare interimuntur
quæ primam suppositionem sequi videntur, non amplius enim erit electio in nobis.

¶ Commendat Platonem de ratione fati differentem, quem in parte cor-
rigit, vbi etiam de annorum reuolutione, & rerum omnium reditu.

CAPVT IIII.

PLato autem bifariam nominat fatum, hoc quidem secundum substātiam
aliud vero secundum actum. Secundum substantiam sane, animā vniuer
si, secūdum actionem autem, diuinam legem impræuaricabilem, propter
causam ineffugibilem, quam etiam constitutionem vocat ineuitabilem.
Hanc autem legem ad cunctorum decorem à primo & supremo deo, animæ vniuersi
datam

A datam esse, per quam producit ea quæ fiunt. Hoc autem quod est, secundum actio-
nem fatum, etiam secundum prouidentiam dicit. A prouidentia enim contineri fa-
tum. Nam omne quod secundum fatum est, etiam secundum prouidentiam fieri, nõ
tamen omne quod secundum prouidentiam est, etiam secundum fatum esse. Hęc au-
tem diuina lex, quam ait, esse prouidentiam simul & fatum, omnia in seipsa continet,
hæc quidem secundum suppositionem, alia vero ex suppositione. Nam antecedẽtes
causas, veluti quædam principia secundum suppositionem continet, quæcunq; sunt
in nobis, compositiones & iudicia & impetus. Ea vero quæ ex necessitate has sequun-
tur, ex suppositione sunt, & electio quiescendi quæ est in nobis secundum suppositio-
nem existit. Subiectis vero his quæ sunt in nobis, ex ipsis veluti ex suppositione sequi
ea quæ sunt fati, vtputa, in nobis est nauigare, hoc secundum suppositionem est. Sup-
posito igitur nauigare nos, sequitur ea quæ sunt ex hac suppositione, naufragare vel
non. Ideo ex suppositione vocat ea quæ sequuntur suppositiones quæ in nobis sunt,
hoc est principia & actiones. Vt q̃ antecedunt, & q̃ in nobis sunt, secundũ suppõnem
existunt. Quæ vero sequuntur, sunt ex suppositione & non in nobis sed ex necessitate.
Non enim ab æterno determinatum esse quod est secundum fatum, sed superaccide-
re, præcedentibus his quæ sunt in nobis. Huic autem istud concordat, ꝙ causa eligen-
tis est deus ἀναίτιος, & quod nihil dominatur virtuti, & ꝙ est diuinatio. Cæterum
ipse ostendere in omni hoc sermone contendit, electiões & quasdam secundum has
actiones in nobis esse, quæ vero sequuntur istas, & fines, in fato consistere ex necessi-
tate. Hoc autem in superioribus monstratum est, nõn bene habere. In hoc igitur ꝙ
dei ordinationem & voluntatem fatum appellat, & in hoc ꝙ fatum prouidentiæ sup-
ponit, parum certe à diuinis eloquijs distat, solam prouidẽtiam omnia dispensare di-
centibus. At multum differt, ex necessitate sequi fines q sunt in nobis affirmans. Nos
enim non secundum necessitatem sequi ea quæ sunt prouidentiæ dicimus, sed cõtin-
B genter. Nam si secundum necessitatem, primum quidem, orationis pars tollitur. De
solis enim actionum principijs orationes erũt, secundum eum, vt meliora eligamus.
Post electionem autem inanis est deinceps oratio, his, quæ sequuntur, ex necessitate
inductis. Nos vero in his quoq; orationem posse determinamus, in prouidentia eñ
esse naufragari nauigantem vel non, neq; ex necessitate quidem alterum esse, sed con
tingenter, non enim sub necessitate est deus. Neq; voluntatem eius seruire necessitati,
fas est dicere, etenim necessitatis est conditor. Nam necessitatem sane imposuit astris,
vt semper secundum idem moueantur, & mare circumterminauit, & vniuersalibus
& generalibus necessarium terminum imposuit. Quem, si fatum vocare volunt, eo ꝙ
vbiq; & semper secundum necessitatem fit, vt omnia per successionem sint in genera-
tione, & corrumpantur, nihil curamus. De nominibus enim non velitamur aduersus
eos. Ipse vero supra omnem necessitatem, non modo consistit, sed & dominus, & fa-
ctor eius est. Omnipotens enim existens, & suapte natura ipsa potestas, nihil neq; na-
turæ necessitate, neq; legis dispositione facit. Omnia vero sunt ei contingentia, etiam
necessaria. Et vt hoc monstretur, cursum solis & lunæ q necessitate feruntur, & sem-
per vno modo habent, quandoq; stare fecit, vt ostendat, nihil à se secundum necessi-
tatem fieri, sed omnia ꝑ potestatem contingenter. Semel autem talem diem fecit, ve-
luti scriptura significauit, vt solum monstret, nõ vero dispositionem necessarij astro-
rum motus quam à principio imposuit, dissoluat. Ita & quosdã homines in vita con-
seruat, vt Heliam & Enoch, mortales existentes, & corruptioni subiectos, vt ꝑ omnia
hæc potestatem eius, & non necessitate coactam voluntatem intelligamus. Stoici ve-
ro aiunt restitutos planetas in idem figuram, secundum lõgitudinem & latitudinem,
vbi in principio vnusquisq; erat, cum primo conditus est mundus, indictis constitu-
tisq; temporum circuitionibus, incendium & corruptionem eorum quæ sunt, effice-
re. Et rursus mundum à principio in idem restitui, & astrorum corruptorum cursus

similiter vnumquodq; in priori circuitione fieri & similiter perfici. Futurum enim C esse rursus Socratem & Platonem & vnumquemq; hominum, cum eisdem & amicis & ciuibus tum eadem persuadere tum cum eisdem colloqui, & omnem ciuitatem & municipium & agrum similiter reparari. Deos autem qui non huic corruptioni subijciuntur, vnam assequentes circuitionem, ex hac omnia cognoscere quę futura sunt in sequentibus circuitionibus. Nullum enim extraneum vel peregrinum futurū esse, præter ea quæ facta sunt prius, sed omnia similiter & intransmutabiliter vel ad minima vsque. Et propter hanc instaurationem aiunt quidam Christianos resurrectionem imaginari, multum seducti. Semel enim resurrectionem esse futuram, Christi opinantur eloquia, non quidem secundum circuitionem, sed secundum diuinæ voluntatis potentiam.

¶ Sexti libri Gregorij Nysseni de Fato. FINIS.

SANCTI PATRIS GREGORII NYSSENI EPISCOPI Liber Septimus. De Libero arbitrio.

¶ Probat quædam esse, quæ in nostra sint potestate. Cap. I.

SERMO de libero arbitrio, hoc est, de eo quod est in nobis, primam habet quæstionem si sit quid in nobis, & in nostra potestate, multi enim hoc inficiant. Secūdam, quænam sint ea quæ sunt in nobis, & quorum potestatē habemus. Tertiam vero, causam scrutari propter quam creans nos deus liberi arbitrij fecerit. D Respondentes igitur ad primam, primum dicamus, demonstrantes q̄ sit aliquid in nobis, ex his quę ab illis cōceduntur. Omnium enim quæ fiunt, vel deum aiunt causam esse, vel necessitatem, vel fatum, vel naturam, vel fortunam, vel casum. Sed dei quidem opus est, substantia & prouidentia. Necessitatis vero eorum quæ semper similiter habent, motus. Fati, ex necessitate, ea quæ per id sunt, perfici, etenim ipsum necessitatis est. Naturæ, generatio, augmentatio, corruptio, plantæ, animalia. Fortunæ vero, ea quæ rara sunt & inopinabilia. Definiunt enim fortunam, concursum & coadunationem duarum causarum, ab electione principium habentium, aliud quid præter id quod consequi natum est, perficientiū, vt sepulchrum fodientem thesaurum inuenire. Neq; enim qui deposuit, ideo deposuit, vt hic inueniret neque qui inuenit, idcirco fodit, vt thesaurum inueniret: accidit autem aliud præter id quod elegerunt vtriq;. Casus vero opus, ea quæ inanimatorum sunt vel rationis expertium συμπτώματα id est, quæ accidunt sine natura & arte. Cui igitur ea subijciemus quę per homines fiūt, si certe homo non est causa & principium actionum. Non enim deo fas est ascribere turpes quādoq; actiones & iniustas. Neq; necessitati, non enim eorum sunt, quæ semper similiter se habent. Neq; fato, non enim contingentium

A gentium sed necessariorum, ea quæ fati sunt, esse dicunt. Neq; natutæ, nam naturæ
opera sunt, animalia & piantæ. Neq; fortunæ, nõ enim raræ & præter spem sunt ho-
minum actiões. Neq; casui. Inanimatorum enim sunt & irrationaiium συμπτώματα.
Relinquitur ergo ipsum agentem & facientem hominem, principium esse propria-
rum operationum, & arbitrio liberum. AMPLIVS. Si nullius est actionis principi-
um homo, ex superfluo habet vnde consultet. Ad quid enim vtetur consilio, nullius
existens actionis dominus. Optimum autem & omnium quæ sunt in homine pcio-
sissimum, superfluum dicere, quam maxime vtiq; erit inconueniens. Si ergo consul-
tat, propter actionem consultat. Omne enim consilium actionis gratia, & propter a-
ctionem est. AMPLIVS. Quorum actus in nobis sunt, horum etiam operationes
secundum actum in nobis sunt. Existunt autem in nobis actus secundum virtutes,
in nobis etenim & virtutes sunt. Quod autem actus virtutum in nobis existant, hoc
item ostendit, quod bene ab Aristotele in Ethica dictum est: Quæ enim faciendo di-
scimus, hæc cum didicerimus facimus. Nam discendo cõtinere voluptates, sobrij su
mus, & sobrij facti à voluptate nobis temperamus. Possumus aũt & sic dicere. Medi-
tari & exercitari, in nobis esse, cõcessum est. Meditationes autem habituum sunt cau
sæ, mos enim natura est acquisita. Quod si causæ habitus, meditationes sunt, in no-
bis autem est meditatio, in nobis & habitus erit. At quorum in nobis sunt ha-
bitus, horum & actiones quæ sunt secundum habitus in nobis existunt. Opera-
tiones enim habitibus adhærent. Qui igitur iustum habitum possidet, iusta opera-
bitur, & qui iniustum, iniusta. In nobis itaq; est, iustos & iniustos esse. Quædam autẽ
in nobis existere, admonitiones & orationes ostendunt. Nullus enim hominem ad-
monet, non esurire, neq; sitire, neq; volare, non enim in nobis hæc sunt. Manifesta-
rium igitur est, in quibus sunt admonitiones, hæc in nobis esse. AMPLIVS. Si nihil
est in nobis, superuacaneæ sunt leges: naturaliter autem omnis gens, legibus quibus-
B dam vtitur, sciens sibi agendi potestatem esse, quæ per leges statuta sunt, & plurimæ
gentiũ deos iactant legumlatores, vt Cretes Iouem, Lacedæmones vero Apollinem.
Omnibus igitur hominibus cognitio eius quod est in nobis, naturaliter inserta est.
Hæc autem illis dicenda sunt, & insuper vituperationes & laudes, & id genus cuncta,
quæ negant impugnantq; secundum fatum omnia fieri.

¶ Quæ sint illa quæ in nostra consistunt potestate, videlicet habitus &
horum actiones, sensuumq; operationes. Insuper & bona corporis ha-
bitudo, & mala. Cap. II.

ESse sane quædã in nobis, & nos actionũ dominos existere, sufficienter de-
mõstratum est. Deinceps vero dicamus, quænã illa sint in nobis. Summa-
tim itaq; oĩa q̃ per nos volũtarie gerũtur, in nobis esse asserimus. Neq; eñ
voluntarie geri dicerẽtur, actione in nobis nõ existente. Et simpliciter, ea q̃
vituperatio vel laus seqĩ, & in qbus est admonitio atq; lex, q̃d paulo ante est mõstra-
tũ. Principaliter autẽ in nobis sunt oẽs aĩæ actiones, & ea de qbus cõsultamus, quasi
eñ in nobis existat q̃d propositũ est, facere, & nõ facere, cõsultamus. In superioribus
autem ostendimus consilium eorum esse, quæ similiter contingunt. Similiter vero cõ
tingens est, quod tum ipsum possibile nobis, tum oppositum eius, cuius electionem
intellectus noster facere videtur, & hic est principium actionum. Atq; hæc in nobis
sunt quæ similiter contingunt, puta, moueri & non moueri impetu; ire & non ire, nõ
concupiscere necessaria & concupiscere, mentiri & non mentiri, dare & non dare, læ-
tari in quibus oportet, & non lætari, & quæcunq; talia, in quibus consistunt virtutis
& vitij opera, hęc enim sunt in nostro libero arbitrio. Pręterea de numero eorum q̃
similiter contingunt, sunt autem artes. Nam omnis ars circa productionem est, eorũ
quæ esse contingit & non esse, & quorum principiũ in faciente est, & non in eo quod

fit. Nullū enim æternū, & ex necessitate existēs, vel q̄d ex necessitate fit, secundū artē fieri dicit, sed neq; eorum quicq̄ q in paucioribus fiunt, & aliter se habēt. In habentibus C quoq; in seipsis effectiuā causam, vt in animalibus & plantis, nihil secundū artē fieri dicitur, natura enim sunt & nō arte. Si autem eorum quæ secundum artem fiunt, exterius effectrix causa est, quæ igitur est eorum causa, an non qui facit artifex? in artifice enim facere est. Hic ergo principium & causa operationis existit. Insuper in nobis sunt energiæ secundum artem & virtutes & omnes operationes animales & rationales. In superioribus autem quinam actus animales sint, ostensum est. Cæterum multi arbitrantes dici liberum arbitrium in omni operatione, & curatione vel euentu, decenter hunc sermonem impugnant. Acrius vero qui scripturam sacram in redargutionem afferunt, non in homine viæ eius. O amice aiunt qualiter arbitrio liber est homo, cum in ipso non sit via eius, & vanæ existant hominum cogitationes, quasi nequeuntibus nobis quæ excogitamus in opus deducere. Et talia multa blaterant, ignorantes quo pacto dicatur liberum arbitrium. Non enim q̄ diuites simus vel pauperes vel sani semper, aut naturaliter robusti, vel aliorum domini, vel summatim bonorum quæ instrumentalia siue fortuita cognominantur, vel eorum quæ secundum prouidentiam finem accipiunt, potestatem habemus, sed actionum secundum virtutem & vitium, & electionum & motuum, & quorum similiter opposita agere possumus. In omni autem actione electio antecedit, & non solum actio, sed & electio condemnabitur, atq; hoc ostendit, quod in euangelio est. Qui inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, mœchatus est cum ea in corde suo, & Iob pro delictis cordis filiorum suorum, deo immolauit. Principium enim peccati & iustæ operationis est electio. Equidem operatio quandoq; conceditur à prouidentia, quandoq; prohibet. Cum enim sit id quod in nobis est, sit & prouidentia, necesse est secundū ambo fieri q̄ fiunt, quippe si secundum alterum modo fierent, non esset vtiq; alterum. Quoniam D autem mixta sunt hæc quæ fiunt, quandoq; quidem secundum id quod est in nobis prouenient, quandoq; secundum vtraq;, quandoq; autem actionem à libera electione procedentem, à prouidentia impediri. Prouidentia vero partim quidem communi existente, partim propria, necesse est ex vniuersalibus particularia pati & affici, continente enim sicco existente corpora siccantur, etsi nō omnia similiter, & matre in crapula & luxu voluta, consequenter ea quæ pariuntur corpore distemperata, & gressibus inepta generantur. Ex his igitur quæ dicta sunt manifestarium euadit, q̄ etiam ex mala habitudine corporis, in aduersam fortunam incidere contingit, vel ex communione circumdantis nos aeris, vel ex voluntaria dięta eorum quæ generantur, vel ex seipsis voluptate corruptis, vt etiam ex voluntaria causa quandoq; malæ corporis constitutiones generentur, & non prouidentia causa horum omnino existat. Cum itaq; anima constitutioni corpis cedens, desiderijs vel irę seipsam tribuit, siue ab euentu comprimat, siue paupertate deiecta vel diuitijs eneruata fuerit, voluntariū malum sustinet. Quæ aūt non cedit, dirigit, & distemperantiam vincit, vt alteret magis q̄ alteretur, & animales dispōnes, optima educatione, & dięta opportuna in bonam habitudinem redigit. Ex dirigentibus igitur liquet, q̄ qui non dirigunt, voluntarie peccant. In nobis enim est, vel concurrere distemperantijs vel contraire siue continere. Multi vero distemperantiam veluti causam passionum culpantes, necessitati & non electioni vitia ascribunt. Et propterea aiunt neq; virtutes in nobis esse, inconuenienter id astruentes.

¶ Cur homo sit libero arbitrio præditus, quia rationalis & ex nihilo productus, vbi obiter de angelorum bonoꝝ & maloꝝ arbitrio tractat. Et q̄ sponte mali euadimus, differentiam liberi arbitrij ab habitu, subdens.

Caput

CAPVT III.

A SVpereſt dicere propter quam nam cauſam liberi arbitrio facti ſimus. Cōfeſtim igitur vi rationali ſimul adeſſe liberum arbitriū aſſerimus, ſicut generatis naturalem ineſſe trāſmutationem & inuerſionē, his maxime q̄ ex ſubiecta materia ſunt. Principium enim generationis mutatio, quippe ex alteratione ſubiectæ materiæ eſt generatio. Intelliget autem aliquis quod dicitur, ad plantas omnes reſpiciens, & animalia terreſtria, & volatilia atque aquatilia: continua enim eſt horum ſecundum corporales mutationes tranſmutatio, animi vero mutatio ſecundum voluntatem & electionem. Quod autem vi rationali ſimul inditum ſit & coexiſtat liberum arbitrium, ex his quę dicta ſunt, de eo quod eſt in nobis aliquid, illis qui non perſunctorie audierunt, manifeſtarium eſt. Cæterum nullum fortaſſis inconueniens eſt, nunc quoque eorundem mentionem ſubijcere, requirēte id ſermonis conſequentia. Rationalis igitur partis hæc quidem eſt θεωρητικὴ id eſt contemplatiua, illa vero practica, id eſt operatiua. θεωρητικὴ ſane eſt quæ excogitat, qualiter habent ea quæ ſunt: practica autem, quæ eſt conſultatiua, quæ rerum gerendarum rectam rationem definit. Et vocant θεωρητικὸν quidem intellectum, practicum vero λόγον id eſt rationem: illud item σοφίαν id eſt ſapientiā: hoc autem φρόνησιν id eſt prudentiam. Verum omnis qui conſultat, quaſi in eius poteſtate exiſtente electione de operabilibus conſultat, vt quod per conſilium decernitur, eligat, & eligens faciat. Neceſſe igitur eum qui conſultat, dominum eſſe actionum, ſi enim non fuerit dominus actionū, ex ſuperfluo habet cōſultare: ſi vero hoc, ex neceſſitate aſſiſtit vi rationali liberum arbitrium. Aut enim non erit rationalis, aut rationalis exiſtens, dominium ſuarum actionum obtinebit: dominari autem actionum, omnino liberi arbitrij erit.

B Atqui monſtratum eſt, ea quæ ex ſubiecta materia genita ſunt, vertibilia eſſe, ex vtriſque ergo concluditur, hominem ex neceſſitate liberum arbitrio, & vertibilem eſſe: vertibilem ſane quia genitus eſt, liberum autem arbitrio quia etiam rationalis. Ea propter quicunque deum accuſant, quòd hominem non fecerit, vitiorum nequaquam ſuſceptibilem, ſed arbitrio liberum, ignorant ſe accuſare deum ꝙ rationalem fecerit hominem & non rationis expertem. Neceſſe enim horum duorum alterum, vel irrationalem productum eſſe, vel rationalem exiſtentem, & circa agibilia verſantem, arbitrio liberum eſſe. Ex neceſſitate igitur omnis natura rationalis, libero arbitrio eſt, & ſecundum ſuipſius naturam vertibilis. Porro naturæ quę ex ſubiecta materia generantur, ſecundum duos modos vertibilitatem habent, tum ſecundum materiam, tum ſecundum hoc ꝙ generantur. Quæcunque vero non ex ſubiecta materia generatæ ſunt, ſecundum vnum ſolum modum qui eſt creationis, vertibiles exiſtunt. Rurſum horum immaterialium quæcunque in his ſunt quæ circa terrena verſant, cōmunione ad hoīes, circa agibilia occupatæ, magis ſunt vertibiles. At quęcūq; propter naturæ ſublimitatē deo ſecundū habitudinē appropinquāt, per huius contēplationem beatitudine potiuntur, & ad ſeipſas & ad deum ſolum conuerſæ ab agibilibus & materia omnifariam ſeipſas alienauerunt. Contemplationi autem & deo familiares factæ manent inuertibiles, liberæ quidem arbitrio exiſtentes & vertibiles, quia rationales ſunt, non tamen vertūtur propter prædictas cauſas: nec mirū quidē, etenim & hoīes contēplatiui ab agibilibus ſeipſos ſegregātes, manēt inuertibiles. Arbitror itaq; ex his quæ dicta ſunt, demonſtratū eſſe rationales creaturas oēs a principio optimas fuiſſe cōditas, ꝙ ſi deinde ita permāſiſſent, vt à principio creatæ ſunt, extra omnem vtiq; malitiam eſſent. Soli tamen angeli incorporales quidem verſi ſunt, & neq; ipſi omnes ſed quidam ex ipſis, quicūq; videlicet ſe ad inferiora, aut ad terre-

ſtrium

ſtrium concupiſcentiã, ſponte conuertẽtes, ab habitudine quæ eſt ad ſuperiora & di
uina ſe ſepararunt, indieſq; magis ac magis ſeparant. Quocirca ex his quæ monſtra C
ta ſunt, clare liquet, ideo nos facultatem electiuam vertibilem poſſidere, quia natura
vertibiles ſumus. Non tamen quia vertibilem facultatem ſeu poteſtatem habemus,
vt mali ſimus, deum aliquis cauſam eſſe dixerit, neq; enim in poteſtate ſeu facultate,
vitia ſunt, ſed in habitibus: habitus autem ſecundum electionem acquiruntur, ſecun
dum electionem ergo mali euadimus, & non ſumus ſecundum naturam. Intelliget
autem certius aliquis quod dicitur hoc modo. In præcedentibus poteſtatem ſiue fa-
cultatem dicebamus eſſe, à qua ſingula quę facimus, facere poſſumus. Omnis autem
electiua poteſtas eadem oppoſitorium eſt: vna enim & eadem facultas eſt, qua ſobrij
ſumus, & qua ſumus intemperantes, non tamen idem habitus eſt oppoſitorum, pu-
ta crapulandi, & ſobrie viuendi, vel mentiendi & verum dicendi, ſed contrariorum
contrarij. Nam ſobrium eſſe, ipſius ſecundum virtutem eſt habitus: crapulari autem
vitij, nõ ſunt igitur poteſtatis ſeu facultatis vitia, ſed habituum & electionis, neq; enĩ
poteſtas eſt quæ nos crapulari vel mẽtiri commoueat, ſed electionam in nobis erat
verum dicere vel mentiri. Sed igitur non eſt vitium potentia, ſed habitus, non qui fa
cultatem dedit cauſa nobis eſt malorũ, ſed habitus qui à nobis, & per nos & proprio
ſtudio adeſt: liceret enim contrarium habitum exercitio adipiſci, & nõ malum. Cæ-
terum potentia differt ab habitu, eo q̃ omnes potentiæ naturales ſunt, habitus
vero ſuperuenientes, & q̃ potẽtiæ indocibiles ſunt, habitus autem ex eru
ditione & conſuetudine aduenium. Si itaq; potentia naturalis eſt, &
indocibilis, habitus vero aduentitius & docibilis, non natura
eſt cauſa malorum, ſed male nos agere aut agi, & proin
de malum habitum poſſidere, omnis enim habi-
tus, aduentitius eſſe monſtratus eſt. Natura D
autem ineſſe potentias hoc indicat, q̃
omnes eaſdẽ habent potentias,
præter debilitatos, at habi
tus minime eſſe natu
rales vel hinc ma
nifeſtum eſt,
q̃ non o-
mnes
eoſdem poſſident habitus, ſed alij alios
quæ autem natura ſunt, eadem apud omnes exiſtunt.

**SEPTIMI LIBRI GREGORII NYSSE
ni de libero arbitrio finis.**

A # SANCTI PATRIS
GREGORII NYSSENI EPISCOPI
Liber Octauus. De Prouidentia.

Inuestigat si sit diuina in rebus prouidentia, quam multis argumentis colligit. Caput I.

Liberum arbitrio esse hominem, & in qbus libero arbitrio vtatur, atq; propter quam causam liber arbitrio genitus sit, in præcedentibus dictum est. Quia vero non omnis qui proponit occidere, omnino occidit, sed quandoq; quidem occidit, quandoq; vero nõ actione impedita, & non secundum intentionem pcedente, causam vero esse diximus prouidentiam & non fatum, expleta eorum quæ sunt in nobis determinatione, sermo de prouidentia iure consequitur, qui in tria diuiditur. Primum si sit prouidẽtia, secundum quid sit, tertium, quorumnam sit. Sed videns quidem modo sanus sit, non ignorabit prouidentiam. Aegypti cognoscens prodigia, & audiens quæ in deserto mira fuere, in quibus lucidior visibiliorq; hominibus apparuit prouidentia. Multa deniq; tum in prophetis, tum in Babylone animaduertens prouidentię opera, nullam dubitationem suscipientia. Christianos autem hęc vniuersa docent prouidentiam esse, maxime vero diuinissimum & propter excellentiam amoris erga homines incredibilissimum prouidentiæ opus, dei incarnatio, quæ propter nos facta est. At cum nõ ad hos solos sit sermo, sed & ad gentiles, age per alia quoq; prouidentiã esse demonstremus. Quod igitur sit prouidentia, p eadem aliquis demonstrauerit, quibus & deum esse ostendimus. Vniuersorum enim permanentia, eorum maxime quæ generationi & corruptioni obno-
B xia sunt, & positio atq; ordo rerum semper secundum eundem modum custoditus, & astrorum motus nullo vnquam tempore immutatus, & anni circuitus, & temporum reditio, & noctium atq; dierum p singulos annos æqualitas, alterutra paulatim tum aucta tum diminuta, neq; minori neq; ampliori mensura, qualiter vtique perficeretur similiter deducta, nullo prouidente? Quando etiam peccatorum sequens supplicium, magis autem scelerum reuelatio, nullo quandoque existente qui redarguere possit, secundum quasdam necessitates manifestatur. Qualium historiarũ pleni sunt tum Hebræorum tum Gentilium libri. Talis enim est in scriptura nostra Susannę pessio, in his vero quæ apud gentiles comperiuntur, Ibyci poetæ interitus. Cum occideretur enim hic à quibusdam, & nullum coadiutorem neque insidiarum testem haberet, grues forte superuolantes intuens dixit: O grues vindicate meã necem, at cum ciuitas Corinthiorum latrones requireret, inuenireque nequiret, congregato theatro & plebe considente, rursum grues superuolabant, intuentes vero homicidæ ridendo dicebant. Ecce vltores Ibyci, eorum autem qui prope assidebant quidam id audiens, principi annunciauit, & compræhensi homicidium confessi sunt. Atque plurium id genus multitudo in veterum libris descripta est, quæ si quis congregare voluerit, hunc sermonem in infinitam vtique extenderit magnitudinem. Si vero non omnibus qui peccant, idem redargutionis seu manifestationis modus obtingit, sed quidam effugere videntur, nullus propterea prouiden-

tiam

tiam neget. Non enim secundum vnum modum solum, facit deus hominum procurationem, sed secundũ multos & diuersos. Porro corporum quæ generationi & corruptioni obnoxia sunt, compositio, & proportio quæ semper custoditur, prouidentiam esse magnopere ostendit. Siquidem in omni particula corporis, prouidentiæ præmeditatio apparet, vt studiosis facile est ex diuersis libris colligere. Sed & colorum varietas qui in animalibus sunt, eundem semper ornatum retinens, clamat prouidentiam esse. Quod autem communiter ab omnibus hominibus concessum est, oportere deum orare & colere ἀναθήμασι & oblationibus, prouidentiæ est demonstratiuum, sine prouidentia enim existente hac vniuersa machina, quis vtiq; vel quem aliquis adoraret? Sed & studium quod est circa beneficia, naturaliter in his qui non sunt peruersi, frequentatum, prouidentiam ostendit. Etenim futuram inde mercedem expectantes, etiam eis qui retribuere non possunt, benefacere eligimus. At prouidentia sublata, laxatur quidem iniustitia his qui possunt iniusta agere, destruitur quoq; misericordia & timor dei. Simul autem cum his virtus interimitur & pietas. Si enim non prouidet deus neq; punit, neq; bene agentibus brauia tribuit, neq; vnquam patientiũ læsiones prohibet, quis igitur amplius adorabit deum, in nullo quicq̃ nobis conferentem? Destruitur insuper prophetia, & vniuersa præcognitio. Cæterum ista minime cum his concordant, quæ per singulos fere dies accidunt. Nam multæ quidem in necessitatibus diuinitatis apparitiones fiunt. Multa quoq; per somnia laborantibus data sunt auxilia, multæq; præcognitiones secundum vnamquamq; mundi ætatem allatæ sunt, ac multi homicidium perpetrantes, & quædam iniqua agentes diu noctuq; terrefacti sunt. Præterea bonus est deus, bonus vero existens beneficus est, si vero beneficus etiam prouisor est. Sed quid opus est, creationis opera & proportionem eius explicare, atq; compaginem & positionem, ordinemq; ac vtilitatem, quam vnumquodq; vniuerso tribuit, & ꝙ non possibile est aliter habere, præterquam nunc bene habeat, & ꝙ neq; adiectionem suscipit, neq; respuere potest aliquid eorum quæ sunt. Sed perfecta omnia & bona sapienter atque prouidenter condita existunt. Verum ad librum περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως, hanc expositionem reseruemus, vt non patiamur quod multi de prouidentia loquentes perpessi sunt. Creationem enim nos in prouidentiæ sermonem introducentem pro prouidentia vsurpant, multum vero ab ea differt. Non enim idem est prouidentia & creatio nam creationis quidem est, bene efficere ea quæ fiunt. Prouidentiæ vero, bene procurare quæ fiunt. Hæc autem non omnino adinuicem coexistunt, quod ex viris cuiuslibet artis & disciplinæ licet perspicere. Nam hi quidem eorum ad hoc tantũ vt bene operentur sunt eruditi, & nullam amplius habent curam, vt tectores, scribæ, figuli. Aliæ vero solum prouident, vt agasones & pastores. Quare & nos in sermone q est de curatione conuenienter demonstrabimus, bene producta esse quæ generata sunt, in sermone vero de prouidẽtia, diligenti procuratione potiri post generationem. Quomodo igitur homo ex homine & bos ex boue semper generatur, & vnumquodque ex proprio semine nascitur & non ex alio prouidentia non existente? Si enim quis dicat secundum generationem quæ à principio fuit, traduce res procedere, hoc vtique dicet creationi omnino simul adesse prouidentiam. Traduce enim procreari quod olim creatum est, cõiunctam esse prouidentiam ostendit. Prouidentiæ enim est (quæ post creationem existit) eorum quæ sunt traductio, & ita nihil vtique aliud dicet quàm eundem esse factorem simul & prouisorem eorum quæ sunt. Quis autem videns differentes hominum in tot millibus formas, & nusq̃ secundũ omnia conuenientes, non mirabitur opus? considerans vero causam, prouidentiæ gratia differentiam formæ in singularibus transmutatam inueniet. Intuere enĩ si eundem seruarent intrãsmutabiliter characterem. i. figuram, quanta rerum cõfusio fieret, q̃ta vero ignorantia & obscuritas hoĩem detineret, neque enim

A enim familiarem cognosceret, neque alienum vel inimicum vel malum ab amico & placido dijudicaret. Vniuersa autem essent vere sibi peruia & confusa secundũ Anaxagoram. Quod si ita esset, nihil prohiberet cum sororibus & matribus commisceri, neque rapere, neque aliud quicquam inique agere manifesto, si ad præsens mõ effugeret. Neque enim postea visus cognosceretur. Insuper neque lex neque politia constitueretur, neque patres & filij seinuicem cognoscerent, neque aliud quid eorum q̃ sunt secundum hominem constaret. Cæcus enim esset circa hominem homo, modica visu ei tribuente. Quippe præter ætatem & magnitudinem nihil aliud dinosceret. Tantorũ vero bonorũ nobis causa facta est prouidentia, hominum formas semper & vbique variando, & nullo tempore istud facere desinendo, quę maxima est coniectura q̃ regimur & potimur prouidentia vsque ad singularia, vt ad modum plasmationis characteris & vocis, vnusquisque cognoscatur, etsi non certissime hoc seruet quasi forma sufficiente. Equidem ex superabundanti nobis hæc adiecit prouidentia, & colorum differentiã vt multiformiter humanæ naturæ infirmitas adiuuetur. Existimo autem plura animalium quæ secundum speciem sunt vniformia, quale est cornix & coruus, quasdam secundum intuitum habere differentias, quibus cognoscent secundum coniugationem seinuicem. Equidem cornices & corui sæpenumero congregantur, at secundum coniugationem vnaquæq; & vnoquoq; cõiugem agnoscente separantur. Quo pacto autem seinuicem cognoscerent, nisi aliquis inesset vnicuiq; proprius character, nobis quidem nõ facile iudicabilis, facile vero natura cõprehensibilis his quæ sunt eiusdem generis. Sed & symbola, id est, notæ & apparitiones, & sonitus, & Iouis dicta signa (ad gentiles enim est sermo) secundum propriam ratiõem, vt ipsi aiunt, eorum quæ ab eis ostenduntur prouentus conseruantia, omnino profecto rationem prouidentiæ signant, & his quæ contingunt prouentus veros ostendunt.

B

¶ Quid sit prouidentia. CAP. II.

AT esse prouidentiam, tum per hoc manifestum est, tum per ea quæ deinceps dicentur. Quid autem sit prouidentia dicamus? Prouidentia igitur est dei procuratio circa ea quæ facta sunt. Diffiniũt autem eam & sic. Prouidentia est voluntas dei, propter quam omnia quæ sunt conuenientẽ deductionem suscipiunt. Si vero voluntas dei est prouidentia, necesse est secundum rectam rationem, & optime & deo decentissime fieri, vt cum bene habeant ea quæ fiũt meliorem ordinem non suscipiant. Necesse autem est, & eundem esse factorem eorũ quæ sunt, & prouisorem. Neq; enim consequens est, neq; decens, alium quidem facere, alium vero quæ facta sunt procurare. Etenim imbecillitatis omnino videret hoc tale esse. Cæterum magna horum ostensio animalibus inest. Omne enim quod genuit escam ei procurat quod genitum est. Homo autem etiam alijs omnibus q̃ sunt in hac vita, eatenus prouidet, quatenus possibile est. Quæ vero non prouident, propter imbecillitatem non prouident. Demonstratum igitur est, deum quidem esse prouisorem, prouidentiam autem eius voluntatem existere.

¶ Quorumnam sit prouidentia diuina, an vniuersalium generum & specierum tantum, vt ait Aristoteles, vel an prouidentia singularium per deos inferiores administretur, vt Plato censet: vbi obiter phanaticam Epicuri opinionem confutat. CAPVT III.

Cum

CVM esse prouidentiam, & quid sit dictum fuerit, superest referre quorumnam sit prouidentia, vtrum vniuersalium tantum, vel singularium & vniuersalium. Plato itaque & vniuersalia & singularia per prouidentiam dispo ni existimat, prouidentiæ rationem in tria diuidens, nempe primam esse primi dei. Prouidere vero hunc antecedenter quidem proprijs, deinde vero toti mundo vniuersali: puta cœlis & astris atque omnibus vniuersalibus, hoc est, generibus, vt substantiæ, quantitati, qualitati, & alijs talibus, atque speciebus quæ his subiectæ sunt. Generationi vero indiuiduorum, & animalium & plantarum, & omnium quæ in generatione & corruptione sunt, per deos prouidere, qui cœlum circueunt, quorum generationem Aristoteles soli & Zodiaco circulo attribuit. Ductionis vero & finis agibilium, & ordinis eorum quæ sunt secundum hanc vitam, & naturalium materialiumque bonorum & quæ instrumenta vocantur, atque his oppositorum, tertiam esse prouidentiam Plato astruit. Sed & præsidere huic quosdam ordinatos dæmones circa terram humanarum operationum custodes. Esse autem & secundæ & tertiæ prouidentiæ vt sint à prima, quasi potestate omnia à primo deo disponantur, qui statuerit & secundos & tertios prouisores. Quod igitur ad deum refert omnia Plato, & ex illius voluntate omnem prouidentiam dependere dicit, laudari meretur. Non autem quod secundo vult ordine astruere prouidentiam eorum qui cœlum circueunt, non enim est prouidentia quod fit, sed fatum & necessitas. Nempe sicut illi vtique configurarunt & designarunt, necesse est ea quæ fiunt, fieri: & aliter non contingit. Stoici vero philosophi fatum, & quod non sit in nobis affirmantes, nullum locum prouidentię dereliquerunt, sed veritatem et quod sit aliquid in nobis simul destruunt, vt demonstratum est prius. At Democritus et Heraclitus, et Epicurus neque vniuersalium, neque singularium prouidentiam esse volunt. Epicurus denique dicebat. Quod beatum & incorruptibile, neque ipsum negocium habet, neque alij tribuit, quare neque ira neque lætitia tangitur. Imbecillitatis enim sunt omnia quæcunque talia. Iram à dijs alienam, præter voluntatem enim fit, deo autem nihil præter voluntatem contingit. Ergo hi quidem propria principia sequuntur, etenim ab euentu vniuersum hoc consistere opinantes, decenter meritoque sine prouidentia aiunt esse omnia. Quorum enim nullus est conditor, quis vtique prouisor erit? Siquidem manifestum est, necesse esse casu ferri, quæ à principio casu genita sunt. Primam igitur eorum opinionem refellere oportet, qua destructa, sufficienter quæ superius in prouidentiæ demonstratione diximus. Horum itaque redargutionem ad proprium tempus reseruantes, ad Aristotelis opinionem & aliorum qui singularia sine prouidentia regi dicunt, veniamus.

¶ Disputat aduersus Aristotelem qui in duodecimo Metaphysicæ deum ait minime singularium curam habere, sed à natura disponi, vbi simul Euripidis & Menandri opinio narratur, ferme eadem.

Caput IIII.

ARistoteles sane a natura disponi vult particularia, vt in septimo Ethicorum obscure dixit. Hanc enim diuinam, in generatis omnibus existentem, vnicuique naturaliter suggerere eorum quæ cōferunt electionem, & eorum quæ nocent fugam. Quippe vnumquodque animal, vt dictum est, alternam sibi escam eligit, & quod confert, prosequitur, & passionum suarum remedia naturaliter noscit. Euripides vero & Menander in his aiunt vniuscuiusque intellectum prouidere vnicuique, deorum vero nullum. Sed intellectus sane, eorum quæ in nobis sunt, est prouisor, aut enim agibilium & artium, aut contemplationis. Prouidentia vero eorum quæ non sunt in nobis, etenim vel prouidet ditare, vel denique sanare vel non sanare, quorum nullum natura facere potest. At neque natura Aristoteli videtur manifesta

A nifesta nanq; sunt naturæ opera. Quid vero ad intellectũ refertur, quandoq; puniri homicidam, quãdoq; vero effugere, nisi quis dixerit, quod primum intellectus & naturæ est, prouidentiæ esse, quod vero secundum, fati. Si autem ea quæ sunt secundum intellectum & naturam, prouidentiæ existunt, quæ vero sequuntur sunt fati, destructum est id quod est in nobis, sed non ita habet. Nam ea quidem quæ sunt intellectus & contemplatiui & practici, in nobis esse monstrata sunt, non omnia vero quæ secundum prouidentiam existunt, naturæ sunt, etsi quæ naturæ sunt, secundum prouidentiam fiunt: multa enim eorum quæ secundum prouidentiam sunt, non adhuc sunt naturæ opera, vt de homicida demonstratum est, etenim pars prouidentiæ est natura, non tamen ipsa est prouidentia. Igitur hi quidem naturæ & intellectui singularium prouidentiam ascribunt. Alij autem permanentiæ existentium curam deo esse aiunt, vt nihil eorum quæ genita sunt, deficiat, & huius solius prouidentiam facere, singularia vero ferri, vt contingit, & propterea multas iniustitias, multaq; homicidia, & summatim dicendo, omnem malitiam in hominibus versari, & horum (vt contingit) quosdam effugere vindictam, quosdam vero puniri, neq; illis secũdum rectam rationem, neq; his secundum legem omnino accidentibus. Etenim bonos iniqua pati, sæpenumero accidit, & humiliari, & infinitis malis submitti. Malos vero & violentos, augeri potentatu, & diuitijs, & principatibus, & alijs vitæ bonis.

Causas narrat, quod ponentes diuinam prouidentiam non esse ad singulos homines, ignorantiæ caligine ducti sint, mala etiam ignorantes, dei voluntate hominibus boni gratia accidere. Cap. V.

AT mihi videntur hæc dicentes, multa alia earum contemplationum ignorare quæ secundum prouidentiam sunt, maxime vero animæ immortalitatem, mortalem enim eam suspicantes esse, quæ sunt hominum, hac
B vita circunscribunt: deinde peruersa habent de bonis iudicia. Existimant enim diuitijs refertos, & dignitatibus præditos, atq; alijs materialibus bonis distentos, felices existere & beatos. Animæ vero bona multo interuallo corporalibus & exterioribus eminentiora, nihilifaciunt, meliora enĩ sunt meliorum bona, quare tanto virtutes, diuitijs & sanitati atq; alijs præferuntur, quanto anima corpori. Ea propter & solæ & cum alijs virtutes beatum faciunt hominem, cum alijs quidem secundum latitudinem, solæ vero & secundum seipsas secundum circunscriptionem. Eorum enim quæ sunt, hæc secundum circunscriptionem intelliguntur, vt bicubitum, alia autem secundum latitudinem, vt aceruus, aceruũ enim etsi duos modios auferas, quod relictum est, manet aceruus. Sed & ab ea beatitudine quę secundum latitudinẽ est, si auferas tum corporis bona, tum exteriora, solas vero virtutes derelinquas, manet etiam sic beatitudinem habens secundũ seipsam anima, virtus enim per seipsam ad felicitatem sufficit. Omnis igitur bonus est beatus, & omnis malus est miser, etsi omnia bona quæ fortunæ dicuntur, congregata habeat. Quod ignorantes multi, solos beatos existimãt, qui bona corporis & diuitias obtinent, ideo de prouidẽtia queruntur. Cæterum hæc non modo ex apparentibus, ea quæ secundum nos sunt, disponit, sed & secundum propriam præscientiam. Sciens enim deus, quod huic nunc mansueto & bono, conferat pauperem esse, & quod mentem eius diuitiæ subuertant affluentes, conuenienter eum in paupertate seruat. Sciens autem sæpenumero diuitem asperiorem futurũ, si pecunijs priuetur, latrocinia enim vel homicidia, seu quædam alia maiora mala tentaturum, diuitijs potiri sinit. Quare etiã ægrotare nobis sępiuscule profuit, & filios sepelire, & fugere (eruosthorum nanq; salus, perditione eorum amarior fieret, malis quidem filijs, latronibus vero famulis in nos effectis. Equidem nos nihil futurorum scientes, ad præsentiaq; sola respicientes, non recte, ea quæ accidunt iudi

K camus

camus,deo aũt futura quoq; quaſi pręſentia ſunt. Sed hæc in eos dixerimus, qui per- C
uerſi ſunt,aduerſus quos & id ſcripturæ conueniet vtiq; dicere. Nunquid lutum dicit
figulo,cur me ſic finxiſti? Quomodo enim non deteſtãdus eſt homo,contrariam le
giſlationem faciens,& operibus prouidentiæ renitens,qui neq; humanis legiſlationi
bus contradicere auderet.

Ducit Ariſtotelem ad magna inconuenientia,ſi deus non prouideret ſingulis hominibus,aut rebus. Cap. VI.

HOS igitur errores quin potius impietates miſſos facientes,oſtendamus ꝙ
non bene ab eis ſine prouidentia regi ſingularia dicãtur, vniuerſalibus &
generalibus prouidentia potientibus. Tribus enim hic ſolis de cauſis,ali-
quis dicet non fieri ſingularium prouidentiam: aut enim ignorare deum
ꝙ bonum ſit etiam hoꝝ prouidentiam habere,aut non velle,aut non poſſe. Sed igno
rantia ſiue inſcitia, omnifariam,à beata illa ſubſtantia aliena eſt, per ſe enim cogni-
tio,& per ſe ſapientia eſt & ſcientia. Qualiter autem latebunt deum,quæ nec homo
bene ſapiens ignorabit: ꝙ deſtructis oĩbus ſingularibus,vniuerſalia quoq; deſtruan-
tur: ex particularibus eq; oĩno vniuerſalia conſiſtũt,adæquãtur deniq; ſpecies omni-
bus particularibus, & conuertuntur, & ſimul deſtruuntur, atque ſimul conſeruan-
tur. Nihil autem prohibet,quin omnia indiuidua perirent, nulla deſuper procurati-
one habita: his igitur deſtructis & vniuerſalia corrumpentur. Si vero in hoc ſolum
prouidere aiunt eum, ne omnia particularia pereant, vt ſeruentur ſpecies, latet eos
quandam ſingularium eſſe prouidentiam dicere. His enim prouidens (vt ipſi dicũt) D
ſpecies & genera conſeruat. Sed aiunt quod non ignorat quidem, non vult autem
prouidere. At nolle propter duas ſit occaſiones,aut ob pigritiam, aut ob indecentiã,
& quis vtique non inſanus pigritiæ cauſam deo inducit: rurſus enim ex duobus his
pigritia generatur, voluptate & formidine,ſiquidem aut à voluptate aliqua attra-cti
pigreſcimus,aut propter timorem, formidantes deſiſtimus: neutrum vero horum
de deo cogitare fas eſt. At ſi pigritiam quidem inducere renuant, non decere autem
deum affirment,indignum enim eſſe tam beatam ſubſtantiam vilibus & minutis ſe
ſubmittere,& velut materialibus & electu indignis contaminari,atque propter hoc
nolle,ignorant duo vicia peſſima ſe deo aſcribere, contemptum & inquinationem.
Aut enim ex contemptu conditor principatum & diſpoſitionem ſingularium de-
ſpicit,quod valde inconueniens eſt dicere. Aut inquinationem declinans,vt & ipſi
aiunt. Si autem ſolaribus radijs natura conceſſa eſt, omne humidum attrahere,
non vero coinquinari ſolem,neque radios ipſos, cum cloacis illuxerint, ſed mane-
re incontaminatos & puros, qualiter deum cenſent his contaminari quæ hic gerun-
tur? non ſunt hominum,dei naturam ſcientium hæc dogmata. Equidem intangi-
bile & incorruptibile & incontaminabile, & abſque omni alteratione potius conſi-
ſtit,quod diuinum eſt: inquinatio enim & huius generis alia, verſionis ſunt opera.
Quo pacto autem non valde inconueniens eſt, artificem cuiuſcunque artis & maxi-
me medicum, vniuerſalia procurantem,nil particularium, neque minimum ſine ar
te & cura derelinquere, cum ſciat ad totum proficere partem, deum vero condito-
rem etiam artificibus aſſerere indoctiorem. Sed nunquid vult quidem, non
poteſt autem. Et quomodo non (qui hoc aſtruit) quaſi imbecillem dicit deum,
& ad benefaciendum impotentem eſſe. Inſuper ſecundum illos duos modos
dixerit aliquis vtique deum non poſſe indiuiduis prouidere: aut quod ipſe pro-
uidere minime natus ſit,aut quod particularia inſuſceptibilia prouidentiæ exiſtant.

Sed

Sed ipsum natum esse prouidere, etiam illi confitentur, per ea ꝙ aiunt eum vniuersa-
A libus prouidere, cum aliter inferiora adhęrere superioribus nequeant. Potior vero
virtus etiam vsqꝫ ad vltima & insensibilia conseruãdo descendit, vnumquodqꝫ enim
à diuina dependet voluntate, & hinc permanentiam & conseruationem haurit. Cæ-
terum indiuiduorum & multiplicatorum subsistentiam prouidentiæ quoqꝫ esse su-
sceptibilem, ex animalibus quæ principatu & ducatu dispensantur manifestarium
euadit. Quorum multæ quidem sunt species, etenim apes & formicæ & plurima eo-
rum quæ gregatim pascuntur, sub quibusdam ducibus statuta sunt, quos obedien-
do sequuntur. Maxime autem aliquis hoc intelliget hominum ciuilitatem conside-
rans, legislatorum enim & principum disposuiones atqꝫ procurationes recipere vide-
tur, si vero harum est susceptibilis, quomodo vtique non erit prouidentiæ condito-
ris capax?

Ostendit diuinæ prouidentiæ cognitionem nobis naturaliter insertam esse, aperitqꝫ causas cur in hunc errorem pro-lapsi sint, non credentes videlicet animæ immortalitatem, vel rationẽ & causam prouidentiæ perscrutari nequeuntes Cap. VII.

NON leuis autem coniectura existit, singularia gubernari prouidentia,
ꝙ eius cognitio sit hominibus naturaliter inserta: necessitate enim ali-
qua obruti, cõfestim ad diuinũ numen & orationes confugimus, quasi
natura nos absqꝫ pręceptore diuinum auxilium edocente: nequaquam
B autem ad id nos natura sine doctore instruit, quod naturam non habet
vt fiat. Equidem in subitarijs perturbationibus & timoribus, absqꝫ electiõe, antequã
aliquid perscrutemur, deum inuocamus. Omne vero quod ita (vt oportet) naturali-
ter sequitur, validam habet demonstrationem, nullam contradictionem suscipiens.
Vnde igitur in hanc rationem deducti sunt, qui hoc opinantur? primo certe ꝙ cense-
ant dissolui cum corpore animam, secundo autem, ꝙ nequeant particularis proui-
dentiæ rationem inuenire. At animam nõ esse mortalẽ, neqꝫ vsqꝫ ad hanc vitam quæ
in homine sunt, duntaxat consistere, etiam sapientissimorum apud Græcos transmi-
grationes oñdunt, & loca q̃ iuxta vniuscuiusqꝫ vitã animabus in sortẽ venisse dicunt
& supplicia animaꝝ, quibus torquent in seipsis: hæc eqꝫ (etsi nonnihil à vero exorbi-
tant) animam esse post hanc vitam, & delictorum vindictam sustinere confitentur.
Verum si incomprehensibilis nobis existit prouidentiæ singularium sermo, vt reue-
ra est, secundum illud, quàm inscrutabilia iudicia tua, & inuestigabiles viæ tuæ, non
propterea dicere oportet, non esse prouidentiam: neque enim ꝙ mensurã maris igno
remus & harenæ numerum, dixerit aliquis, neqꝫ mare neque harenam esse, hoc mo-
do nanque neque hominem neque aliud quoduis animal esse dicerent, ꝙ numerum
tum hominum tum aliorum animalium ignorent: indiuidua etenim nobis infinita
sunt: quæ vero infinita, ignota existunt nobis: & vniuersalia sane ratione fiunt sæpe-
numero comprehensibilia, particularia autem minime. Cum autem duplex in vno-
quoque homine sit differentia, tum ea quæ ad alium hominem est, tum vniuscuiusqꝫ
ad seipsum quotidiana alteratio & differentia, & in vita, & à studijs, vtilitatibus, desi-
derijs, & cæteris accidentibus (facile enim vertibile est hoc animal, necessitatibus &
temporibus celeriter commutatum) necesse est conuenientem vnicuique prouiden-
tiam, & differentem & variam multipertitamqꝫ & incomprehensibilitati eorum quę
in tempore accidunt, opportunam adesse. Si deniqꝫ oportet conferentem & familia-
rem in vnaquaque re illam existere, infinita vero est particularium differentia, infini-
ta igitur etiam eius quæ ipsis conuenit prouidentię ratio: si vero infinita, nobis quoqꝫ

ignota existit. Non decet autem per nostram propriam ignorantiam, eorum quæ sunt, prouidentiam destruere, quæ enim tu non bene esse arbitraris, hæc rationabilia sane à conditore agnoscuntur. Tu vero ignorans causas, non ignorans dicis fieri. Quod nempe in alijs quæ ignoramus patimur, hæc etiam in operibus prouidentiæ, ex assimilatione & quidem obtusa colligimus ea quæ sunt ab ipsa, quædam simulachra & vmbras operum eius ex his quæ fiunt per coniecturam suscipientes. C

Differit quibus ex causis diuina prouidentia, tot mala hominibus inferat, etiam iustis, cuius proprium est singulis bene facere & disponere. Cap. VIII.

Dicimus ergo quædam secundum permissionem dei facta esse: permissionis autem sunt multæ species. Concedit sæpenumero iustum in calamitates incidere, vt virtutem quæ in ipso latet alijs ostendat, veluti in Iob. Aliquando permittit inconuenientia quædam geri, vt per actionem quæ indecens videtur, magnum quid & mirabile dirigat, velut per crucem salutem hominum. Alio modo sanctum etiam, mala pati permittit, vt non ex recta conscientia, & attributa ei virtute, in elationem incidat, vt in Paulo. Derelinquitur aliquis ad tempus in correctionem alterius, vt id quod in ipso fuit, considerantes alij, erudiantur, vt in Lazaro & diuite: naturaliter enim videntes quosdam pati contrahimur vt optime dictum est à Menandro. Quod diuum,

qualiter in compatiente concessi omnia pati, sicut prædictum est ad Iob & Paulum, ita oportet pati. Destituitur aliquis etiam in alterius gloriam, non ob propria vel parentum peccata, vt à natiuitate cæcus in gloriam filij hominis. Rursus permittitur quis pati in alterius imitationem, vt gloria eius qui passus est amplificata, alijs impigra passio fiat, per futuræ gloriæ spem, & eorum quæ expectatur bonorum desiderii, veluti in martyribus & in his qui seipsos tradiderũt pro patria vel parentibus, vel filijs, vel fide. Si vero quis irrationabile arbitratur, sanctum in alterius directionem, male pati, cognoscat quod hæc vita agon est, & virtutis stadium, quanto igitur maiores sunt labores, tanto maiores sunt coronæ: ad mensuram enim passionis & meritum, est retributio. Propterea Paulus infinitis traditus est tribulationibus, vt maiorem & perfectam referret victoriæ coronam: quippe omnia bene & decenter fiunt prouidentiæ opera. Quod autem bene & decenter, & solummodo vt conuenit, disponat deus omnia, duabus his cõsiderationibus, quis vtens, quæ ab omnibus conceduntur, rectissime intelliget. Bonus est & solus sapiens, & bonis ac perfectis beneficus decenter exiftit. Quia vero sapiens est, sapienter & optime eorum quæ sunt prouidentiam gerit: nam siquidem non prouidet, non est bonus: si vero non bene, minime sapiens est. Oportet igitur has considerationes attendentem, nihil operibus prouidentiæ detrahere, neque ante scrutationem ea blasphemare, sed omnia bene accipere, omia admirari omnia bene & decenter fieri, & si quàm pluribus iniusta videantur, non tamen blasphemiam, & ob magnam ignorantiam nostram, conuitium supereffundamus. D

Qui patiuntur innocenter, aut æquo animo nocentes, hic purgari ostendit. Qui autem passiones iniustas inferunt, etiam iubente deo, maliuolentiæ suæ pœnam sortientur.
Cap. IX.

Cum

A CVM autem omnia bene fieri dicimus, clare liquet, nos non de hominum nequitia, neque de operibus quæ in nobis sunt, & apud nos fiūt, sermonem facere, sed de eorum prouidentia quæ non sunt in nobis. Quomodo igitur viri sancti amaras perpessi sunt mortes, & peremptiones sine causa? si enim iniuste, quare non prohibuit iusta prouidentia occisionem? si vero iuste, inculpabiles omnino sunt qui occiderunt. Ad hæc dicemus, qm̄ is qui occidit iniuste occidit, & qui occiditur aut iuste occiditur aut vtiliter: iuste quidē, cū ꝑpter actiōes iniustas & incōueniētes, nobis autē occultas. Vtiliter vero præcognoscente prouidentia futuras ab eo malas operationes, & quoniam conducibile est ei, vsque ad hoc sisti vitam eius, vt Socrati, & sanctis. Qui autem occidit, iniuste occidit, non enim propter hoc, neq; commodans, sed lucri gratia & latrociniꝫ insidiatus est. Equidem in nobis existit actio, passio vero non est in nobis, puta occidi. Cæterum mors nulla est mala, nisi quæ est propter peccatum, vt ex morte sanctorum virorum manifesto dilucet. Peccator autem & si in lectulo aut subito sine dolore decesserit, male morietur, malum epitaphium sibi inducens, peccatum. Qui nimirum occidit, male occidit, nam in his qui iuste perimūtur, in spiculatorum ordinem seipsos statuerunt. In his vero qui vtiliter in ordinem homicidarum & impiorum. Eadem hæc sunt, & in hostibus interficientibus, & captiuis omnem immanitatem inferentibus. Eadem & in grassatoribus & rapientibus pecunias. Etenim his quibus auferuntur, confert non possidere, sed auari q rapuerunt iniusti sunt. Ob auaritiam enim non propter illorum vtilitatem, abstulerunt.

B

¶ Octaui & vltimi Libri Gregoriꝫ Nysseni de Prouidentia
FINIS.

IACOBVS FABER BEAto Rhenano ſuo. S. D.

NON exiſtimes mi Beate te minus mecũ eſſe, ſi tu meas, & ego viciſſim tuas non frequenter percipio literas, nunquam tui mihi interuenit obliuio, ſed ita res humanæ habent, vt vbi vni intenderis, alteri ſit impedimento. Ego neſcio quid publicum cogitaui, etſi quod volo (non mihi ſed aliĳs) efficere non poſſim. Proinde te ſemper & amo & amaui, quod ſimili deſiderio teneris, & mihi alias adiumento fuiſti non modico. Amo & Michaëlem noſtrum, qui ad te & libens quidem proficiſcitur, quia te amat: cuius opera etiam tui imitatione nunquam mihi negata fuit, & quod exiguæ vires noſtræ non potuere, ipſe suppleuit. Superiori anno Aquiſgranum profectus ſum, eo potiſſimum deſiderio vt te viderem: nam narrarat mihi quiſpiam, te illuc ad feſtum diem diuæ Margaretæ affuturum. Et ſi te non vidi, non fuit mihi tamen peregrinatio illa iniucunda. Nam incidi in monaſterium virginum beatæ Hildegardis, de qua alias ad te ſcripſeram. Comperi profecto libros deuoti pectoris, copia mihi facta eſt ad vtilitatem poſterorum. Verum aliquid exemplari defuit: vnde factum eſt vt nihil adhuc ex officina emitti potuerit, expecto indies ex vicinia illa Quilianum noſtrum, qui reſarciet quæ deſunt. Habeo opus etiam Elizabeth virginis, & virginis Mechtildis, verum quænam ea virgo fuerit, cuius cœnobĳ, cuius religionis, nunquã quacunque inquiſitione inueniri potui. Quapropter interroga (te oro) in monaſterĳs etiam ſororum ſancti Benedicti, & ſancti Bernardi, quæ apud vos ſunt, ſi forte norint, quæ nam ea Mechtildis fuerit, & vbi diuerſata, & fac me certiorem. Bene Vale, & vt te amo, me redama: cæterorum Michael fidus erit nuncius. Ex cœnobio ſancti Germani iuxta Pariſios xxiiĳ. Iunĳ Anno M. D. XI.

A eruditissimi viri, præclarus in philosophia liber quem e Græco nuper fonte magna
ex parte emaculatum intuebere longo postliminio à situ & squalore, inuentione Io.
Stabij Mathematici rursus emergeret, nomen illius & laudis titulus, authoritas de-
nique cepit emergi. Cuius vero incuria vel libidine potius id gestum sit, nõ constat.
Id scio quod pro Gregorio Nyseno vel Nysseno, Gregorius Emissenus substitutus
est. Nec defuit quin mox hæc vitiata nomenclatura, nobilissimum quendam & ge-
nere & doctrinã scriptorem in libro quem de prouidentia inscripsit hallucinari face
ret τῇ ἀσυζητησίᾳ μᾶλλον ἢ ἀγνοίᾳ, facile enim grex totus in agris Vnius scabie cadit. Ve-
rendumq; est nisi huic posticæ occurratur sannæ (vt quidam ait) ferat hæc contagio
labem, vt authoritas librorum diui Gregorij Nyseni cum ipso authore rursus inte-
reat. Nam quod quisque nouit, id colit, ignoti autem nulla cupido. Equidem opus
quodcunque etsi elegans & doctum cæco nomine, vel etiam nomine diuerso præno
tatum, facile tãquam apocryphum à delicatis lectoribus repudiat. Vnde hęc omnia
fiunt nisi ἀπὸ τῶν ἱεροσύλων ὀνοματοφθόρων: qui seuerum sibi iudiciũ imminere hæc
patrando non verentes, claros authores nomine obfuscatos sub modio detrudunt,
quos omnium dominus super candelabrum, vt omnibus lucerent, voluit exaltari.
Nonne immitis hæc oppressio est & grande piaculum? Ecce vt ad hos ὀνοματοποιοὺς
dicatur. Nonne tibi mortali & caduco tanta cura est de bono nomine vt indignum
facinus exclames si quispiam in nomen tuum quod fortasse barbarum est inuersio-
ne, adiectione vel detractione ludat? tu ergo leui animo illius nomen corrumpes, cu
ius laus est secundum nomen suum? An fortassis ij curam de suo bono nomine non
habent qui in portu non dico iam nauigant, sed feliciter quiescunt, qui victoria iam
in stadio potiti, à supremo Agonitheta certaminis coronam iusta censura percepe-
runt: qui titulos triumphales vel doctrina vel scripto vel rebus probe gestis, & sibi
æternã gloriam, & memoriam, & cæteris memorabiliter imitandi exemplum statu-
B erunt, pepererunt, atq; reliquerunt. Quid igitur? horum ne nomina & titulos colossis
& statuis præstantiores deijciendos & inuertendos, supremus arbiter censebis? Nec
quisquam (credo) sanæ mentis eo adduci poterit, vt illę felices animæ æquo animo
ferant, nomina sua, sana quidem & integra, in libro vitæ scripta ab illis τοῖς ὀνοματο-
πλάσοις ad librum mortis & obliuionis relatum iri, vt deinceps apud quos olim glo
riosi habebantur, sint veluti mortui à corde, & quorum non est memor amplius, &
quorum memoria perijt, quasi nunquam fuerint? Putabimus demum vt sibi nomen
suum inuerti velint, & alijs relinquere, sub cuius titulo multi militare, erudiri, profi-
cere elegerunt, & securi clientali sub tantis patronis exultare tam sapientia quàm
dei cultu præoptarunt, vnde illi quotidie accessoriam sibi mercantur & adipiscuntur
beatitudinem? Scriptum est enim: Si permanserit nomen eius derelinquet post se
plusquam mille quos domino lucrabitur, etsi requieuerit proderit illi. Nam sicut di
uo Ambrosio referente didicimus pœnã Arrij apud inferos non esse certam aut defi
nitam; quia non est certus numerus eorum, qui eius perfidia corrumpendi sunt, vt-
que pœna flagitiosi Mahumet de die in diem augetur apud inferos, secundum nu-
merum eorum qui ad suam sectam declinant, sic b. Thom. Aquinate docente, cre-
dimus beatos in accessoria beatitudine proficere ex his quibus Christiani eorum do
ctrina vel exemplo vel patrocinio, ad salutem prouehuntur & accedunt. Nonne igi
tur adhuc seruare contendunt quod olim ab omnium domino suasum est eis. Te-
ne inquit coronam tuam ne alius eam accipiat: dicunt itaque. Gloriam meam
alteri non dabo. Ab hac autem gloria & honore cultu & inuocatione eos illi
nominum corruptores defraudant & spoliant, dum nomina eorum interi-
munt, sublato enim nomine tollitur memoria, fama, authoritas, cultus, & re-
uerentia eorum. Quid tandem de his dicemus? Nonne deus requiret ista
qui zelotes est acer pro suis. Et qui suis pollicitus est nec capillum capitis diminu-

tum

tum iri, impune illos transibit, qui impedimento sunt, ne memoria iusti sit cum lau-
dibus & ne nomen eorum requiratur à generatione in generationem? Neq; interea C
sibi insolens calumniator blandiatur, quia non iniquo animo talia egerit, sed memi-
nerit, nullum esse ioci vel leuitatis locum vbi de fama aut salute agitur, imo verum
esse quod dicitur, famam, fidem, & oculum, iocos non admittere: magis vero time si
ex fraude id perpetrasti. Cum igit tãta sit pernicies & cõtagium, noia authoꝝ & titu
los obscurare, nemo sui erroris præsidiũ quærat ab hac Senecæ (vt volunt) authorita
te. Non quis sed quid dicatur attende. O certe præstantissimam illoꝝ authoritatẽ seu
licentiosam perniciem potius, per quam omnis author & authoritas in censuram ve
nit, nihilipenditur, cassatur, & tollitur. O bracteatam sentẽtiam cuius ope omnes cæ
teros authores authoritatesq; & horum titulos atq; nomina pro libitu tuo inuertẽdi,
immutandiq; & ad placitum ponendi licentiam tibi vendicans. Sed cũ vereor ne ex-
cellentiæ tuæ tanta prolixitate fastidium pariam, hoc duntaxat obijciamus illis τοῖς
ὀνοματοπλάσοις hoc dicterium. Non quis sed quid dicatur attende, non esse authori-
tatem Senecæ, nam à quibusdam hic libellus alteri ascribitur, aut si est, est (vt cum ve
nia tua dicam) sine authoritate authoritas imo est corruptela, & sibiipsi repugnans.
Etenim si non quis sed quid dicatur attendere oporteat, neq; huic tanquam authori
tati attendendum erit. Deinde labes est morum probatorum, interitus legum, omnis
doctrinæ mutatio, artium bonarum iniuria, omnis hęresis radix & totius rebellionis
fomentum. Nam si nõ est attendendum quis dicat, nihil intererit ergo, Thersites ne
loquatur an Vlixes, Nestor an Diomedes. Epicurus voluptuosus an Plato diuinus
Cicero an Clodius, Cato an Anticato, Martialis an Fidentinus, Io. Picus Mirandu-
lanus an tartarus aliquis vel tartaretus, Aldus Romanus præclarorum authorum &
librorum reparator, an Celticus poeta bibliothecarũ per Germaniam expilator. Et
vt mille alia vno verbo complectar. Stultus an sapiens. Mendax an veridicus. Quæ D
cum longe inter se distent, hac vana authoritate relicta dicamus cum Horatio.

Intererit multum Dauus ne loquatur an herus.
Maturus ne senex an adhuc florente iuuenta
Feruidus, an matrona potens, an sedula nutrix
Mercator ne vagus, cultor ne virentis agelli
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.

Cæterum sinamus valere istos quos dixi onomatoplastos cum sua authoritate, qui
multa sibi præstare contendũt, cæteris parum, fastidientes alios, sibi nimium placen-
tes, qui authores esse cupiunt sine authoribus. Iudices tandem omnium quę in mediũ
proferuntur, pereat hæc perniciosa eorum authoritas, quàm omnes cæteri authores
periclitantur. Viuant autem, luceant, floreant, legantur, amẽtur ista præclarorum au
torum classicorumq; scriptorum nomina & tituli cum suis libris, quos etiam autor
veritatis imo ipsa veritas, dum hic & in mortali vita nobiscum degeret itemq; post
resurrectionis suæ à mortuis triumphum, in rerum dicendarum testimonium, testes
adhibere & citare non dubitauit, Moysen videlicet, prophetas, & Dauid regium pro-
phetam. A lege siquidem naturali quin potius ab autore naturæ, animæ nostræ indi-
tum est vt signaculum immortalitatis sibi impressum odorans, quæ immortalitatis
& æternitatis sunt inuestiget. Quis enim vel mediocriter virtute aliqua & præcipue
prudentia præditus nolit immortalitatis vitam in memorijs saltem hominum conti
nue perseuerare? An erit (ait quidam) qui velle recuset os populi meruisse & cedro di
gna locutus linquere carmina. Sit quispiam hoc contagioso & pestifero Epicuri er-
rore infectus vt nihil animæ suæ sicut nec corpori immortalitatis cõcedat, neget aut
saltem dubitet, nonne nomine suo & rebus gestis perpetuitati tribuere nititur, quod
duratione vitæ nequit? Cuius rei indicio sunt Epicureorum Epigrammata tam Gręca quàm Latina passim reperta, qbus sua æternitatis condiderunt testamenta. Quod

fi

si ex is homo qspiā miser & vt ait Aristophanes ὁ κακοδαίμων ἠλιθίνης æternitatis sibi
A signa, trophea scripta, sibi statuit, quāto magis eos putemus suæ immortalitatis monumenta non neglexisse, qui animæ suæ perpetuitatem vel æstimātes vt philosophi, vel certitudine fidei edocti vt veri Hebræi & Christiani, idcirco pclara gerentes vel aduersa vel indigna perferentes vt hoc iisdē contingeret à dño promissum, In memoria æterna erit iustus. Et aliud: Memoria iusti in benedictiōe. vnde singulari gaudio afficiūtur. Sed ad hos ὀνομαστοφθόρους satis. Deinceps de sancto Gregorio Nyseno dicamus de veritate. s. nois eius & mox de celebri fama quam apud priscos tenuit. Nomen illius sancti & venerandi episcopi in compluribus locis repperi Gregorius Nysæ vel Nyssæ, Gregorius Nysenus vel Nyssenus: sic ὁ γρηγόριος τῆς νύσης ἐπίσκοπος ἀδελφὸς βασιλείου τοῦ καισαρείας. Item: τοῦ ἁγίου γρηγορίου τῆς νύσης ἐπισκόπου. In quibusdam τῆς νύσσης duplici σ. Hoc modo repperi in epistolis Magni Gregori Nazianzeni Theologi quas ad eum scripsit: In epistolari magni Basilij fratris sui in plerisq; locis. In libro illustrium virorum b. Hieronymi græce scripto, quem inter cæteros libros Io. Ragusini Cardinalis q supsunt bibliothecę fratrū nostrorum, inueni. Quæ testimonia sufficere credo eū Gregoriū Nysenū, nō Gregoriū Emissenū noiatū iri. Porro de laude eius & celebri fama sanctitatis & eruditiōis eius satis supq; sit vel vnius testimoniū pro mille, Gregorij videlicet Nazianzeni, q si hūc vnus laudauerit q̄uis cæteri taceant, vniuersam eum laudasse Gręciam absq; omni dubio affirmare poteris. Tanto enim maius est huius viri sancti grauissimū & fidelissimum testimoniū, quanto vir ille apud vniuersam Græciam à suo tempore vsq; in hodiernam diem in maxima authoritate & reuerentia habetur non tam doctrina irrefragabili q̄ vitę sanctitate, quid multis moror, cū seuerus noster barbatus Hieronymus tanto se pręceptore fretū plurimum glorietur. Quale igitur testimonium eruditionis, sanctitatis & authoritatis denique Gregorio nostro Nyseno tribuat ipse Gregorius magnus Nazianzenus se-
B quenti oratione demonstrat. Eleganti quidem & grandiloquo dicēdi genere, sed me tralatore nescio quid humilius sonans. Quis enim illius phrasim nisi vel alter Hieronymus expresserit. Eam itaq; noie tuæ amplissimæ dignitatis e fonte traductā, ne dicam elaboratā, benigno vultu in tuo phrontisterio quantū per ocium licet cōspiciendum mitto, vt compensetur saltem longiori (vt ita dicam) volumine quod nuper per breui epistola in restitutione quorundā locorum græcorum in institutis Iustiniani & forsassis omnium, festinanter confeci. Modica cuncta quę offero pro summa tua in me beneuolentia, excellentiæ tuæ esse reor. Non indigna tamen quæ ob tanti Antistitis præconium ad te referantur, qui non modo generis nobilitate & multifaria omnigenaq; eruditione illustris, verum etiā probitate vitæ & animi prudentia atq; consilio sic munus venerandi episcopi tui pro aiarū salute in spiritualibus strenue administras, vt alium non immerito Gregorium representes. Hanc igitur orationē sigratā perlegeris, tui Io. Norimōtani memor esto. Cupio tuam excellētiam suauiter valere. Ex Basilea. Ferijs Dionysiacis. M. D. XII.

Argumentum orationis sequentis.

BEatus Gregorius Nazianzenus inuitus tractatusq;, à sancto Basilio Magno in episcopum ordinatus sperauit rursus liberari & non confirmari in episcopatu suo. At cernens altero die suæ consecrationis sanctum Gregorium Nysenum episcopum supuenire vt eū confirmaret, cum videret non esse diuinę inspirationi reluctandum & ordinationi sanctorum patrum, se tandem curæ episcopali submisit. Quia tamen festo die quorundam martyrum vrgēte, orationem facere incumbebat coram sacerdotibus & plebe, magnam orationis partem ab inicio in laude & commendatione Gregorij Nyseni absumit, pręDicans eum virum fidelem, amicum, fidum, eruditum, sapientem, eloquētem, filium lucis, hominem dei, fratrem amicissimi sui amici

Basilij, eumq; esse dignum qui summis olim sacerdotibus conferatur, quibus eum e C
Basilium magnum, fratres comparat Moysi. s. & Aaron. Conquirẽdo deinde man
sueto animo sibi vim ab illo irrogari in cõfirmatione episcopatus sui magno tandẽ
aio pastorali se oneri subijcit. Demum vsq; in finem vt festiuuati morem gerat, docet
quonam modo celebranda sint martyrum festa, & quid sperandum ex eorũ celebri-
tate, quid agendum, quid imitandum, quid cauendũ. Genus huius orationis est de-
monstratiuum in panegyri habitæ: cuius exordium est à laude personę. Reliqua sunt
admonitionis sanctæ instituta.

GREGORII NAZIAN ZENI THEOLOGI IN GREGORIVM NYSSENVM FRA trem Basilij Magni quum altero die electionis Suæ, ad confirmandum ipsum superueniret, oratio.

AMICO fideli nulla digna æstimatio inuenitur,
nec æqua lance præstãtia illius librari poterit. Ami
cus fidus est protectio firma, est pҕsidiũ regiũ: fidus
amicus thesaurus est viuus. Amicus fidelis est sup
aurum & lapides pҕciosos multos: fidus amicus est
hortus conclusus & offirmatus, & fons signatus: fi-
dus amicus portus est regetiõis & refrigerij. Quod
si fidus ille amicus sapientia pҕstat, aut prudẽtia pol
let, o quantũ bonũ. Si vero eruditionis quoque arcẽ D
tenuerit, varia doctrina clarus, doctrina inq̃ nostra
tanto vtiq; erit præstantior. Quod si filius lucis fue
rit, et homo dei atq; propinquus deo, aut vir sancto
rum desyderiorum, vel aliqua rerum honestarũ fama claruerit, dignus profecto cen
sebitur quem oratio nostra celebret, quẽ hominibus diuino numine afflatis, & quos
diuina scriptura cõmendat, excelsis videlicet & diuinæ participationis cõsortibus cõ
paeemus. Id autẽ donũ dei supra nostra merita manifestius effulgere nunc in amico
nr̃o episcopo fratres corã aspicimus. Qui etsi ab amico charissimo Basilio ad nos mis
sus venerit, ipsiusq; virtutes pari honore & amicitiam quondam inter nos Athenis
partam delectabilissimam & honestissimã repræsentet, tamen nunc vel maxime bãt
bã magni sacerdotij sacro vnguẽto à capite CHRISTO destillante quod & in orãm
vsq; vestimẽti redolens descendit delibutus demonstrat. Nonne hæc satis nobis erũt
fratres, quibus tanti viri dignitatẽ oratio nostra descripsit? An forte dignũ existima-
tis vt etiam more ingeniosi pictoris tam pҕciosæ animæ colores adhibeamus, vt tanti
viri perfectius oratio nostra designet effigiem? Quanq̃ aũt apte & consumate vobis
nostri amici quem coram videtis integritatem descripserimus, amplius tamẽ id sub
comparatione aliqua explicemus. Age igitur quis inter om̃es legislatores illustrior.
Nonne Moyses? Quis sacerdotum sanctior, nonne Aaron? Ambo germani fratres
non tam sanguine q̃ dei veri cultura. Erat Moyses à deo constitutus deus Pharaonis
& Israeliticĩ gẽtis dux & legislator, qui solus in nubes ingressus deo colloq̃batur, my-
steriorũ nouorum vnicus inspector, & sacerdotum creandorũ sacer princeps, & veri
tabernaculi celebrandorum sacrorum designator: in quo se habitare deus promise-
rat, quod ipse perfecit deniq; deus, non homo. Sacerdotes tamen ambo erant, ait enĩ
regius propheta, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Ecce princeps principum, sa
cerdos sacerdotum nihilominus vtitur lingua ipsius Aaron, & si ea quę ad deum refe
renda erant Moyses ipse præstaret. Aaron vero post illum proximus multa præ alijs
dignita

A dignitate in his quæ dei cultum exigebant & ceremonias sequebatur. Ambo plagis concusserunt Aegyptum, ambo mare intersecātes, ambo Israeliticam gētem per medium aquarum perduxerunt, inimicos suos demerserunt, panem cœlitus pluere fecerunt, aquam optimam in terra deserta partim de petra largiti sunt, partim amarissimam alibi repertam ad dulcorem reduxerunt. Ambo in extensione manuum, sancto & figurato crucis mysterio, Amalec regem debellauerunt. Ambo versus terram promissionis festinantes traductione populi profecti sunt. Num inter designandum certius aliquid aut clarius erit horum imagine & repræsentatione? Neq; enim melius vobis alterum mei nominis episcopum GREGORIVM dico, alterum quasi aliam animam meam BASILIVM oratio hæc mea effigurare potest. Quorum alter me ad summum sacerdotium latitantem, in medium traxit & consecrauit, nescio quo iure aut quo merito meo, vel quo commotus illius qui in eo erat spiritu. Equidē etsi asperior videatur sermo, dicetur tamē. Omnia fert amicitia, omnia affert, omnia moderatur, omnia in melius ordinat. Iste vero quem coram cernitis venit vt singula confirmaturus humanitatis iura connectat, & pietatis officium conciliet. Magnum vtiq; & graue mihi illud videtur. Et quomodo non magnum qui omnes vos præcedere debeo, omnium vestrum præsulem esse, trahor. Conqueror tamen sero necessitatem. Quæ enim mihi subleuatio & subsidium erit cum oneri deuinctus & pene succumbens effugia non inueniam. O charissime & optime auxiliator & dulce præsidiū meum? tu inter tempestates vis sim gubernator, & post cicatricem pharmacum adhibeam? Nonne vt alter frater & fratris amator detestaris tyrannidem, ipse tamen vt seuerus dominus moleste meam fers reluctationem? Vtrum vt fratris amantem puduit te tyrannidis, an male tulisti meam contumaciam? Qua ex parte fratrem tuum criminaberis, nonne dimittes tandem accusationem? Dicam pace tua quædam ad te Iob sancti verba ipse vt iste dolens & erga amicum & si non ad eundem & pari ægri

B tudine affectum. Cui incumbis cui immines aut cui adiumento esse debebis? nonne cui non magna est fortitudo? Nonne cui non magna est sapiētia & scientia. Verum tamen id tibi, quod multis iam cerno accidere iudicibus, q facilius excellentibus concedere maiora, quàm minoribus & pene deiectis minora consueuerunt. Hoc igitur & ipse saltem adnimaduertere posses, ne talis in me sæuires, tametsi fas non sit mihi nec voluntas, quippiam minus rectum & honestum in te iaculari, quem omnis boni & recti censuram ac regulam existimo, qui neq; præceps in ferenda sententia à scriptura edoctus prolaberis. Ego tamen cuiq; & maxime tibi amico rationem porrigere & reddere paratus assum siue meæ reluctationis vt quidā nominauerunt, siue prouidentiæ vt mihi ipse psuasum teneo, siue securitatis, vt intelligas te non inepto amico vti & inconsyderato, sed qui animaduertere valeat quod conducibilius est & confidere vbi confidendum est, & timere vbi est timor, & quæ aliis forti animo præditis timenda non videntur, sibi esse terribiliora. Quod igitur melius vobis videtur nunc sustineamus directiones dico curæ pastoralis. Id iubetis id non improbatis neq; abesse ducitis tempus & opportunitatem. Porro cum tempus illud sit concionis & non iudicii, id circo illud discernendum in aliud tempus & conuentum differamus: longiori enim opus esset sermone, quàm id tempus ferre possit. Nos tamen aliquid proferamus digna tanto conuentu, ne ieiuno sermone vos maceremus ieiunos: ipsi enim conlendi estis coepulones. Sanctificemus igitur nos ipsos fratres ipsis sanctis martyribus magis vero ei pro quo illi per sanguinem & veritatem sanctificati sunt. Liberemus nos ab omni carnis & spiritus inquinamento. Lauamini, mundi estote: exhibeamus & ipsi corpora nostra & animas hostiam viuam, sanctam, deo placitam, rationabile vestrum sit colloquium & obsecratio. Nihil enim est adeo gratum puro & preciosum, quàm puritas & purificatio. Certemus ergo propter illos sanctos athletas: vincamus propter victores, testificemur veritati propter testes CHRISTI. Id em̄ sanc

ctis martyribus pergratum erit, si & ipsi coronati efficiamur, & eiusdē gloriæ cohæ- C
redes, cuius hæc visibilia, admonitiones quædā sunt atq; vestigia: si enim æterna glo
ria suis meritis perfruitur in cœlis, non modicum tamen gloriæ & gaudij eis accre-
scit ex sui imitatione. Quorum memorias insignia & cicatrices si intueamur facilius
contra principes & potestates, aduersus inuisibiles persecutores & tyrannos, aduer-
sus principes seculi huius, aduersus spirituales nequitias quę sunt in supercœlestibus
& circa cœlestia, aduersus deniq; interiora nostra, & quæ in nobis sunt perturbatio-
num bella, aduersus quenq; diem, & ea quæ exterius incidunt reluctari poterimus.
Reprimamus igitur iram vt feram sæuissimam: cohibeamus linguam vt acutum gla
dium: voluptates vt ignem extinguamus: moderemur tactum nostrum rabiosum, &
gustum rerum omnium dissipatorem. Mors non ascendat per fenestras nostras: sic
enim existimo appellanda sensoria nostra: & risus immodestiam derideamus. Non
genua ipsi Baal propter indigentiam aut necessitatem flectamus, neq; propter timo-
rem statuam auream adoremus: vnum id timeamus solum, ne quicquam plus time
amus q̄ deum. Ne insuper iniuriam faciamus imagini diuinæ nobis inditæ, propter
malitiam. In omnibus scutū fidei assumamus, qua oīa tela nequissimi effugere pote
rimus. Istud sane est acre bellū, hæc est acies terribilis & grauis, sed grāde & egregiū
inde consurgens tropheum. Fratres mei si hoc animi voto conuentum faceremus, si
tali pacto concurreremus, proculdubio hic cōuentus noster secundū CHRISTVM
esset, profecto & martyres hos debito honore prosequeremur, dubio procul festiuita
tes triumphales ageremus. At vero cum ventris voluptatibus indulgentes delitias tē
porarias quasi in horrea vacua inferamus & modestia expulsa crapulis hūc saccum
nostrū distentamus, atq; negotijs mūdanis pro desyderio inhiamus, eleuationis ani-
mi ad præstantiora & superna obliti, quomodo metam hanc sanctorũ martyrũ mihi D
præfixam vel saltem aspicere audeo. Quomodo ad horum æterni pręmij gaudium
nescio qua alia via proficiscens, vel leuibus suspirijs anhelare præsumo. Incitant me
martyrũ certamina & vincendi spem porrigunt. Verum tempus eos sequendi & tem
pus faciendi non initiatur. Interea legem nō tam vitæ eorũ quàm viæ qua vixerunt,
qua ambularūt semper dissipamus. Quid igit' palleis ad triticū? qd cōmercij carnalis
voluptatis ad martyrũ certamina? Illa sunt theatri, hæc concionis & conuentus mei:
illa incontinentium & mollium, ista sobrie & caste viuentiū: illa eorū qui carnis suæ
desyderia sequuntur, hæc absolutos & auulsos à corpore decent. Dicerem & his ali-
quid audentius, sed parco maledictionibus, vereor diem. At neq; hæc sancti marty
res à nobis exigunt: sic igitur dicā medestius. Ne obsecro fratres impure & impuden
ter sacra perficiamus, ne excelsa abiectius, ne irreuerēter honoratu digna. Ne deniq;
(vt summatim dicam) spiritualia modo terreno tractemus. Conuētum agit iudæus
& festum diem ducit, sed secundum literam: festa agunt pagani sed modo & ritu qui
dęmonibus placet. Nos vero ita perficiamus vt oīa spiritualia sint, opatio, motus, vo
luntas, sermo, gressus etiā, incessus, vestes, & nutus ad oīa ratione præeunte, secundū
deum hoīem cōponāt. Tali enim pacto nostra conuentio numine sancto afflata erit
& valde splendida. Non prohibeo indulgentiam aliquantulā, sed immodestiā incre
po. Quod si hæc animaduerterimus talia festa ducētes, magnā gloriā dico sctis mar-
tyribus conficiemus: cuius profecto & nos sic participes tunc reddimur: quam vtiq;
nec oculus videre potuit: nec auris audire, nec in cor hoīs subire. Existimamus enim
beatitudinem nostrā secūdum potestatem operū nostrorū nobis repositam, quia eos
imitamur qui per sanguinē suū pro CHRISTO effusum, CHRISTI hostia effi
ci meruerunt. Porro intueamur amplissimam sanctorum martyrū claritatem. Neq;
enim paruum æstimādum est ꝙ in gaudium dñi nostri intraturi sumus, lumen æter-
num diuinæ trinitatis visuri. Scio ꝙ illic illustrabimur præclarius, & puriores redde-
mur, si eum coram angelis & hoībus confiteamur, in quem nunc credimus, quē cor-

de

A de puro colimus. Nihil igitur est quod timeamus, nihil est quod nos quassare possit, quod terreat, neq; exterior inimicus, neq; qui inter nos versatur ψευδόχριστος neq; hostilis spiritus. Confiteamur quoq; vsq; ad extremum spiritus egressum magnanimo corde & loquẽdi libertate, sacras sanctorum patrum nostrorum constitutiones, quę vtique propinquæ sunt CHRISTO, & veræ ac syncerae fidei sanctum rudimentum & gloriationem, à puerili teneritate nobis implanatam & nobiscum nutritam, quam primum loqui & fateri cœpimus. In qua tandem de hoc mũdo egredimur: vt hinc nihil aliud nisi ἐνστάσιν nobiscũ asportemus. Deus autem pacis qui suo sanguine per se nos à peccatis nostris in cruce redemit, cum essemus ob illa in potestate inimici, qui euangelizauit etiam pacem vicinis & multum distãtibus, illis videlicet qui erant sub lege, & istis qui sine lege erant, pater dilectionis & dilectio ipsa, hoc enim potissimum nomine præ alijs gaudet nominatus, vt sic sanciat hæc sacrosancta non solum re ipsa sed & nomine dulcis philadelphia. Is enim legem tulit hanc nouam vt nos inuicem diligamus sicut dilexit nos: qui etsi nobis dominos imponit, & illis nos subijcit propter timorem, sub ipsis tamen emergere & confidere rursus dedit dabitq; vt securi seruiamus illi. Qui etiam cum ouile suum magnum & amplissimum perfecisset, paruum factum, magnum faciat per charitatem. Ipse secũdum multitudinem bonitatis suæ multa consolatione vos consoletur, & ad anteriora quæ nobis restant, coram quidem posita, ducat simul gregem suũ fouendo & conseruando. Vos quoq; perficiat in omni opere bono & confirmet vt spiritualiter martyrum conuentũ celebremus: & futuræ eorum iucunditatis nos participes reddat, vbi omnium gaudiorũ est habitaculũ, vbi apparentes in iustitia sacrabimur à manifestatione gloriæ suæ in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in secula, Amen.

B Orationis Gregorij Nazianzeni in Gregorium Nyssenum,

A F. Ioanne Conone nuper traductæ,

FINIS.

IODOCO CALLO RVBEAQVENSI DOCTORI THEOLOGO, SANCTIQVE C

Germani canonico, ac maioris ecclesiæ Nemetensis Concionatori F. Io. C. Norimontanus, S. P. D.

IN Italiam fato nuper doctor egregie Venetaq; ad littora veni, vbi Aldum illũ Romanũ toto orbe famigeratum velut alterum Alanum vidi. Ab eoque perhumane exceptus cum eius hortatu animũ pene cõcussum, incerta sede nutantem quiete illa quã bonæ literæ pariunt, firmare contenderẽ, ex aduerso insurgens fortuna inquit quid tibi vis pauper? Haud facile emergunt quorũ virtutibus obstat Res angusta domi. Verum hoc susurro minime deterritus, cœpi rursus veluti alter Strepsiades in Socraticum phrontisterium me cohercere λόγων ἀκριβῶς σκινδαλάμους μαθησόμενος dixi cum illo ἐπιτρέψω τι, τοῦτο ἔχων στραγγεύομαι θάῤῥει καλῶς ἔσται γὰρ ἢν θεὸς θέλῃ. Itaque his literis (quibus Cato pene octogenarius) initior, quem falso has contempsisse quidã calumniantur, vt vel harum eruditione duce ad sacras facilius literas proficisci, clarius intelligere, iucundius denique excolere possem. Testificabantur enim id fide digni viri (quod & Augustinus de doctrina Christiana asserit,) literas latinas nullas nec etiam sacras absq; ope græcarum nisi imperfecte quempiam intellecturũ nihilq; adeo scitũ, præclarũ, venerandũq; in nostris Latinorũ riuis esse, q̃d non à fonte Græcorũ vel traductione D vel interpretatione emanet. Cauens igit̃ ne inter cæteros Italiotas q̃ magno sumptu ad Italiam veluti ad bonarum artium nundinas conuolant, exors ipse solus tam preciosarum mercium ὥς δ' ἄλογον θρέμμα ocio languens degerem, Venetijs primũ ope Aldi Romani & Fabij Columnij docti et humani presbyteri literis his operam nauaui. Deinde vt maiori prouentu ijsdem & sacras adijcerem, ad Patauinum Gymnasiũ concessi, vt illum vtriusq; linguæ præceptorẽ M. Musurum Cretensem, summa gloria & profectu (cum reliquo philosophorum & Theologorum cœtu) legentem, audirem. Qua adnauigatione nescio quo merito meo diuina prouidẽtia mox illum venerãdum dominum præpositum Cracouiensem, artium magistrum Lipsensem Andream Ponerium ex Landau pene vestratem, mihi non tam discipulum q̃ Mœcenatem cõciliauit assignauitq;. Cuius beneficijs fretus olim magister vt putabatur artis, rursus μεριμνοφροντιστής, τὸν ἥττονα λόγον μανθάνω. Quantum vero illa vberiori messe profecerim, nõ est quod apud cæteros Thrasylus ipse exultem, illud interim sanctis vatis obseruo dicentis ἐν σιγῇ καὶ ἐλπίδι ἰσχὺς ὑμῶν. Cæterum rationem vitæ meæ descripturus humanitati tuæ simul statui studiorum meorum aliquod apud te facere periculum, non tamen omnem vt aiunt lapidem moturus. In harenam igitur descendens lusi ipse tyro nomine tuo hæc vt cernis τὰ προγυμνάσματα non alienis quidem armis instructus, non tectus alienis graculus pennis, nihil de publico auditorio arripiens, ἀλλ' ἐμαυτοῦ ἐργαστηρίου & proprio penu depromptum. Seposui interim auscultationes præceptoris, Aristophanis, Luciani, Homeri, Hesiodi & id genus authorum. Et ex sacro sanctis Græcis Latina non tam tibi lectu iucunda quam mihi scriptu digna profero, Latina inquã mala ex Græcis bonis, vt Comicus noster ait, libellum videlicet Sancti Basilij ad Gregorium Nysenũ fratrem suum de differẽtia Vsiæ & Hypostasis in diuinis. Quod eo potissimum a ctum puta vt spem tuam de me bonam vel incolumem seruarem, vel labascentem erigerem. Consulens autem hoc ludo vires meas, sic extempore viuo, vt cũ sim tyro, nolim gloriosus miles apud te apparere

parere, qualis vt cernis deriuatio, talis deriuator. Dedecere enim aiũt nouicium quẽ
A piam artificis sibi laudes ineptas ostentando captare. Id tutius vtiq͂, intra fortunam
queq͂ manere suã ὅτε ἤμην νήπιος (ait Apostolus) ὡς νήπιος ἐλάλουν ὡς νήπιος ἐφρό
νουν ὡς νήπιος ἐλογιζόμην. Hac igitur conditione hæc τὰ προγυμνάσματα veluti trala
tionis in rebus sacris primitias, idoneo sacerdotio tuo lege decretas offero, tenue quis
dem munus, tum tamen tibi gratum velim, vbi tuo acri fuerit iudicio probatum. Cę
terum vt tibi probetur, quasi in fiscella inter carecta fluminis tibi expono fœturam,
si masculus fuerit seruato, si fœmella in flumen reijcito: te nãq͂ in hac parte supremũ
ἑλλανοδίκην constituo. Cum igitur τηλικοῦτος παραφραστὴς sim ab ecclesiasticorũ pris
scorum dictione, diuina tractaturus nõ discedam, quorum opera & sanctæ vitæ me
rito res diuinæ & ecclesiasticæ quasi hæreditario iure ad nos peruenerunt. Quemad
modum enim cum de fide agitur nõ dialecticis sed piscatoribus creditur, ita cum di
uina tractantur interim posthabendi sunt illi recentes acresq͂ latinæ linguæ censores
quibus nomen virtuosi, humilitatis, spiritualis, deuoti, discretionis, frugalis, & id ge
nus multa stomachum mouent: adeo enim delicati sunt συλλαβοπευσιλαλῆται (vt ait
Athenæus) q͂ etiam latinam structuram ex græca phrasi emungere curent: quasi idi
omata non sint idiomata sed κοινολογίαι. At cũ in vocibus id semper licuerit liceatq͂,
vt vel à Græco fonte detorta, vel græca à nobis recepta in honore sint vocabula, non
ab re Vsiæ & Hypostasis nomina dudũ à sanctis patribus in vsum integra assumpta,
suo nitore salua reliqui, tum q͂ semel in vsum nostrum accepta in sermonem nostrũ
cum de rebus diuinis agitur crebro adueniant, tum quia ad res diuinas explicandas
maxime sint idoneæ: vt enim Boetij verbis vtar cõtra Nestorium & Eutichen, hypo
stasis nomine rationalis naturæ indiuiduam substantiam Græci longe signatius vo
cauerunt. Nos præ inopia significantium nominum translatiuam retinuimus nun
cupationem, personam vocantes quam illi hypostasim dicunt, sed peritior sermonũ
B Græcia hypostasim indiuiduam substãtiam vocat. Vsia vero à beato Ambrosio qui
etiam linguæ græcæ imperitus nõ fuit, pro substantia transfertur, ab alijs autem pro
essentia. Sed nunc tandem epistolæ finis esto: video enim quanto impetu & garrien
di copia ad te decurrat & se diffundat. Humanitatis tuę partes erunt, & tantis ineptijs
veniam & scriptis limam non denegare: ausus enim sum leues apud te effutire sermo
nes, & velut immaturum fœtum edere, quem tamen excepto Materno Hattone alijs
ostentatum iri minime velim. Id tandem in calce annotandum duxi, locum quen
dam abstrusum in sequenti libello tibi forsan occurrere, vbi dicitur q͂ filius omnia
operatur in spiritusancto. Id enim phrasis græca exigit ὁ πάντα ἐν αὐτῷ ἐνεργῶν. filius
enim apud Græcos generis est masculini, sicut spiritus generis neutri. Idcirco articu
lũ cũ participio masculino ad filiũ referri necesse erit. Verum tibi eruditissimo rerũ
diuinarum professori hunc dissoluere nodum graue non est, sicut nec ipsæ orationes
græcæ hic suo sub decore passim interpositæ, tibi grece erudito difficiles sunt inter
pretatu. Substantiæ autem nomen absolute positum pro Vsia, id sibi in græco respon
dente, vt priscis illis morem geram noueris accipiendum. Opto tuam reuerentiam be
ne valere cui me etiam commendo, & habita opportunitate literas te velim ad Vene
tias rescribere ad Fonticum Theutonicorum, quæ facile deinde ad Patauium defe
rentur. Ex Patauio, ferijs Cerealibus. An. M. D. VII.

ARGVMENTVM LIBRI DE DIFferentia Vsiæ & hypostasis.

A Quandocunq; igitur duobus vel pluribus idem existentibus exempli gratia Paulo Siluano, & Timotheo, de hominum substantia ratio inquiritur, non aliam quispiam de Paulo substantiæ rationem, de Siluano aliam, aliã deniq; de Timotheo reddiderit, sed per quas rationes substantia Pauli ostensa est, illis alij se adaptant, & sunt tamen eiusdem inter se substantiæ, qui eadem ratione describütur. Quoniam autem quispiam, cum cõmunitatem animaduerterit ad particularia seu propria suam consyderationem conuertere potest, quibus alterum ab altero secernitur, iam non cuius ratio notificatur, rationi alteri in omnibus conueniet, etsi in quibusdam communitas quædam comperitur. Illud igitur asserimus proprie dictum & expressum, hypostasis significari nomine. Exprimens enim hominem, dispersam quandam intentionem cõfusa significatione auditui nostro effecit: vt natura quidẽ rei ex ipso nomine significetur, res vero subsistens & proprie signata notataq; minime. Qui vero Paulus dicit in significato sub rei nomine subsistentem naturam ostẽdit. Hoc itaq; est hypostasis non indeterminata substantiæ conceptio nullum ex significati communitate statum inueniens, sed illud quod commune & incircunscriptum in aliqua re per manifestas proprietates nobis repręsentat & distribuit. Tale autem dicendi genus cum in alijs multis consuetudo obseruet, tum in historia Iob comperimus: ex qua nunc exemplum afferamus. Cum enim essent quædam de ipso narranda, prius communioris meminit dicens homo: deinde proprietate statim discernit, appositione illius quod subdit, quidam. Verum substantiæ descriptionem quasi nihil vtilitatis ad præsentem sermonis intentionem afferat, obticuit. Quendam autem per proprias notiones insigniuit, locum exprimens & morum indicia & quæcunq; illi extrinsecus vndiq; contigerãt, vt separaret ipsum atq; remoueret à cõmunitate significationis, vt sic
B per singula, manifesta eius virtuosæ vitæ quæ in historia continetur fieret descriptio, ex nomine videlicet, loco, dispositionibus, habitu, ex his deniq; quæ extrinsecus circa ipsum conspiciuntur. Quod si substãtiæ dedisset rationem, nulla facta fuisset mentio dictorum in definitione naturæ, in qua non nisi substantialia non accidentia cadunt. Eadem enim illa esset ratio quæ de Baldach Sauchito & Sophar Minæo & de vnoquoq; hominũ quorum ibi fit mentio, reddere posset. Quam igitur ex his quę iuxta nos sunt intellexisti differentiæ rationem, si ad Vsiæ & hypostasis sermonem traduxeris, in diuinis scripturis nõ aberrabis. Quemadmodum enim ipsum esse, patris quod aliquando tibi mens suggerit, ad aliquam certam intellectionem animum firmare non permittit, simili certe pacto cum de filio cogitabis eueniet, idem quoq; cũ de spiritusancto. Et ratio deinde increati & incomprehensibilis, vnum est in patre & filio & spiritusancto: nõ enim ille magis incõprehensibilis est, iste vero minus. Quoniam autem propria signacula inconfusam in trinitate discretionem habere oportet (illud quod communiter intellectum est, verbi gratia increatum vel super omnem esse comprehensionem vel tale huiusmodi) ad peculiaritatis discretionem non assumemus. Inuestigabimus autem eam tantummodo per quæ vniuscuiusque intentio clare et impermixte ab cointellecta distinguatur. Bene igitur habere mihi videtur sic sermonem siue rationem inquirere, vt omne quod ex diuina virtute bonum ad nos peruenerit, gratiæ actum asseramus quę operatur omnia in omnibus vt dicit Apostolus: quoniam hæc omnia operatur vnus & idem spiritus diuidens cuiq; vt vult. Isto comperto quod ex solo spiritusancto bonorum largitio initium accipiens sic dignis adueniat, rursus à scriptura inducimur ad credendum largitionis & donorum quæ spiritus in nobis operatur, largitorem & autorem vnigenitũ deum esse. Omnia enim per ipsum facta & in ipso consistere à sacra scriptura edocti sumus. Quum igitur ad illam eleuati fuerimus intelligentiam, iterum ab diuini inspiratoris manuductione acti docemur, quoniam per illum omnis virtus ex non ente ad ens deducta est. Non tamen ex illo absque principio, sed est quædam vis ingenita & sine principio

subsistens

susistens, quæ est causa causæ omnium entium. Ex patre enim est filius per quẽ oia C
cui etiam semper spiritussanctus inseparabiliter conintelligitur. Nulli enim concedi-
tur cogitatio aut nominatio filij, nisi prius illustrato à spiritusancto. Quoniam igitur
spiritus à quo omnis super creaturam bonorum largitas emanat, proculdubio à filio
dependet cui inseparabiliter coassumitur à patris causa & authore, expensum & de-
pendens habet esse, à quo procedit, hanc notionem in sua hypostasi proprietatis ha-
bet signaculum, vt post filium & cum filio ipso notificetur & vt subsistat ex patre: fi-
lius autem spiritum ex patre procedentem per seipsum & cum ipso notificans, solus
vnice ex ingenito lumine elucens nullam secundum particulares notiones commu-
nionem ad patrem vel ad spiritum sanctum habet, sed iam dictis signaculis solus no-
tificatur. Ille autem super omnia, deus præcipuam primãq; habet notionem suæ hy-
postasis vt pater videlicet sit: & à nulla causa subsistentiam solus habeat, & per hoc
iterum signaculum ipse peculiariter discreteq; notificatur. Huius gratia, in substãtiæ
cõmunitate dissultantes asserimus esse & in communicabiles in trinitate notiones,
per quas personarum proprietas secundum fidei traditionem assignatur, vnaqua-
que proprijs notionibus distincte accepta. Ita vt prædictorum signaculorum gratia,
separatio personarum inueniatur. Secundum vero id quod est infinitum aut incom-
prehensibile aut increatum esse, aut nullo loco circunscribi & omnibus talibus, nul-
lam esse in viuifica natura diuersitatem de patre dicimus, filio, & spiritusancto: ve-
rum quædam iugis & indiuulsa communitas in ipsis consyderatur. Etenim per
quas intellectiones magnificentiam vnius in illa sancta trinitate creditas quis con-
ceperit, per easdem immutabiliter in patre & filio & spiritusancto gloriam maie-
statẽq; aspiciendo pergat, vt nullo interuallo inter patrem & filium & spiritumsan-
ctum cogitatio quasi vacuo spacio digrediatur. Nempe nihil est medio horum inser- D
tum, neq; res alia quæpiam (præter diuinam naturam) quæ diuidere ipsam erga se-
ipsam per aliquod alienum incidens possit, neq; distantia alicuius rei inanis subsiste-
re nequeuntis, quæ hiscere faciat diuinæ substantiæ in seipsa harmoniam, sed neque
appositione huiuscemodi rei inanis aut vacuitatis, iugis illa & omnium rerum ami-
cissima & vt ita dicam vnitissima complexio sibi mutua vel leuiter destitui labefa-
ctariue potest. Itaq; qui patrẽ intelligit, ipsumq; in seipso intelligit, is filium cogitati-
one simul assumit, qui vero hunc mente conceperit, spiritum quoq; sanctum à filio
minime disiunget, sed consequenti ordine associat. Qui igitur naturã triũ horũ secun-
dũ identitatem in seipsis copulauerit, is probe hoc pacto rectam contẽperatamq; fi-
dem in animo suo configurauit. Porro si quis dicat spiritum, eadem profecto confes-
sione illũ cuius est spiritus, significabit, & quod Christi est spũs & quod ex deo est, secundũ
quod dicit Apostolus. Quemadmodum igitur ex catena vnum extremum attingens al-
terum amplectitur, sic spiritum attrahẽs vt ait propheta, per ipsum & filium & patrem
simul attrahit. Et si filium vere quis susceperit, habebit eum vtrinq; tum ipsius patrẽ,
tum etiam spiritum sanctum simul comitantem. Neq; enim à patre in quo semper est
dissecari poterit, neq; à spiritu suo vnq̃ disiungetur ipse filius qui omnia in ipso ope-
ratur. Similiter quoq; patrem suscipiens, & filium & spiritumsanctum simul accipit
virtute & potestate. Non enĩ datur intelligi diuisio vel sectio aliquo mõ, vt vel filius
sine patre intelligatur vel spiritus à filio separetur, sed quædam ineffabilis & inexco-
gitabilis in his apprehenditur & cõmunicatio atq; item discretio, vt neq; hypostasiũ
differentia naturæ continuationem diuellat, neq; substãtiæ communitas notionum
proprietatem confundat. Ne mireris autem si idem coniunctum & separatum esse
dixerimus. Etenim quandam concipimus veluti in ænigmate nouam atq; inæstima-
bilem & vnitam discretionem, & discretam vnitionẽm. Si enim (ne quis contentiose
& ad infestationem vsque hostilem audiat sermonem) in sensibilibus etiam possibi-
le est tale quiddam inuenire, hunc meum admittat sermonem quasi exemplum &
vmbram

vmbram veritatis non quasi ipsam rerum veritatē. Non enim quod in exemplo spe-
A culamur, in omnibus adaptari potest illis, ad quæ exemplorū indigentia vsurpatur.
Vnde nam igitur dicimus separatum simul & coniunctum ex sensu nobis apparenti-
bus proportionari? Si aliquando in nube arcus splendorem verno tempore contem
platus es, illum inquam arcum quem sermo communis Iridem appellare consueuit:
quem aiunt hi qui circa hęc ingeniosi habentur, tunc produci quum suspensa quędā
fuerit in aere humiditas, vi ventorū humido & spisso quod fuit in vaporibus iam in
nubem concreto, & in pluuia se resoluente. Consistere aūt aiunt hoc modo: postquā
radius solis per obliquum subintrauit densitatem & obscuritatem nubis, deinde per
directum nubi alicui suum circulū infixerit, fit veluti quædam luminis in se flexura
& lucis ad seipsam reciprocatio luce se abducente atq; resoluente retrorsum à liqui-
do & splendido. Quoniam autem hæc est naturæ flammati splendoris si alicui pla-
no inciderit, ad seipsum iterum reflecti, circularis autem hæc figura per radios in hu
mido & plano aere facta ex necessitate secundum figuram solaris circuli, & item aer
nubi adiacens per splendescentem lucem circunscribitur. Ea igitur lux & cōtinua est
sibijpsi & diuiditur: multicolor enim cum sit & multiformia latēter versicolorata tin-
ctura ipsa secum commiscetur: diuersorum inter se colorum copulā ex nostris aspe-
ctibus latenter surripiens, ita vt non cognoscatur medius locus glauci respectu flam-
meoli commiscens per seipsam & separāa colorum alteritatem vel flammeolum co-
lorem ad purpureum aut istius erga succineum. Omnes etenim luces per se visiles,
& splendidę, cum surripiunt signa copulationis ad inuicem, iudicium nostrum effu-
giunt, vt impossibile fuerit inuenire vbinam sistat lucis igneus vel smaragdinus co-
lor, & vnde incipiat vt talia amplius non sit qualia in lucido videbatur. Quemadmo
dum igitur in hoc exemplo, colorum differentia aperte cognoscimus, distantiam ta
B men alterius ab altero non conceditur sensu percipi. Sic (mei gratia intellige) videtur
mihi possibile, circa diuinas doctrinas talem proportionem posse adaptari: proprie
tates quidem hypostasium veluti quendā colorem in iride apparentem illucere vni-
cuiq; in sancta trinitate credēti, vt in proprietate quo ad naturam ipsam diuinam nul
la differentia intelligatur vnius ad aliam sed in communicatione substantiæ notio-
nales proprietates vnicuiq; effulgeant. Etenim quod illic in exemplo illustrat multi-
colorem illam lucem vna substantia erat per solarem radium refracta: color autem
arcus; multiformis apparebat. Cum igitur erudiat nos sermo per creaturam, ne ina-
niter rationibus doctrinæ augamur, quotiescunq; indifficulter intelligibile inciden-
tes ad eorum quæ dicta sunt assensum hallucinati fuerimus. Quemadmodum enim
in oculis apparentium præstantior apparuit experientia, ratione ipsius causæ, sic in
doctrinis quæ transcendunt intellectum præstantior est fides rationum considerati
one, distinctionem in hypostasi & vnitionem in substantia docens. Quoniam igitur
partim communitatem in illa sancta trinitate, partim autem proprietatem ratio cō-
templatur; ipsa ratio cōmunitatis ad Vsiam refertur, Hypostasis vero peculiare vni-
uscuiusq; signaculum est. Sed fortasse arbitrabitur quis assignatum de hypostasi ser-
monem non competere intellectu scripturæ Apostolicæ in qua de filio inquit. Relu-
centia est gloriæ ipsius & character suæ hypostasis. Si enim definiuerimus hyposta-
sim esse concursum proprietatū circa vnum quodq; subsistens, fateamur autem quē-
admodum in patre esse aliquod peculiariter consideratum per quod solus notifica-
tur, eodem autem modo & de filio vnigenito æquale creditur: quomodo illic no-
men hypostasis patri soli adesse scriptura testatur, filium autem formam siue figurā
dicit ipsius hypostasis, non in proprijs sed in patria notionibus figuratum. Si enim
hypostasis peculiare signaculum est substantiæ vniuscuiusque, patria autem peculia-
re ingenitum fateamur esse, filius autem figuratus est proprietatibus patris, igitur
amplius non permanet ipsi patri per prærogatiuam de ipso solo dici ingenitum,

A GEORGII TRAPEZONTII IN VITAM MOYSI PER GREGORIVM NYSsenum fratrem Basilij Magni editam, & à se e Græco in Latinum traductam,

PRAEFATIO.

NVPER Reuerendissime pater, beati Gregorij Nysseni de vita Mosi, qua perfectam hominis vitam ostendere voluit, opus profecto perutile, de Græco in Latinum traduxi. Quod multis de causis dominationi tuæ statui dedicare, vel quia in eo scripturæ inuolucra explicantur, ac enodantur (quam rem ad Ecclesiasticos viros pertinere nemo vnquam dubitauit) vel quia qui traducunt aliquid, aut ipsi de se pariunt, soleant magnis plerunq; viris, ac dominis hæc destinare, vt pōdere authoritatis suæ, opus firmatum, per ora multorum volitet: vel quod ipse maxime in præsentiarum secutus sum, ipsius rei cōditione atq; natura. Nam si quis à principio casus humanos per sacras aut gentiles historias repetet, inueniet profecto excellētes ac summos viros, aut in principes aut in assistentes principibus optimis diuinitus destinatos fuisse, quorum opera, studio, consilio, imminentes casus homines effugerūt. Hac ratione statim in illis hominum primordijs, diluuio deus omnia vastaturus, prædestinauit Noe, qui diuinæ voluntatis instrumentum, & quidem animatum ac rationale, virtute sua factus, arca humanum genus ne omnino periret effecit. Sic Iacob senescentis temporibus, vniuersum pene
B vexaturus Orientem, Ioseph præmisit, quem vendi etiam permisit, vt gubernatorem frumētariæ rei in vniuersa Aegypto constitueret. Atq; hoc modo Israeliticam gentē à peste inediæ, simul cum Aegyptijs liberaret. Sic Moysen omni virtute præditum & fide præcipuum, ad libertatem Iudaicæ gentis produxisse certe videtur. Cui & Iosue quasi assistentem, atq; ministrum dedit, quo post mortem Moysi duce vsus in promissionis terrā populum deduxit. Multa sunt in sacris literis eiusmodi, nec solum viri, verum etiam quod maius ac difficilius esse videtur, mulieres electæ sunt, vt Iudith ac Hester ostendunt. Ex gentili quoq; historia similia legētibus fuisse constat. Nam ne Græcia Persis subiugaretur, aduersus infinitas eorum opes, & innumerabiles copias, summam potentiam, Milciadem, Themistoclem, Cimona, tres summos viros deus suscitauit, quorum consilio diuersis temporibus vires Persarum perfregit. Quid Romanum imperium? nonne ita sæpenumero conseruauit? Nam nisi Camillus Gallorum fuisset temporibus, Romanum nomen omnino deletum fuisset. Nisi Fabius maximus & Scipio Africanus Hannibalis temporibus floruissent, Afris Italia seruisset. Quid plura? Ita semper fuit, & ita erit, non quia deus non possit etiam absq; hominū, immo absq; vllo ministerio sola voluntate hos liberare, illos deprimere. Sed quia res hominum humanis consilijs geri summæ suæ maiestati atq; clementiæ placuit, iccirco summos viros, quanquam omni virtute præditos, alijs tamen alios secūdum exigentiam tēporum, fulgentiores produxit. Castimonia excelluit Ioseph, vt nulla illecebrarum illectus vi, à seruitute posset euadere ad gubernandam Aegyptum. Charitate ardebat Moyses (ita enim opus erat) vt durissimum populum ferre posset. Bellica virtute Iosue præstabat, vt facilius obtinentes sancta loca eijceret. Qui vero in gentibus floruerunt, alii singulari iustitia, vt Aristides, qui iustus cognominatus est. Alii admirabili prudentia, vt Themistocles, qui futura non peius Apolline prædicere à

gentibus dictus est. Alij mora laudabili, vt Fabius Maximus, qui cunctando restituit rem. Alij velocitate agendi. Alij alio virtutis genere claruerũt. Fœminæ vero vel castitate, vel forma, vel audacia nõ improbãda (muliebres enim virtutes hæ fere sunt) rem optime gesserunt. Videmus autem his nostris temporibus, quot bella, quot turbationes, quot conciliabula, contra christianorum pacẽ atq; concordiã oborta sunt. Quare oportuit electos quosdam, ac prædestinatos diuinitus, vt iam ostendimus viros extare, qui hæc christianorum incommoda, vel omnino tollerent, vel ita minuerent, vt ferri possent. Hos autem quis non videt summum esse pontificem, & te ministrum ipsius, ac ipsi velut Iosue Moysi assistentem? Summus enim pontifex liberalitate mirabili, patientia inaudita, summa constantia, ardentissima fide, charitate feruenti, cæterisq; diuinis virtutibus suis effecit, vt non solum fluctus tempestatum deo duce Romana ecclesia euaserit, verum etiam Græciam, Armeniam, Syriam, aliasq; cõplures Orientis partes, ne nimium dicam magis his temporibus nostris, quàm alias vnquam, citra quadringentos annos, sibi coniunxerit. Sed ille quasi alter Moyses, extra turbam existens, consilio & authoritate agit, & manus in cœlũ pro ecclesia tollit. Tu veluti alter Iosue, modo mira velocitate, fortitudine, prudentia, exercitus conscribis, in aciem prodis, hostem fundis. Cuius rei salus pontificis, libertas Florentiæ per te conseruata: testes sunt etiam tot tantæque ciuitates italiæ, ac populi qui Francisco Sforciæ multos annos seruierunt, quos tu breui tempore tyranno vi ac prudentia expulso liberasti. Sic duos maximos Italiæ duces, ac memoria nostra florentissimos, solus fudisti ac fugasti. Modo multis põderosisq; legationibus & prælijs, populum dei, id est ecclesiam suam, in pace tua, tanquam in terram repromissionis constitutam, conseruas. Sed de laudibus tuis alias, neque nunc quidem ex proposito, sed quantum res ipsa postulare, immo vero flagitare videbatur, summis vt dicitur digitis, tetigi. Nam liber is de perfecta hominis vita, vel de vita Moysi inscribitur. Moysen vero illis temporibus ad liberandum populum diuinitus electum scimus. Summos à deo concedi nobis viros non ignoramus. Quare rerum ipsarum serie, ad hæc vsque nunc peruenisse satis sit. Illud sane non prætermittendũ, beatum hunc Gregorium, cuius opus transtulimus, Magni illius Basilij fratrem fuisse Nyssæ episcopum, virum tam in secularibus, quam in diuinis doctrinis eruditissimum, virtutis quoque omni numero præditum. Quod tu ipse in hoc opere legendo (si tamen præ occupationibus tuis licuerit) iudicabis. Sed iam ipsum latine loquentem, si placet audiamus.

GRE

A GREGORII NYSSENI DE VITA MOYSI LIBER, GEORgio Trapezuntio interprete.

QVE Madmodum, qui certamen equorum nõ sine magna delectatione animi spectant, & si nihil ad cursum diligentiæ illi prætermittant, quos vincere optant, oculis tamen cursum ipsorũ soliciti prospicientes, clamãt atq; hortantur, incitareq; ac efficere se putant, vt velocius equi peruolent, cum huc atq; illuc vna cũ equis inflectantur, ac manum quasi flagellum in ipsos extendant, atq; incutiãt: non quia nesciant hæc nihil ad victoriam conferre, sed quia beneuolentiã ac studium erga certãtes, voce corporisq; motibus, natura duce significare impellũtur. Sic mihi ipsi de te facere videor amice ac frater charissime. Nam cũ tu in virtutis spectaculo, probe diuino cursu ac certamine pseueres, & ad supernæ vocationis pręmia crebris leuissimisq; saltibus festines, acclamo atq; impello, & diligẽtia studioq; intendere velocitatẽ iubeo. Quæ omnia non ideo facio quia temerario quodã studio tui detinear, sed quia vt charissimo filio morem tibi gerere studeam. Cum enim literis tuis petieris, vt tibi à nobis ad perfectam vitã admonitio quædam conscribatur, æquũ arbitrati sumus, vt hoc libro nostro, & nihil aliud forte vtilitatis, attamen illud profecto non contemnendum tibi, nos ipsos obedientiæ proponamus exemplum. Nam qui tam multarũ animarum curam, vt patres ge-
B rimus, oportere duximus, vt hæc senectus modestiæ tuæ mandata suscipiat, maiores obedientia in te profecto vires habebit, cum ætas tua nostro exẽplo magis roborata fuerit. Sed hęc hactenus. Nam nobis iam incipiendum est, Petijsti à me charissime fili, vt tibi quæ nam sit perfecta vita, diligenter describam: quod te ideo velle non dubito, vt cum inueneris quod quæris, ad vitam tuam quod inuenisti accommodes. Ego vero duo in hac re, & ambo mihi impossibilia conspicio. Vtrunq; enim & perfectionem videlicet vitæ ratione describere, & quod ratione comprehendisti in vita ipsa monstrare, supra vires meas esse facile fateor. Quippe qui putem multis etiam in virtute pręstantioribus & magnis omnino viris difficilia hæc esse dictu, immo vero impossibilia. Verum ne videar ibi timere, vt psalmista ait, vbi timor non est, planum id ita faciam. Cum perfectum dicatur, quod finem suum atq; terminum ita consecutum est, vt nihil sibi desit, nihil deficiat. Sed in his quidem, quæ sensu capiuntur, certis quibusdam terminis continentur omnia, vt verbi causa, in quanto tam continuo quam discreto proprijs quibusdam terminis omnis mensura concluditur. Nam qui ad cubitum vel senarium respicit numerum, non est nescius, vnde vtrunque istorum incepit, & quo exiuit, quibus illorum finis habeatur atque perfectio. In virtute vero hunc ab apostolo perfectionis terminum esse didicimus, quod nullus in ipsa sit terminus. Quippe cum ille ipse Paulus vir diuinus, & mente altissimus, semper ac iugiter per virtutem suum cursum intenderet, nec vnquam ad maiora conscendere negligeret: non enim videbat statutam sibi cursus perfectionem ac finem. Cur ita? Quoniam omne bonum ipsa natura, qua bonum est non habet terminum, sed contrarij comparatione terminatur: vt vita morte, lux tenebris, & omnino bonum omne in eo definit, quod ipsi contrarium esse intelligitur. Quare quemadmodum vitæ finis mortis initium est, sic cursus ipsius finis, qui secundum virtutem est, vitiosi cur-

ſus initium inuenitur. Non igitur falſo à nobis dictum eſt, impoſſibile eſſe perfectio-
nem ac finem virtutis comprehendere: demonſtratum enim iam eſt, quod nullis vir- C
tus terminis continetur. Nunc autem alterum etiam, quod ſcilicet impoſſibile ſit, eis
qui cum virtute viuunt, ad perfectionem finemq; virtutis peruenire, nobis expla-
nandum videtur. Primum igitur ac proprie bonum, cuius natura bonitas eſt deus
dico ipſe, quodcũque natura eſſe intelligitur idipſum & eſt, & nuncupatur: quæ qui-
dem diuina natura (quoniam nullus virtutis terminus præter vitium eſt, vt iam rati-
onibus comprobauimus, diuinitas enim contrarium ſuſcipere non poteſt) intermi-
nata eſt ac infinita. At vero qui non ſimulate, ſed vere virtutem ſequitur, deo qui ve-
ra virtus eſt, participatione coniungitur. Deus autem terminum non habet. Quare
neceſſe eſt, participãtis quoque deſiderium: cũ ad interminatũ, infinitumq; ſeipſum
extendat, nullum habeat exitum, quo ceſſare poſſit. Quas ob res ſi nullis vitæ perfe-
ctio terminis continetur, ſi virtutis id ipſum terminus eſt, quod interminata ſit, im-
poſſibile omnino eſt, ita perfectionem hanc aut re conſequi, aut verbis aſſequi, vt ad
altiora vllus aſcẽſus relinquatur. Quomodo igitur quæris ad quem finem quiſpiam
perueuturus ſit, cum finis nullus inueniatur? Non tamen quoniã quod quæritur exi
tum non habet, iccirco præceptum illud domini negligendum quo dicitur: Perfecti
ſitis, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Nam & ſi totum conſequi nequeas, ta
men in rebus omnibus, quæ natura bona ſunt, non paruum eſt lucrũ (niſi decipias)
vel partem earum aliquam conſequi. O M N E igitur ſtudium, omnem curam, dili
gẽtiam deniq; omnem adhibeamus ne ab ea perfectione decidamus, ad quam per-
uenire poſſibile ſit. Tantumque ipſius poſſideamus, quantum capere poſſumus. Ita
enim ſe habere, vt ad vlteriora ſemper in virtute ac bono velis aſcendere, id ipſum
forſan humanæ naturæ perfectio eſt. Sed recte (vt mihi videtur) faciemus, ſi hac no-
ſtra in quæſtione, ſacræ ſcripturæ vtemur conſilio. Per Prophetam igitur Eſaiam di D
uina vox clamat: Reſpicite in Habraham patrem veſtrum, & in Sarram quæ vos pe
perit. Hæc enim diuinus ſermo, non ijs qui in virtute permanent, ſed ijs qui à virtute
aberrant, præcipit: Vt quemadmodum qui tempeſtate ac vi ventorum longe à recta
nauigationis ſuæ via, in pelagus exacti ſunt, ſi vel ignem, vel cacumen mõtis proſpe
xerint, facile ſe ab errore in tutum reducunt. Sic quicũq; huius vitæ fluctibus oppreſ
ſi, à virtute aberrant, exemplo Habrahæ ac Sarræ, quaſi quodam gubernaculo, ad di
uinæ voluntatis portum reducantur. Ac ideo quoniam in maſculum & fœminam
natura humana diuiſa eſt: & vtrique libera, tam ad virtutem, quam ad vitium pro-
poſita eſt electio: ad Habraham & Sarram reſpicite, vt viri à viro, & mulieres à mu-
liere propria, idoneaque naturæ ſuſcipientes exempla, facilius ſuos ad virtutem diri
gant greſſus. Quare ſi nos quoque, vnius probati vitam in exemplum ſumpſerimus,
ardentiſſimum tuum (vt ſpero) explebimus deſyderium: oſtendemuſque quomodo
poſſibile ſit, hos vitæ fluctus abſque naufragio ſuperare: animamque noſtram per-
turbationum vndis minime ſubmerſam, in tutiſſimum virtutis portum deducere.
Iccirco enim credendum eſt pręſtantiſſimorum virorum vitas exquiſitiſſime perſcri
ptas, vt vita noſtra imitatione ad virtutem, ac bonum rectius deducatur. Sed dicet
quiſpiam quomodo ſi nec Chaldæus ſum ego, vt de Habraham ſcribitur, nec alu-
mnus regis Aegyptij filiæ, vt de Moyſe ſcriptura teſtatur, nec deniq; cum priſcorum
aliquo mihi quicquam commune ſit, alicuius eorum potero vitam conſequi? Cum
nihil habeam quo poſſim adeo diuerſæ vitæ ac morum, longeque aliorum ſæculo-
rum hominem imitari. Nos vero reſpondebimus, neque ad vitium, neque ad virtu-
tem pertinere, ſi Chaldæus quis ſit: nec ſi in Aegypto viuat, aut in Babylone verſetur,
ideo à recta virtutis vita expellitur: nec enim in Iudæa ſolum, vt quondam deus co-
gnoſcitur: nec Sion illa, dei ſcilicet domicilium, determinatus quidam locus eſt, vt li-
tera ſonare videtur. Sed ſubtilius atq; acutius nobis inſpiciendum eſt, vt videamus

quos

A quos Chaldæos, aut quos Aegyptios fugiendos scriptura per historiam admonet,
& qua Babylonis captiuitate liberati, ad beatitudinem tandem conscēdimus. Quas
ob res Moyses ille in exemplum nobis proponatur: cuius vitam si prius (sicut à diui-
nis didicimus) breuiter percurramus, sic demum consentaneum historiæ sensum in-
uestigabimus, quo perfectam hominum vitam facilius cognoscemus. SCRIBI-
TVR igitur Moysem quando Aegyptij lege tyranni, masculi Hebræorum infan-
tuli viuere vetabantur, tunc in lucem editum fuisse, quem gratia quadam statim ab
incunabulis scitum ac elegantem cum vidissent parentes, maiori studio fuisse, vt vi-
tam ei conseruarent conatos. Quare non simpliciter. sed in fiscella quadam, bitumi-
ne ac pice rimas illita, impositum, in fluēta infantē Nili exposuisse, diuinaq; volunta-
te ad eam ripam amnis fiscellam vorticibus aquarum eiectam, qua regis tūc filia for-
te spatiabatur. Ita repertus, ac gratia quæ in eo apparebat, & specie à regis filia dile-
ctus, in filium fuit adoptatus. Verum natura quadam insita mammillam omnino
fastidiens, consilio propinquarum cuiusdam, à propria enutritur parente. Cum ve-
ro in regia educatione, doctrinaq; seculari ex ephœbis iam esset egressus, inglorius
degere apud suos maluisse, quam fictam illam, cuius adoptatus in filium erat, ma-
trem profiteri. Aegyptio autem viro in Hebrçorum quendam impetum faciente oc-
ciso, duos Hebræorum contentione commotos in rixam admonuit, non ira concita-
ri, sed natura, quæ propinquitate ipsos coniunxit conciliatrice, & quasi iudice arbi-
troq; fratres vti oportere. Sed ab eo qui præmio iniuriam afferebat repulsus ad con-
templationē hac cōtumelia impellit. Ciuitatum eñi turbationibus omnino relictis,
secum viuere maluit, filia cuiusdam alienigenæ in vxorem ducta. Qui tanta erat ad
pernoscenda ingenia hominum, moresq; comprehendendos prudentia præditus, vt
vnica re gesta, quam Moyses aduersus pastorum vim magno animo fecerat, adole-
B scentis virtutem conspexerit, quod non proprio lucro, aut laude commotus, pro iu-
stitia pugnauerit, sed iustum ipsum per se ac natura sua honestum iudicās, pastores
qui nihil in seipsum peccarunt castigauit eorumq; iniuriā reppulit. Quapropter vir-
tutem Moysi admiratus, præstantiorem ipsam aliorum diuitijs existimans, filiam
ei tradidit in vxorem, facultatemque fecit, vt ipse quācunq; viuendi rationem vellet,
eligeret. At ille montanam ac solitariam elegit, vbi à turbatione procul remotus, in
ouium cura sibi in deserto attendebat. Quo in genere vitæ non paruo transacto tem-
poris spatio, mirabilem dicit historia ipsum vidisse visionem. In medio enim claroq;
die alia præstantior, quam solaris lux, circa oculos suos effulsit. Cuius rei insolen-
tia, cū respexisset ad montē, arbustū ardens scribitur aspexisse: cuius rami cū arderēt,
quasi continua irrigatione virescebant, admiratumq; secum dixisse: Vadam & vi-
debo visionem hanc magnam, ne videlicet oculos solum, verum etiam (quo mira-
bilius est) auditum radijs eius lucis illuminaret. Natura enim illius lucis, veluti in du-
orum obiecta sensuum diuisa, vt in oculos splendore radiorum fulgebat, sic in audi-
tum immortaleq; dogma tum intonabat. Vetuit enim ad montem calceorum pon-
dere pressum accedere: soluereque iussit calceamenta, ac demum nudo pede terram
illam attingere, quę diuina luce respiendebat. Deinde ne longior in historia sim, hac
visione corroboratus, ab Aegyptiorum seruitute suos liberare iubetur. Sed vt disce-
ret, quanta diuinitus virtus sibi præstaretur, ita deo iubente huiuscemodi periculo
vsus est. Virga manu in terram proiecta in colubrum vertitur, rursusque recepta, vt
virga prius erat subito facta est. Manus quoq; in sinu recondita, in niueum candorē
immutatur, & iterum in eundem sinum immissa, in pristinam redijt naturam. Descē-
dente autem ipso in Aegyptum, adducenteq; secum vxorem alienigenam, & liberos
sibi ab ea natos, angelus obuiam factus, timorem mortis intulisse fertur. Quem mu-
lier circuncisionis filij sanguine facile placauit. TVNC Aaron quoq; frater eius di-
uinitus monitus obuiam prodijt, & paulo post in concionem ab vtrisq; populis con-

uocatur,libertas tam laboriosæ seruituti præponitur. Cum ipso quoq; tyranno hac C
de re loquuntur.Irritatur ille magis,imperat duriora, vt non solum luto, sed paleis
stipulisq; colligendis afflicti Iudæi,contabescant. Cum vero ad inaudita signa,mira
culaq; Moyses versus esset, coramq; ipsis Aegyptijs virgam suam in colubrum ver=
tisset,Pharao(id enim nomen erat tyranno)Magorum ineptijs fretus,magis resiste=
bat:hi enim virgas similiter suas in terram proiectas,in dracones mutasse videbātur.
Sed qui ex virga Moysi vere animatus erat, magorum virgas re ligna, visus dece=
ptione dracones,facile deuorauit. Tunc consentiētes tyranno Aegyptios omnes cū
vidisset Moyses in vniuersam eorum gentem, nemine omnino excepto intolerabi=
lia infert vulnera. Commouebantur autem iussu eius elementa ipsa. Terra scilicet,
ignis,aer,aqua: ad impietatem enim tyranni actiones suas facile commutabāt. Eo=
dem quoq; tempore eodem in loco,iudæi ab officio nō recedētes,nil mali sentiebāt.
Aegyptij vero perperā & cogitātes & agētes,acriter plectebātur. Nam aqua per vni=
uersam Aegyptum in sanguinem iubente Moyse cōuersa est,vt vel pisces ipsi crassi=
tudine aquarum carnea morerētur. Iudæis solis sanguis aqua erat lympidior. Hinc
necessitate rerum coacti Aegyptij aquæ,quę apud Hebræos inueniebatur permixti=
one,sanguineam aquam suam mitigabant. Similiter quoque ranarum irrepens mul
titudo,quarum generatio non naturali cursu elemētorum, sed coactis, vt ita dicam,
elementis,iubente Moyse facta est,solis turpissima Aegyptijs inferebat fastidia. Iu=
dæorum vero vita nihil ex huiusmodi bestiolis incommodi patiebatur. Sic etiam
aer nullam diei ac noctis faciebat differentiam,Aegyptijs in eadem cōtinue crassitu
dine palpitantibus: at Iudæis nihil noui afferebat. Similiter cætera quoque omnia
se habebant, grando scilicet, ignis, sciniphes, muscæ caninæ, locustarum nubes.
Hæc aduersus Aegyptios oīa,vt natura sua fert,pniciosissima erāt. Iudæi vero rumo
ribus solum, verbisq; cohabitantium,hos morbos,nullo suo incommodo,cognosce
bant. Postremo primogenitorum omnium nece, cum hi quidem suorum pernicie D
confusi lugerent, hi vero sanguinis signaculo, liminaribus atque postibus inunctis
tuti quiescerent, quanta inter Iudæum & Aegyptium esset differentia cunctis appa=
ruit. itaque percussis Aegyptijs,suaq; publice ac priuatim lugentibus,educit Moyses
populum diuitijs simul Aegypti abductis. Verum cum iam tribus peragrasset die=
bus, videt pœnitentia ductum hostem, cum magno exercitu & instructissimo equi=
tatu aduersus se festinate. Quæ res nō mediocriter imbellem populum in Moysem
concitauit. At ille intrepidus voce quidem populum vt in domino spem haberent,
hortabatur, animo autem ad deum penitus conuersus, auxilium tacitus implora=
bat. Quo recondito clamore creator exoratus, præsto miseris ac mirabiliter affuit.
Nubes enim quæ dei iussu non natura præcedebat,non presso aere vaporibus consti=
tuta, sed aliud quiddam diuinius atq; altius, quàm humana mens percipere valeat,
quæ in die solis ardores temperabat, & noctu in ignem versa noctis & frigora tem=
perabat,& tenebras remouebat. Hæc inquam nubes, quam veluti ducem sequeban=
tur, priore omisso itinere, in rubeum mare ducebat. Deuenerunt igitur secuti ducem
Hebræi vsque ad littus,quos Aegyptij persecuti, vndiq; ita concludunt, vt nulla iam
fuga humano consilio posset excogitari. Ante ipsos mare rubeum erat,post ipsos va
lidissimus atque instructissimus Aegyptiorum exercitus. Tunc summus ille vir o=
mnium diuinitus monitus ad littus descendit,mareq; rubrū virga percussit, & subi=
to,vt in vitro facta scissura facile ex altera parte in alteram peruenit. Sic ictu Mosa=
ycæ virgæ in oppositam vsq; ripam, hinc atq; hinc cedentibus aquis, scissura perue=
nit. Itaq; facto per medium pelagus itinere, vtraq; ex parte vndis aquarum quasi mu
ris consistentibus,ingreditur deo fretus cum populo Moyses, quem Pharao impetu
animi concitatus insequitur. Sed mare virga percussum in pristinum statum reduci=
tur,ac Aegyptios omnes obruit. Hebræi vero in oppositum littus incolumes cū per=
uenissent

ueniſſent, cantum deo, qui glorioſum aduerſus hoſtem ſibi trophæum præbuerat,
A grato animo cecinerunt. Trium deinde dierum itinere confecto, cum ſiti populus laboraret, mira quadam amaritudine aquarum, à potu earum deterritus, lignum Moyſes, quod deus ei oſtēderat, in amariſſimas illas aquas immiſit: & ilico natura ligni aquarum ablata putredine, dulces atq; potabiles effectæ fuerunt. Nubis deinde ductu, quam præcedentem ſequebantur, & qua ſtante ipſi quoq; caſtrametabantur, ad locum deueniunt aquis atq; arboribus amœniſſimum. Duodecim enim fontibus irrigabantur, & ſeptuaginta palmis conſitus altiſſimis, miraculo ſimul ac viſui videntibus fuit. Hinc rurſus amota, in deſertum deduxit: vbi ardēs arena, locorum ariditas, aquarum penuria, ingenti populum ſiti affligebat. At Moyſes ex lapide quodam virga percuſſo, iucundiſſima atq; copioſiſſima aquarum fluenta exilire fecit. Hic commeatus etiam omnis, quem exeuntes ab Aegypto abduxerant, cum defeciſſet, non à terra ſibi, vt ſolet, quæ victum præſtabant oriebantur, ſed à cœlo quotidie in crepuſculo, non aquea ſtillicidia, ſed quaſi criſtallinæ guttæ in coriandri ſeminis formam conglobatæ, roris vice, deſcendebant: quæ ad cibum collectæ guſtum mellis pene afferebant. Sed mirabile quid in ipſa quoque collectione fiebat: nullus enim minus quàm egeret, aut propter ætatem, aut propter infirmitatē, ſibi aſſumpſit: nullus quia validior ſibi, plus quàm eſſet opus, in eo die potuit arripere. Itaque quicquid in vno die congregauerant, eius ipſius diei ſolummodo cibus erat. Quod ſi quis timore furtim quādam ſibi particulam ad craſtinum conſeruaſſet, totum quod repoſitum erat, per noctem corruptum, in vermes trāſformabatur, preterquàm in die ſabbati. Nam cum hæc dies ratione quadā, & myſtica ceſſatione ab Hebræis honoraretur, ne quid in ea die præter conſuetudinem facere cogerentur, quamuis tanto in collegio vnuſquiſq; ſtudium, quantum in cæteris diebus die ſexta adhibebat, duplum tamen collectum ſibi eſſe inueniebat. Cumq; in cæteris diebus, ſi quid ſeruabatur in craſtinū,
B in vermes totum tranſmutaretur, ſolum quod die Veneris collectum erat, per totum diem ſabbati perdurabat. B: llum deinde aduerſum Amelech exarſit, & tunc primū Hebræi conſtructi in aciem ſunt, non omnes ſed electi, quibus Ioſue qui poſt Moyſem gubernacula populi ſuſceperat, præfuit. Nam Moyſes extra prælium, in colle quodam altio:e, vna cum duobus neceſſarijs conſtiterat, ad cœlos aſpiciens, quando (vt in hiſtoria traditum eſt) id quoq; inter cætera mirabile dictu factū eſt. Nam cum Moyſes manus in cælum leuaret, tunc ingenti animo irruebant in hoſtes Hebræi. Cum vero manus remiſiſſet, tunc contra ferociores facti hoſtes, facillime Iudæos pellebant. Quod aliquoties factum facile intellexerunt, qui cum eo erant. Itaq; Moyſi vlnas ſubeuntes occulta quadam de cauſa grauiores factas manus eius ſuſtentabant. Verum quia imbecilliores erant, quàm vt poſſent rectum diutius Moyſen ſuſtinere, lapidem illi in ſedem ſuppoſito facilius ſuo adminiculo effecerunt, vt manus in cœlum leuatas diutius retineret. Quo facto, fuſi omnino, fugatiq; hoſtes ſunt. Ita ſine moleſtia in eremo viuebant: nec enim poterant recedere, cum nubes quam vt ducem ſequebantur, immobilis in eodem loco moraretur. His ita factis maiora occultioraque myſteria deus, & ipſum ductorem & populum inſtruere cum voluiſſet, præcepit populo per Moyſen, vt tam corpore, quàm animo mundus fieret, adeo vt etiam à nuptijs ipſis certo quodam dierum numero abſtineret, aſperſionibuſq; quibuſdam maculas abſtergeret, vt omni labe animi, corporiſque depoſita mundus ad mōtem Sinai poſſet accedere: qui quidem mons ratione vtentibus ſolum illo tempore aditum præſtabat: neq; his omnibus, ſed viris ſolummodo: nec viris etiam omnibus, ſed illis tātum, qui diligenter à ſe omnē maculā expuliſſent. Studium aūt omnibus erat non paruū, neqd brutoꝝ monti appropinquare paterent. Quod ſi forte aliter acciderit lapidibus obrui à populo ſtatutū erat, qcqd brutū iuxta montē appăruiſſet. His ita diſpoſitis in ſereno die ſubito tenebris mons circūdatus fuit: & ignis e medio tenebra

tenebrarum exiliens,ac totum vt videbatur montis tractum depascens,terrebat pro- C
spicientes,fumo atq; caligine omnia repleta:adducebat tamen ad montem populum
Moyses, quãuis ipse quoq; huiuscemodi visu timore perculsus ita erat, vt cælare id
minime posset. Sed vel ipsius corporis motibus commotum se patefecit: nec enim
tantum per oculos,verum etiam per auditum terror animos inuadebat. Cum sonis-
tus desuper veluti buccinæ aut tubæ dirumpere subiecta locorum spacia videretur.
Eratq; eis tanto terribilior,quanto magis accedebãt: quodq; mirabilius est,articula-
tus erat. Nam aer absque vocalibus instrumentis non inanem orationem,sed signi-
ficantem diuina formabat virtute, quæ populo leges atq; instituta ponebat. Quæ
omnia cum ferre populus non posset, impetrauit à Moyse, vt à deo, ipso mediante,
lex sibi traderetur,nec se quicquã retractaturũ. Sed omnia sicuti ab ipso deo per Mo-
ysem sibi tradita crediturum asseruit,ita populus quidem ad subiecta montis loca re-
labitur. Moyses vero solus in monte relictus,contra quã cæteri homines pati solent,
affectus est. Nam cum cæteri omnes desolati magis, in societate minus timeant,ipse
derelictus solus audacior factus est. Vnde patuit, non vt timidum quendam perter-
ritum in principio fuisse,sed charitate timẽtis populi fuisse commotum. Quare cum
quasi onus quoddam timorem populi deposuerit,ac in se ipso factus esset, tũc etiam
in ipsam caliginem audacter ingreditur. Itaque ad penetralia diuinorum ingressus,
nec Iudæis amplius visibilis, solus erat, cum inuisibili, vt nos (vt arbitror) his gestis
instrueret,quod oporteat si quis velit esse cum deo, omnia hæc quæ videntur conte-
mnere,ac mentem suam ad inuisibile atq; incomprehensibile,quasi ad summitatem
montis dirigeret:ibique credere deum esse,quo peruenire cogitatio non potest. Hac
igitur in summitate montis constitutus Moyses diuina suscipit mandata,quæ in via
doctrinaque sunt ad virtutem. Cuius caput est pietas, vt scilicet condecentes de deo
opiniones habeamus, quod omnem cognoscibilem speciem, omneque superexce-
dat exemplum,nulli rei quæ cognoscitur similis. Iubet enim ad nullã rem,quæ com- D
prehendi possit, respicere,nec ijs similem putare naturam,quæ super omnia est,quæ
compræhensione cognoscuntur. Sed esse quidem ipsam credere oportere, quanta
vero, aut qualis, aut vnde, aut quomodo sit,non esse quærendum,cum eo peruenire
humana ingenia nequeant. Ad impietatem autem etiam adduntur illa,quæ morum
sunt castigationes,in genere vel in parte distributa. In genere quidem totam simpli-
citer iniustitiam propellit lex illa, quod oporteat proximum amare, quo stabi-
liter constituto, necessario sequitur, nihil aduersus proximum cuiquam esse fa-
ciendum. In parte vero parentes colere, ac carminibus quæ diligenter enumeran-
tur canere præcipit. Quibus legibus quasi instructus, ad sublimiora trãsit mysteria,
tabernaculo diuina sibi virtute proposito. Tabernaculum autem erat templum inau-
dita quadam varietate pulcherrimum,propylea,columnæ,cortinæ, mensa & cande-
labrum & turibulum, altare ac propitiatorium, & quod intra sanctum est adytum
impenetrabile. Quorum omnium dispositionem ac pulchritudinem, partim ne me-
moriam fugiat,partim vt etiam posteris miraculum subappareat,non picturæ trade-
re,sed materiali ædificatione immateriale illud exemplar diuino consilio splendidis
acceptis materijs imitari compellitur. Fuit igitur plurimum aurum in columnis cir-
cunfusum, & cum auro argentum cacumina & bases eorum exornabat,vt varietate
coloris, sicuti arbitror, magis fulgerent. Sed æris quoque materia non inutilis visa
est, capita enim & bases columnarum ex ære factæ sunt. Cortinæ porro atq; tento-
ria,totiusq; templi septum,& super columnas extẽsum tectum omnia per textoriam
artem conueniente singulis attributa materia conficiebantur. Alijs ex hyacintho,&
purpura erat tinctura,& igneus cocci rubor,splendor quoq; byssi natura ipsa perdu-
ctus ac sine arte confectus color. In alijs linũ,in alijs capilli, prout texturæ vsus pete-
bat, assumebantur. Sed rubricatæ quoq; pelles nonnunq̃ acceptæ sunt. Verum hæc

poste

A posteaquam de monte descendit per ministros secundum expositum sibi exemplar Moyses construxit. Tunc autem cum in illo adhuc absque manu constituto templo esset, quibus sacerdos vestibus quando in templi penetralia intrandum erat vteretur, de interiore simul atque exteriore amictu leges posuit, initium non ab interiore, sed ab exteriore faciens: superhumeralia varijs coloribus, quibus tentorium ornabatur, ac insuper auro distinxit. Vncinos quoque fecit, & catenulas smaragdos in circulum auro connectentes. Hi lapides tum natura virides atq; fulgentes, tum sculptura mirabiles videbantur: nec ad simulachrorum figuram aliquam sculptura tendebat. Sed patriarcharum nomina sex in singulis lapidibus erant impressa: ex his ad anteriorem partem scuta quædam dependebant, & complicatæ catenæ in se permutatim in quendam numerum connexæ atq; rythmum modo rhetis, à fibulis ex vtraq; parte, desuper à scutis extensæ vt magis connexio persulgeret. In his erat ex auro fabricatus ille ornatus pectoris, in quo diuersi patriarcharum numero lapides tres in singulis ordinibus, ordines quatuor fuerunt, tribuum nomina literis exprimentes. In his erat tunica inter humeralia ad talos à ceruicibus delapsa, aptissime composita: in his erat inferior limbus, non texturæ varietate solum, verumetiam aureis appendicalis pulcherrimus. Hęc autem erant aurea tintinabula, pomaque punica vicissim dictum limbum ambeunt: ea in his erat lamina, & caputium pontificis imminēs fronti ex auro purissimo, mirabili quadam figura formata, & cingulum quo circunfusus amictus sustinebatur, & ornatus occultior. Ac cætera omnia, quæ per ænigmata in amictus specie sacerdotalem ostendunt virtutem. Hæc à deo ipso perdoctus, maiorque se ipso hac effectus doctrina, descendit à monte ad suos, vt eos eandem disciplinam doceret, & leges eis proponeret. Ferebat enim tabulas manibus, non manu factas, sed ipsius dei opus pariter tam materia, quam literæ in materia impressæ. Verum populus qui antequam legis author descenderet pietatis frenū excusserat, hanc B gratiam non meruit. Nam cum quadraginta diebus, ac noctibus nullius indigens rei, quibus hoc corpus sustentatur, immortali vita sub illa caligine Moyses viueret, quasi pueri cum pædagogi non adsunt, sic populus aduersus Aaron concitatus, impulit eum, vt ad simulachrum adorandum dux eis fieret: simulachrum autem vitulus erat. Quare offensus Moyses, perrupit tabulas, ne in homines indignos tanta res deuenirent: deinde Leuitis administrantibus, populi sanguine scelus expiauit. Simulachrum contriuit, deum ab ira sua propitiauit, & sic rursus quadraginta dierum spacio tabulas à deo impetrauit: quas ipse quidē composuit, deus aūt perscripsit. Sic igitur postquam diuino exemplari tabernaculum ipsis ædificauit, propylea cuncta interiora, thuribula, altare, candelabrum, propitiatorium in adytis sacerdotij, ornatum varium, sacrificiorum modum, alium in purgationem, alium in agendis gratijs, alium ad auertenda mala imminentia, alium ad expianda peccata. Hæc omnia postquam optime perfecit atque constituit, suorum perpessus inuidiam est. Soror enim Maria diuino fratris honore commota, nōnihil locuta est, cui diuina ira commota velocem intulit punitionem. Qua in re mirabilis clementia, inauditaq; mansuetudo Moysi visa est. Non enim solum iratus inuidenti non fuit, sed deum etiam orationibus sorori propitium reddidit. Cum vero multitudo voluptate victa, carnes edere desyderaret, meliusq; se in Aegypto vixisse, vbi carnibus abundabat, qua cœlesti cibo in deserto prædicaret. Tunc deo Moyses rem commisit. Deus vero mira multitudine aues per statiua Iudæorum circunuolantes gregatim sic immisit, vt aucupium esset facillimū. Quarum carnium nimium repleti, in morbos deciderunt, mortuiq; non pauci fuerunt: quæ res residuis exemplo ad modestiam fuit. Exploratores deinde ad promissionis terram mittūtur, qui reuersi non idem omnes, sed multi pene impossibilem esse transitum nuntiauerunt. Vnde rursus multitudo aduersus Moysen commota fuit, multiq; desperarūt se posse illuc peruenire: qui omnes diui

no

no iudicio condemnati, non viderunt, quod se posse videre desperarunt. Proficiscen
tes autem per desertum, cum rursus aquę penuria premerentur, nec vllam miraculo- C
rum dei tenerent memoriā, tam aduersus deū, quam aduersus Moysen impie cōcla-
mabant. Tum Moyses quoq; ipse visus est propter perfidiam dubitasse, verūtamen
ex acrotomo illo lapide rursus fontes aquarum mire produxit. Paulo autem post
Aegyptiacam vitam, & ventris nimiam repletionem iterum expetierunt. Quam ob
rem serpētes venenosis morsibus diuinitus eis immissi: Cumq; plures hoc modo in-
dies perirent, diuino nixus consilio Moyses, æs in serpentis confudit figuram, quam
in tumulo quodam imposuit: iussitq; vt quicūq; serpētis morsu laborarent, in æreū
serpentem aspicerent, atq; ita pestiferum ex morsu serpentum morbum fugauit. Im-
mittebantur enim ex visu, quasi antidota quædam in corpus, quod serpentum vene-
na imbecilliora reddebat, quàm vt possent homines occidere. Rursus populo in eum
seditione insurgente, ac nonnullis in seipsos transferre sacerdotalem dignitatem co-
nantibus, Moyses quidē pro peccantibus orabat. Deus vero non vt ille orabat, sed vt
iustum erat hiatu terræ omnes seditiosos, qui in Moysen insurrexerunt, absorbsit.
Qui autem sacerdotij cupiditate exarserunt, igne cremati circiter ducenti & quin-
quaginta exemplo suo cæteros castigarunt. Verum vt crederent non ab hominibus,
sed à deo sacerdotij gratiam concedi, virga literis à quo esset ablata significante per
vnamquamq; tribum assumpta est, quas in templo Moyses apposuit: ac postero die
sententiā de sacerdotio dei oībus ostendit: sola enim Aaron virga floruit, fructumq;
edidit. Nux autem erat fructus, quod quidem miraculum, etiam infidelibus maxi-
mum omnium visum est. Stupentibus scilicet quomodo siccū ac leuigatū lignū, tam
paruo tēporis spacio arboris naturā suscepit atq; pfecit. Nam pro vligine terræ, pro
cortice, pro humore, pro radicibus, & ramis, diuina virtus ei suffecit. Procedebat de-
inde vlterius cum populo Moyses, edixitq;, regiam (vt dicitur) viam esse custodien- D
dam: ne videlicet ad dextram vel sinistram declinarent, neue quicquam habitātium
ea loca arriperent. Coloni autem locorum parum his contenti a transitu prohibe-
bant, sed pugna victi concesserunt inuiti, quod sponte dare noluerant. Post hæc Ba-
lach Madianitarum gentis magnæ princeps, affiniū exēplo perterritus, non ab alijs
principibus, nec armorum & exercitus, sed à Balaam augure quodam, qui magicis
artibus ac dæmonum inuocatione claruerat, famaq; de ipso erat sæpius ciuitatibus
etiam ingentibus suis artibus nocuisse, auxilium petijt. Is cum ad regem Balach iter
faceret, asinæ voce non prosperam eam sibi viam fore instruitur, & visione quadā
quid faciundum esset didicit: ac demum in locum maledictionis magicæ tales de Iu-
dæis misit voces, vt verba eius aperte essent diuinationes. Ita Balach vincitur, sed po-
pulus in bello victor non parua ex parte luxuria vincitur. Tunc Phinees zelo virtu-
tis vno ictu tam Iudæum, quam alienigenam mulierem in ipso impudico actu con
fodit: quo facto diuina in eos, qui peccauerunt, ira cessauit. His ita gestis ascendit in
altum Moyses montem, & procul repromissam maioribus suis terram speculatus,
humanam vitam exiuit, ita vt nihil in terris huius migrationis suæ signum relinque
ret. Mirum autem est, quod nec formæ, nec pulchritudinis suæ quicquam, nec ex fa
cie sua resplendentem gratiam, nec oculorum aciem, vel temporum quibus cum ho
minibus erat, spatia vel labores comminuerant, sed vno eodem modo virtutes corpo
ris atq; sensuum in eo semper viguerunt. HAEC quidem sunt, quæ de illo viro ab
historia diuina percepimus: quæ cursim narrata iam tempus est proposito nostro
accommodare, vt videamus veteris scripturæ historiam ad perfectam vitam multū
conducere. Cum masculinam Iudæorum prolem tyranni lex occidendā statuit, tunc
Moyses nascitur. Quonam igitur pacto dicet quispiam, si tunc forte à tyranno lex
aduersus infantes lata est, cū Moyses in matris ventre ferebatur, huiusmodi ergo par
tum imitari potero? Nec enim in potestate hominis est, cum voluerit nasci. Sed hoc

literalis

A literalis sensus historiæ est, quę vt ad mores accommodetur altius intelligenda. Cun
cta ergo quæ in mutatione ac fluxu posita sunt, nunq̃ firma manent, sed alterũ ex al
tero gignitur, & aut ad melius, aut ad peius semper exitus fit. In hominibus autẽ car-
nalis hæc & perturbationum plena dispositio, quæ tyranno ac hosti humani generis
placet, ac ideo eam fouet vitaq; donat per muliebrem sexum ostenditur. Virilis vero
partus hosti contrarius ac suspectus virtuosam vitam significat. Est autem vita hu-
mana mutationi semper supposita. Quare oportet, cum non sit æterna, & immutabi
lis, semper nasci. Sic autem nasci non aliena fit appetitione, nec extrinsecus, vt in
corporali natiuitate, sed electione propria vnusquisque nascitur. Vnde fit vt nos ipsi
patres simus nostri, qualescunque nos volumus electione gignentes, & aut marem
aut fœminam, vitij ac virtutis ratione fingentes. Itaque licet nobis profecto, cum au
diamus quanta hostis noster afficitur mœstitia masculinæ prolis, id est virtuosi viri
natiuitate, licet inquam nobis mares nos ipsos gignere, ac parentibus nostris, cogita-
tionibus scilicet bonis, quæ virtutem pariunt afferre: iucunda enim est cogitatio vir-
tutis. Quæ voluptas facile facit, vt in virtute perseueremus, vt contra tyrãnicas etiam
leges atque instituta viuamus. Id igitur ænigmate historię veritas nos docet, vt omni
diligentia studeamus in hoc partu qui in nobis est, ita nasci, vt hosti nostro partus no
ster molestus sit: nemo enim hostis mœstitiam affert, nisi ea signa ostendat quibus
ille victum se possit cognoscere. Est autem eiusdem voluntatis masculam edere pro-
lem, ac eam conuenienter nutrire, & quo modo in aquis saluari possit prouidere.
Nam qui hosti partus suos interficiendos condonant, hi nudos filios fluctibus expo-
nunt. Fluctum autem aquarum hanc vitam dico, in qua perturbationibus alternis
multi obruuntur. At vero cogitationes rectæ rationesque, virilis partus parentes, fi-
scella muniunt quos genuerunt, ne vndarum impetu confringantur atque submer-
gantur. Est autem veluti virgulis diuersis compacta fiscella, doctrina vt arbitror ea,
B quę multis atque varijs disciplinis in vnum collecta, super fluctus huius vitæ fert, ne-
que immergi patitur, sed impetu exagitata, tandem ad ripam extra huius vitæ turba
tiones animum educit. Natura quidem ipsarum rerum ita fieri crediderim. Videmus
enim re ipsa, si quis turbini ac procellis humanæ vitæ resistit, nec se obrui patitur, cũ
à corrupta hominum societate ac vita, tanquam onus graue rejici, atq; repelli: quam
qui effugit, vagitum imitetur Moysi, nec lachrymis parcat. Lachryma enim fidelis
quædam custos eorum est, qui veram quærunt virtutem. Quod si regis sterilis filia,
doctrina videlicet exterior, quæ semper parturit, & nunquam viuum educit partum,
quæ nullum vnquam tantis laboribus cõdignum fructum produxit, quæ vterum in-
flat quasi aliquod viuum prolatura, & tandem imperfecta & inania semper suo abor-
tu edit, in filium adoptauerit, eo vsque se falsæ matris filium vir bonus profitebitur,
quousque imperfectior atque tenerior ætas sit. Qui vero ad maiorem iam ætatem
peruenit, cum pudebit eius se falso filium appellari, quæ naturaliter sterilis atque ina
nis est, nisi tandem vera foueatur doctrina. Quare tantum Aegyptiorum assidebit
reginæ, quantum opus erit ad hanc inferiorem doctrinam percipiendam, ne omni-
no expers humanorum præceptorum esse videatur: deinde ad propriam matrem
totus recurret, quam vel quando sterilis reginæ filius putabatur, non omnino reli-
querat. Id enim mihi videtur historia nobis significare cum asserat matris pro-
priæ lacte Moysen enutritum oportere. Vel cum exterioribus in tenerioribus an-
nis dati sumus, ecclęsiæ lacte nutriri, mores, consuetudines, exquisitamque viuendi
normam, quibus altius animus ascendit, perdiscere ac obseruare. Inimici autem duo
inter se colluctantes Hebræus atque Aegyptius, inter quos medius factus Moyses,
cum eos conciliare non potuisset, Aegyptium interfecit, Pietas sunt atque impie-
tas. Primam scripturæ sacræ per Hebræum significatæ instituunt, alteram secula-
ris ac exterior doctrina nugis suis insinuat; quam qui Moysem imitatur vno ictu
reductan

reluctantem occidit, nec aduersus pijssimam fidem insurgere ipsam patitur, quan- C
quam etiam latius id accipere pro omni virtute ac vitio possimus. Est enim quasi
medius inter iustitiam ac iniustitiam, luxuriam atq; modestiam, humilitatem atq; su
perbiam, cæteraq; huiusmodi propositus homo. Docet igitur nos exemplo suo Moy
ses radicitus tollenda esse vitia, virtutem autem tanquam naturæ nostræ consentane
am amplectendam esse atq; fouendam. Rixa vero quæ inter Iudæos facta sedari à
Moyse non potuit, nostroq; sunt de dogmatibus ecclesiæ colluctationes, quas si sic
sedare non possumus, vt iniuriãtem deprimamus, fugiendum protinus ad sublimio-
rem, sacramentalemq; doctrinam, ac alienigenæ rursus, si res ita cogit, id est sæculari
doctrinæ parumper cohabitãdum, vt prauos pastores à puteis expellamus, versutos
videlicet hos malignosq; doctrinæ professores, qui rerum scientia ad ignorationem
creatoris abutuntur. Quibus repulsis sic viuemus vt pugnãtibus non misceamur, nec
perturbemur reluctatione multorum. Sed motus animi omnes tanquam oues pasto
ri, sic rationi obtemperantes gubernabimus, qua quidem in norma viuendi perseue-
rantibus, mirabili suo veritas splendore nobis apparebit, animiq; oculos subaperiet
atq; illuminabit. Deus autem est veritas, quæ tũc in vepribus moysi visa est, ad quam
nos adducit recte viuendi ratio, & pertubationum animi propter veritatem repulsio.
Quæ quidem veritas non de cœlo illucescit, ne à stellis defluxa lux videatur, sed ab
rubo, ipsoq; spinoso, ab humanitate videlicet saluatoris effulgens, ad cognitionem
sui per euangelicam nos tubam reuocat. Hinc etiã mysterium illud virginis figuratũ
esse, quis non viderit? Ab ea nanq; deitatis lux assumpta carne illuxit hominibus,
eamq; omñi modo incorruptam seruauit, virginitatis viriditate nullo pacto commu-
tata. Quæ quidem lux cum nobis illuxerit, primo docebit quid faciundum sit, vt pos
simus ad veritatis radios accedere. Quod calcei soluendi, eijciendusq; sit vndiq; oĩs
amictus pelliceus ac terrestris & sordidus passionum æstus, vt ipsius qui est, cognitio
possit suscipi, quæ opiniones de eo qui nõ est, falsas penitus repellit. Hæc enim est (vt D
ego sentio) veritatis diffinitio, firma eius qui est intellectio, falsitas enim est phanta-
stica quædam circa id, quod non est comprehensio, quasi subsistat quod non est. Ve-
ritas autem est eius, quod vere est, firma intellectio. Longis autem spacijs temporũ
altiori per quietẽ animo meditari oportet, vt firmiter intelligere possis, quid sit quod
vere est, quod natura sua est, quid quod non est, quod solum esse videtur, cum per se
atq; naturam suam minime subsistat. Mihi enim videtur magnus ille Moyses ea in
visione didicisse nihil earum rerum, quæ aut sensu comprehẽduntur, aut mente per-
spiciuntur, præter supremam essentiam, quæ omnium causa est, & à qua omnia de-
pendent, vere subsistere. In nullo enim cæterorum impendentia perspici potest, ita
quod absq; participatione veri entis possit esse. Solum id eodem modo semper se ha-
bet, nunquam augetur, nunquam minuitur, æqualiter ad omnem mutationem, tam
ad peius, quam ad melius immutabile: peius enim ibi aut malum non est, melius in-
ueniri non potest. Quare solum, nulla re alia indiget, & solius cuncta indigent: solũ
cuncta appetunt, solo cuncta participant, & quæ participant per participationem &
sunt, & bene sunt. Quod autem participatur, nunquam imminuitur. Id igitur profe-
cto est, quod vere est, & huius veri entis intellectio, ad quam tunc accesserit Moyses:
& nunc quicunque, sicuti ille à terrestri se ac pelliceo absoluit amictu, diuinam ex ru-
bo lucem prospiciẽs, quæ videlicet ex carne nos illuminauit, quæ est lux vera, & ipsa
veritas, vt euangelium dicit, tunc talis efficitur, vt alios quoque in libertatem vendica
re, tyrannidis iniustum principatum deponere, seruientes denique ipsos in terram re
promissionis reducere, cõmutatæ dextræ & virgæ in serpentem versæ auxilio, id est
fide incarnationis verbi coadiutus. Nam si Moyses his nixus miraculis à seruitute ty
ranni Hebræos liberauit, non iniuria incarnationis mysterium, quo & diabolus depo
situs, & humana natura liberata est, per hæc arbitramur significari: præsertim cum
tam

A tam prophetica, quam euãgelica authoritas ad hanc nos inducant sententiam. Pro-
pheta enim dicit: Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Nam & si natura diuina nullo pa-
cto mutari queat, in eo tamen quod ad assumendum hominem descendit, imbecilli-
tatemq; nostrã vere suscepit, cõmutata dicit: & sicut Moysi manus e sinu educta visa est
cõmutata, rursumq; in sinũ reducta in naturã suã reducta est. Simili quoq; mõ vnige-
nitus dei filius cũ in sinu patris est, dextera excelsi est: cũ vero e sinu patris ad nos vi-
sitandos descendit secundum nos factus, quamuis immutabilis sit ipse natura, com-
mutatus tamen dicitur. At vero postquam morbos nostros sanauit, naturamq; no-
stram in sinum suum reduxit (sinus autem filij pater est) tunc ipse non mutatus: quip-
pe qui impassibilis atque incommutabilis est, mortalem hanc & corruptibilem natu-
ram in immortalitatem atq; immutabilitatem conuertit. Virgæ autem in serpẽtem
cõuersio, neminem christianorum cõturbet, quoniam ad incarnationem verbi à no-
bis accommodatur. Nam & animal id quamuis parum accommodari sacris myste-
rijs posse videatur, ipsa tamen euangelica veritas hanc imaginem non omnino con-
temnit: cũ dicat, sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic filium hominis exal-
tari oportet. Cuius ratio patet: nam cum diuinæ literæ peccati patrem serpentem no-
minent, profecto quod à serpente natum est, serpens est. Quam ob rem peccatum pa-
rentis sui nomen merito suscepit, serpensq; iure appellatur. At vero dominum pro-
pter nos peccatum esse factum, Apostolicus sermo testatur: Suscepit enim mortalita-
tem nostram, qui peccando mortales facti sumus. Si peccatum serpens est, dominus
aũt peccatũ factus est, patet q̃ l sequit: nam q peccatũ factus est serpẽs factus est, & id
propter nos, vt Aegyptios serpentes, qui per magos viuificari videntur, cosumat &
destruat, quo facto rursus in virgam vertitur, qua delinquentes castigantur, & conso-
lantur, qui arduam ac difficilem virtutis pergunt viam, baculo fidei optima spe in-
B nixi. Est enim fides rerum quas speramus subsistentia, quas quicunq; mente conce-
pit, quasi deus eorum fit: qui veritati resistentes carni ac falsis rebus attendũt, quibus
inane quoddam esse videtur, eum audire qui est. Ait enim Pharao, quis est cuius vo-
cem exaudiam? nõ cognosco dominum, solum autem putatur honorabile ac iucun-
dum, quod terrestre atq; carnale est, quodq; corporis sensus nimia voluptate titillat.
Qui vero lucis splendore corroboratus est, ingentesq; hinc vires & authoritatem in
aduersarios cepit, is sicuti Athleta satis exercitatus confidenter ac magno animo in
hostem descendit, Virgam illam in manu retinens, fidei videlicet ensem, quo serpen-
tes Aegyptiorum consodiet, atq; vincet. Sequetur autem ipsum coniunx alieniges-
na, humana videlicet hæc eruditio, cuius sunt nonnulla ad liberorum procreationẽ
vtilia. Moralis enim naturalisq; philosophia coniungi potest profecto sublimiori
vitæ, charissimaq; coniũx eius ac socia fieri, dum eius partus nihil alienigeni sceleris
secum adducat. Quod nisi quis circuncidat atq; auferat, mortis periculum angelus
obuiam factus incutiet, quem vxor Moysi tũc placauit, cum ablatione præputij, quo
alienigenæ cognoscuntur atque contaminantur, mundum filium suum effecerit.
Quod quidem ænigma historiæ facile quis per ea, quæ dicta sunt ad christianæ virtu-
tis, pietatisq; incrementum adaptare poterit. Habet enim philosophia seculi, partus,
humanaque disciplina carnale quoddam præputium, quo circunciso quod relinqui-
tur, Israeliticæ inuenitur esse nobilitatis, vt exempli causa, immortalem esse animum
philosophi perhibent, id pium est. De corporibus in corpora transire volunt, & de ra-
tionali natura etiam in rationis expertem transilire nonnulli asserunt, hæc quasi præ-
putium circuncidenda sunt, proculque omnino abijcienda. Deum esse non negant,
creatoremque omnium à quo cuncta dependeant vere asseuerãt, ac rationibus quan-
tum fieri potest demonstrant, sed creatori materiam veluti egenti artifici supponũt,
multaque alia huiusmodi sunt veris excogitata rationibus, sed absurdis atque falsis
oppositionibus maculata, quæ si tollemus propitius nobis dei angelus fiet, horum

dogmatum partu,tanquam non diuino & ab ecclesia christiana alieno exultans. Sed
repetamus hęc breuiter, vt videamus quo pacto fraterna nobis suffragia subueniãt. C
Primum igitur in initio ipsius vitæ, cum virtuose viuere Moyses maluit,quam regi-
næ filius absq; virtute nũcupari,bellicosus quidam casus,ac militaris ei occurrit,Ae
gyptio ad Hebręum,ac rursus Hebręo ad alium sui generis insurgentibus. Deinde cũ
iam omni numero virtutis,longaq; præmeditatione exercitationeq;, ac demum di-
uinæ lucis visione à terrenis in altiora fuit eleuatus,placabilis & optata fratris sibi oc
cursatio facta est,diuinitus vt ei obuiam veniret excitati. Nam profecto si tropologi
ce id accipimus,tunc manifeste diuinum ad virtutem nobis patrocinium concedi re-
periemus,cum virtuose iam ac pie vixerimus:quod quidem patrocinium prima ge-
neratione & creatione nostra antiquius est: prius enim creatum,sed tunc apertissime
apparet,cum nos ipsos attentione ac cura meliori vitæ tradiderimus, ac pro zelo fi-
dei & virtutis certamina suscipimus grauiora. Verum ne ænigma historiæ per æni-
gmata exponi videatur,latius quod sentio explanãdũ est. Occultior quædã traditio
est:verus sermo ad nos vsq; descendit, quo creditur postea, quàm in peccatũ natura
nostra lapsa est,non omnino à clemẽtia diuina neglectam,neq; absq; suo patrocinio
demissam, sed angelorũ qui natura incorporei sunt, aliquẽ in adminiculũ cuiq; con-
stitutũ fuisse,naturæque nostræ corruptorem in oĩbus contra annitentem,prauũ ali-
quem atque maleficum dæmona ad male viuendum homines impellentem ad sin-
gulos destinasse. Horum aũt medium factum hoĩem,quorum alter virtutis præmia
(quæ spe atque fide præparãtur) cogitationibus offert: alter titillationes & volupta
tes carnis suggerit,animũque suum,quasi speculum bonorũ,quæ firmæ spei nostræ
proposita sunt, effecerit, ita vt mentis oculo oblatas diuina gr̃a virtutis species queat
recipere. Tunc ei manifestius fratris adminicula vndique apparent, secum aduer-
sus hostes armati:frater enĩ quodãmodo hominis animo angelus est, rationali quip D
pe ac intellectuali natura secum annectuntur,qui tunc maxime nobis assistere videt
cum Pharaoni appropinquamus. Nemo autem historiæ veritatem per omnia nos
cogat ad propositum accommodare:nec siquid non consentaneum huic tropologiæ
in historia veniat, idcirco vniuersam hanc intelligendæ scripturæ viam aspernetur
atque contemnat,sed recordetur ab initio statim nos dixisse magnorum virorum
vitas ad exemplum, & imitationem diuinitus nobis esse propositas. Itaque cum per
earundem rerum seriem,per eosdem vitæ casus,aut materiem minime possimus eos
imitari,quomodo enim iterum in Aegypto eo pacto erit populus? aut quomodo ty-
rannus muliebrem prolem viuificare,masculinã occidere reperiet? cæteraq; omnia
quæ historia conscribit,vbi quis inueniet? nullibi profecto. Quare quoniam eisdem
in rebus beatos viros imitari non possumus, ad moralem vitam ab historica serie
omnia traducamus,quæ bene viuendi rationibus congruunt. Potuit enim profecto
deus ad posteriorum perfectionem priscorum vitam in exemplum altius intellectũ
accommodare. Quare si quod historiæ dictum non omnino proposito conuenit,id
prætermittentes,ne series expositionis intercidatur, quę idonea sunt coniungemus.
Hæc dixi ne quis mihi obijciat,congrue quidem hic, pro Aaron fratre Moysi maio-
re,angelum custodem nobis diuinitus datum nos subintellexisse: nam & prior natu
ra angelica est,& intellectuali ac incorporali,cum humano videretur animo cõueni-
re,nec dubitare se auxilio nobis maxime tũc esse,cum aduersus incorporales hostes
insurgimus, non tamen recte pro hoc, quasi fratre nobis angelo semper Aaron ca-
pi posse. Nam cũ Aaron dux Hebræis ad idolatriam fuisse videtur,vt historia tradit,
quomodo eum pro duce pietatis angelo positũ ab historia credendum est? Hoc igi-
tur prętermittendum forsan erit,si omnino accommodari non possit:quamuis ange
li quoque nomen,vt & fratris ad vtranq; partem à scriptura positũ inueniamus: nõ
enĩ dei solũ, verũ etiã Satanæ angelũ dicimus:nec bonũ tantũ,sed etiã prauũ fratrẽ

A nominamus. Fratres enim inquit scriptura sint in necessitatibus vtiles, in meliorem hic partem fratris nomen accipiens, in peiorem autem accipit, cum dicit: omnis frater calcaneo supplantabit. verum exquisitius hæc in loco suo consyderabimus. Qui autem visione diuinæ lucis seipsum corroborauit, ac talē fratrem adeptus sit, qui sibi adesse in periculis non timeat, is iam confidenter populum alloquatur, & in memoriam paternæ nobilitatis adducat, sententiamque dicat, quomodo fimum ac lateres aliosq́ꝫ seruiles labores effugere poterit. Sed diligenter aduertendum oro, ne nos fugiat, quod apertissime historia ipsa prædicat. Videmus enim Moysem antea, quàm perfectiore se virtute firmauerit, duos inter se contendentes homines conciliare nequiuisse. Postea vero cum sibi ipsi longo temporum spacio vacauerit à multis hoīm milibus facile in protectorem recipi. Magna igitur voce scripturę authoritas clamare videtur, non insiliendum esse, ad docendam instituendāq́ꝫ multitudinē, nisi prius magna diligētia magnisq́ꝫ laboribus eā fueris authoritatē adeptus, vt auditores versbis tuis facile acquiescant. Cum igitur sententiā Moysi populus cōprobasset, libertatisq́ꝫ desyderio exarsisset, incitatur tunc hostis, & maiore labore ipsum cōprimere conatur. Quod re ipsa hodie fieri videmus. Nam multi, ne omes dicam, eorum qui sermonem de libertate receperunt, ac prædicationi euangelicæ paruerunt, ad hunc vsq́ꝫ diem à tyranno ac hoste humani generis multis ac grauibus tentationibus comprimuntur, quibus multi meliores firmioresq́ꝫ in fide facti sunt, tanquam aurum igne, sic doloribus cōprobati. Nonnulli vero (piget dicere) frangūtur aduersis, maluissetq́ꝫ dicunt non audisse veritatis & libertatis sermonem, quam ea de causa tam multis laboribus incidisse. Id ipsum tunc quoque fiebat Hebręis ex pusillanimitate, libertatis ministros accusantibus: sed non cessabit ideo prædicatio ad libertatem & veritatem nos reuocans, etiam si multi, quasi pueri atq́ꝫ infantes tentationes pertimescant. Tyrannus enim ac hostis noster humanæ naturæ deprauator, semper studet, ne ad cœ-

B lum oculos eleuare possimus, sed in terram continuo inclinati lateres in ea ex luto faciamus. Nam quicquid in hac vita inuenitur, quo quis materialiter ac sensualiter fruatur, id aut ex terra est, aut ex aqua, siue ad ventrem, siue ad diuitias pertinens. Horum autem elementorum mixtura lutum fit, quo repleti, qui ad lutosas has inhiant voluptates, nunquam se plenos retinere possunt, sed quamuis semper se impleant, semper tamen vacui sunt. Nam quemadmodum laterum fictor aliud atq́ꝫ aliud lutū formæ qua lateres figurat imponit, adeo vt forma plena semper & vacua semper iusti dici possit, quoniam cum hoc receperit atq́ꝫ firmauerit, nullus amplius vsus ipsius ad hoc est, sed ad aliud ad quod vacua est: Sic appetēdi vis si quis eam his terrenis cupiditatibus replere studeat, & si quod indies cupit assequatur, eoq́ꝫ se repleat, vacua tamē semper est, cum ea quæ habuit respuat, & in aliud atq́ꝫ aliud cōtinue feratur. Nec finis miserrimi ardoris cupiditatum esse potest, nisi quis carnalem vitam repellat. Paleæ vero quas lateribus immiscere coguntur, iam à sacratissimo euangelio & diuinæ apostoli tuba quid significent expositum est. Materiam enim ignis per culmos & paleas ostendi confirmant, quam quidem materiam ignis is sibi præparat, qui terrenis obruitur voluptatibus. Verum quando aliquis eorum, qui virtutis præstantia excellunt, à seruitute ad libertatem submersos in vitiis homines vendicare conatur, tunc cauillatoris, qui variis, vt apostolus ait, aduersus animas nostras vtitur viis, contra diuinam institutionem cauillationes fraudulētas inducit. Hæc dico ad Aegyptios dracones respiciens, qui varias fraudes artis diabolicæ ad perniciem hominum excogitatas significant, quas virga Moysi destruit atq́ꝫ consumit, incarnatio videlicet verbi sicuti iam diximus. Qui autem hanc virtutis ac fidei virgam habet, quæ cū virga veritatis sit, diaboli fraudulentas virgas consumit: vla recta consequēter ad maiora procedit miracula, quæ quidem miracula, non vt terreant audientes, sed vt prosint credentibus fiunt. Nam eisdem miraculis hostes expugnātur, fideles muniuntur, deiici

untur alieni,eriguntur noſtri,illi cõminuuntur,nos augemur.Sed primum generali
ter quid hæc miracula intendant,quomodoq; fiant perſtringamus,deinde facile ſin C
gula ſpeculabimur.Veritatis igitur hæc ſumma doctrina,ad diſpoſitiones hominũ,
qui eam audiũt commutari videtur. Nam cum æqualiter omnibus quid appetendũ
& quid fugiendum ſit benigne oſtendat, is in luce ambulat,mentẽq; illuminatã ha-
bet,qui auſcultat & paret.Qui vero reſiſtit, & veritatis radios ad animam ſuam non
intromittit, is in tenebris ignorantiæ permanet. Quapropter non eſt incredile nihil
mali ſenſiſſe Iudæos,quamuis vna cum Aegyptijs qui vexabantur habitarent: nam
idipſum altius intellectũ hodie quoq; fieri videre licet.Non enim ignoramus in ma-
gnis pſertim ciuitatibus in contrarias de veritate opiniones multitudine diuiſa, alijs
lympidas aquas atq; potabiles eſſe, quæ quotidianis prædicationibus,ſcripturęq; vo
cibus in anima ſua ſcaturiunt. Alijs(quoniam peruerſis opinionibus Aegyptiorum
imitantur maliciam)in ſanguinem corruptum euangelij atq; prædicationis ſuauiſſi
mus potus conuertitur:& quod peius eſt ſępenumero fraudulenta hæc Aegyptiorũ,
id eſt non credentium perfidia ſalſitatis macula in Hebræorum ſanguinem potum,
aut conuertit,aut conuertere nititur.Conantur enim friuolis vtentes,vaniſq; ratiun
culis nobis oſtendere lympidas aquas noſtras tales non eſſe,ſed nunquam id facient.
Nam & ſi aquarum ſuperficiem quaſi rubeam apparere cauillationibus efficiant,bi-
bet tamen Iſrael, id eſt dei populus aquã veram:nec etſi veriſimiliter arguere aduer-
ſarij videãtur, cõmouebitur.Sic pro ranarum quoq; ſpecie deformi atq; loquaci,cui
dubia vita(nã & aquaticum & terreſtre id animal eſt)cuius ſaltus repens, cuius aſpe-
ctus turpiſſimus,cuius e corpore intolerabilis fœtor emittitur:q̃d domos, lectuloſq;
ipſaq; penetralia Agyptiorũ ſordidat,& Hebręorum vitam non maculat, varios ma
liciæ corruptioniſque fœtus, qui ex fœtido hoim corde,quaſi ex putrido limo naſcũ
tur,intelligimus. Hæc immunda ranarũ multitudo,domos eorũ qui Aegyptiace, id
eſt vitioſe viuere maluũt,habitat. In menſis eorum abundat,in lectulis aſſidet,in abdi- D
tis eorum oibus atque reconditis rebus inuenitur:vere nanque ſordida, luxurioſaq;
vita ex corrupto, fœtidoq; limo paſſionũ profecta,dubiũ quoddã animal eſt, aqua-
ticũ.ſ.atque terreſtre.Homo natura eſt qui ita viuit,electione vero pecus,pecudeque
ſordidius. Vnde fit, vt dubium quoddam animal hac vita efficiamur. Nam q naturã
reſpicit,homines:qui vitam conſyderat,non homines,ſed ex brutorum gñe nos ipſe
putabit:cuius qdẽ bruti ſigna tam in vniuerſa domo, quàm in ſingulis inuenias par-
tibus.Nam & in muris & in aulis diuerſæ ad luxuriam animi picturæ,& in vaſis ſcul
pturæ impreſſæ nequitiam prædicant, quibus cogitatio ad cupiditates ſuas reuo-
catur,vituperoſi ſpectaculi viſione, ad animam vſq; paſſionum æſtu perueniente,ne
ſcilicet cupiditatum ardor extinguatur, aut retundatur. Similiter ſi menſas,ſi lectos
voluptuoſi corruptique hominis conſyderabis,id ipſum inuenies. Quod ſi recondi-
ta abditaque hominis huiuſmodi non dico vaſcula, & capſulas (multis enim ea pa-
tent, nec aliena ſunt à turpitudine vitæ) ſed occulta mentis & animi perſpicere pote-
ris,iam vero accumulatarum ranarum putredinem reperies fœtidã. At modeſti ho-
minis etiam oculus mundus eſt,& hęc quæ ad luxuriam incitant ſpectacula reſpuit.
Menſa quoque ſimiliter communis ac tenuis,non magna carnium aut piſcium one
rata cõgerie.Quod vero induratum adeo tyrannum fuiſſe dicitur, non te perturbet,
neque idcirco neqtiæ ſuæ pœnas euaſiſſe ipſum putes, quoniã diuina potentia quaſi
coactus peccaret.Simile nanque id ei eſt,quod diuinus Apoſtolus de ijs,qui conuol
uuntur in turpiſſimis nephandiſſimiſque luxuriæ vitijs dicit.Quod ſicut non proba
uerũt impij deũ habere in notitiam,tradidit eos deus in paſſiones ignominiæ. Nam
& verba ſcripturæ,quaſi diuinitus eos impulſos,ad libidinem ac ignominiæ paſſio-
nibus traditos ſonare videntur.Nec tamen turpitudini deus quenq̃ tradit, nec Pha-
rao nolens ab ipſo deo in induriciẽ impellitur, nec vita ranaꝝ à virtute cõformatur.

Nam

A Nam si dei voluntate atque impulsu ita fieret, nec turpitudinis & vituperationis hæ
passiones appellarentur, nec vlla esset inter virtutem & vitium differentia. Verum cũ
alius hanc, alius illam eligat vitam, & hic virtuose, ille vitiose viuere malit, non iure
altiori cuidam necessitati, sed voluntati singulorum viuendi normam attribuimus.
Quomodo igitur vituperationis quisq̃ passionibus à deo tradat, ipse Apostolus aper
te nos docet, qui non probauit deum habere in notitiam, is cum à deo non defenda-
tur, ne gratia eius vnde omne bonum est sustentetur, (nec enim defendit deus nolen
tem cognoscere) is inq̃ ab eo turpitudini tradi dicitur. Nam quemadmodum si quis
de homine qui in foueam decidit, quoniam solẽ non vidit, idcirco in foueam ipsum
incidisse asseueraret, nullo nobis modo in mentem veniret ab irato sole in foueam
ipsum depulsum, sed statim intelligeremus ideo in foueam lapsum, quoniam cęcita
te sua solis lucem aspicere non potuit: sic oportuit scripturæ quoq; huiusmodi locos
accipere. Indurauit igitur deus cor Pharaonis, non quia diuina volũtas duriciem in
animũ eius induxerit, sed quia cũ ipse vitiose viuere maluerit, non suscepit rationem
qua induratum in vitio cor permollitur. Sic virga quoq; Moysi apparens in Aegy-
pto, Hebræos à ranis mundat, Aegyptios ranis replet. Verum cum etiam pro Aegy-
ptijs manus Moyses extenderit, tunc & ipsi ab huiuscemodi abominato ranaʀ mor
bo liberantur. Quod ita fieri videmus in hac vniuersignis hoim à diabolo liberatio-
ne: nã qui prauis cupiditatibus, quasi ranis immundis tabescunt, si ad verum legisla
torem Christum respexerint, & eum manus in cruce extendisse vere crediderint, fa-
cile à cohabitatione ranarum liberantur, mortificato morbo huiusmodi ac putrefa-
cto. Quippe cum liberatus ab his prauis cupiditatibus homo fit, atq; hos serpentinos
animi motus omnino eiecerit, tunc delictorum quæ pestifera cupiditate victus com
miserat, acerba nimium ac fœtida fit recordatio, amaritudinem ex pudore ingentem
B inferens, vt ad eos Apostolus ait: qui repudiata male viuendi consuetudine virtutem
complexi sunt, quem igitur fructum in his habebatis, quorum nunc vos pudet? Hoc
pacto etiam intellige per virgam Moysi Aegyptijs quidẽ atrum & tenebrosum aera
esse cõfectum. Hebræis vero eundem eodem in tempore atque loco radijs refulsisse.
Quare sententia nostra maxime comprobatur, quod scilicet non cogens quædam di
uinitus vis, alios hominum in tenebris cespitare facit, alios in clara luce versari, sed
in nobis ipsis atque intrinsecus, in nostra potestate, voluntate, electione, tenebrarum
ac lucis causas homines possidemus vt nunc videntes, nunc cæci, prout volumus cer
te fiamus. Nam etiam secundum historiam non muri, non montes, non alia huius
Aegyptijs radios solis auferebant, sed æqualiter quidem sole omnia perlustrante Iu-
dæi luce diei fruebantur, Aegyptij autem videre non poterant. Sic luculenta splendi
daq; via virtutis æqualiter oibus proposita, alij male agendo vitioʀ tenebris obcęcan
tur, alij virtutis lumine resplendent. Quod si postq̃ triduo Aegyptij tenebris labora-
runt adapertis per poenitentiam oculis ilico viderũt, non iniuria, præsertim cum pal
pabiles illæ tenebræ tam verbo, q̃ sensu, peccati ac ignorantiæ tenebris conueniant.
Hanc à peccato libertatem nostram à crucifixo factam, tenebrasq; ignorantiæ mor-
te ac resurrectione ipsius repulsas ab historia significata crediderimus maxime cum et
ibi Moyses pro Aegyptijs qui sensibilibus tenebris laborabant, & hic Christus pro
peccatoribus, qui delictorum tenebris obfuscãtur, manus extenderit. Puluerẽ aũt de
camino sumptum, qui turgentia vlcera doloresq; intolerabiles Aegyptijs inferebat,
ipso noĩe camini admoniti gehennę ac ignis illius cruciatũ significasse credimus, qui
quidẽ ignis solos vexat Aegyptios, id est vt sæpius diximus male viuentes, & exten-
sionem manuum Christi non adorantes. Si quis vero vere Israelita est, nepos Abra
hæ qui illius vitam fide ac opere imitetur, is ignem illum non sentiet, extensione ma
nuum Moysi, id est Christi liberatus. Scynifes vero illos qui occultis morsibus Aegy
ptios exagitarũt, caninasq; muscas, quæ corporibus mordendo figebant, locustasq;

agrorum omnium vastitatem inserentes, & fulmina simul cum grandinis lapidibus C decidentia non erit profecto difficile si quis dictorũ seriem sequitur conuenienter ad nostrũ propositũ vt decet accõmodãre, q̃ quidẽ oia Aegyptiaca vita quærit & eligit, dei aũt infinita iustitia secundũ singulorũ merita infert peccantibus. Non decet historiæ literã ita sequi vt deũ putemus cruciatus causam, sed vnũquenq; sua electione sibi dolores pparasse ac fecisse credere debemus, vt etiã Apostolus ab hmõi hoiem dicit, quod secundũ duriciem tuã, quia cor tuum non pœnitet, irã tibi in die iræ ac reuelationis & iusti iudicij dei cõgregas, qui vnicuiq; tribuit iuxta suorũ operũ merita. Nã quemadmodũ si praui ac perniciosi humores in pcordijs ac intestinis lateant, non accusatur medicus quod eos ipse fecerit, si arte ipsos in cutem vt appareant traxerit, sed effecit quidẽ illos inordinata diæta, traxit autem in manifestius non imperitus medicus, sic cum dolores, ac cruciatus hominibus à deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipsis initia & causas earum vexationum fuisse. Qui enim bene vixit, huic non tenebræ, non vermes, non gehenna, non ignis, non aliud vllum & nomine & re terribile imminet, sicut ipsa quoq; testatur historia. Nam cum in eodem simul Hebræi cũ Aegyptijs essent loco, cruciabãtur Aegyptij, Hebræis nihil sentientibus. Quare manifestum est nihil harũ pœnarum absq; nostra electione ac voluntate posse consistere. Sed pergemus ad reliqua, si prius id prædictis addiderimus: quod sicut Moyses, sic quicunq; illũ zelo virtutis imitatur, cum longis magnisq; bene viuendi exercitationibus seipsum confirmauerit, & superiore visione animum suum vallauerit atque muniuerit. Tunc magnam iacturam putabit si eiusdem naturę homines peccato seruiant, dabitq; operam dux eis ad libertatem fieri: cumq; ad ipsos accesserit comparatione ac propositione peiorum, ingens libertatis desyderium in animos suos immittet, ac demum iam e malis educturus primogenitis Aegyptiorum omnibus mortẽ inferet, nec enim alia ratione ac via Aegypti effugere vitam possibile est. Sed hic mu- D ltis dubitatio accidit, quo nam pacto historia defenditur, ne iniusta (vt dicunt) diuina sententia videatur: iniuriantur enim aiunt Aegyptij, & pro illis modo nati pueri puniuntur, & quomodo imperfecta ætas, aut boni aut mali differentiam nouit? nonne vita infantium extra malignam omnem perturbationem est? nesciunt ad dextrã aut sinistram declinare, ad solam nutricem respiciunt, si quicquam dolorem infert, non se parant ad defensionem, sed ploratu solum ac lachrymis dolorem significant: si quicquam quod natura appetit nanciscuntur, subridendo voluptatem ostendunt. Cur igitur paternæ prauitatis subeunt supplicia? vbi iustitia? vbi pietas? vbi Ezechiel clamans, anima quæ peccauerit ipsa morietur, ne patris delicta suscipiet natus? Quomodo igitur historia rationi aduersa est? Sed quid mali eis contigit, si vitam patrum iniquam pueri effugerunt, & patres dolore immaturæ mortis suæ admonuerunt? quamuis multa quoq; priscis illis temporibus, quæ non magis propter præsentes sub quibus fiebant, quam propter futuros ad quorum vtilitatem altius reductam intelliguntur facta fuisse, nõ dubitauerim. Quid ergo hac historiæ figura docemur? quod oporteat primas cogitationes & prima peccandi initia, & vias primas radicitus tollere. Nam qui principia destruxit, is totum nequaquam admisit. Sic & dominus ipse magna voce per euangelium clamat, primogenita iubens Aegyptiorum interimere, cum aperte imperet nos expauescere adulterij maculam, ac cædis scelus, cupiditate ac ira penitus extinctis: nunquam enim aliquid horum oriri potest, nisi alterum ex ira, alterum ex cupiditate nascatur. Qui primogenitum interimit, is partum quoq; qui ex primogenito nascitur simul interimit. Sicut in occidendo serpente, qui caput oppressit atque percussit, is totum quod à capite trahitur corpus mortificauit, quod minime vnquam fieri poterit, nisi sanguis in ostijs infundatur, qui percussorẽ facile repellit. Id ergo vtrũq; in vnum complectamur: sic enim rectius, ac exquisitius exponetur. Primogenitorum nece & postium per sanguinem custodia discimus & il

linc

line primas vitiorum appetitiones tollẽdas, & hinc primum vitiorum aduersus nos
A aditum per verum agnum repellendum esse intelligamus: non enim ingressum per-
cussorem eijcere, sed ne omnino subingrediatur cauere lex iubet. Cautio autem &
custodia tuta est, vt agni sanguine superliminare simul & postes perungamus, ita per
ænigmata nos ea lex instruit, seculi quoque doctrina philosophatur. Nam animam
in rationale, concupiscibile, ac irascibile philosophi partiuntur, quorum duo postre-
ma irascibile dico & concupiscibile subesse aiunt, ac vtrinque rationale sustinere: ra-
tionale vero vtrisq; innixum vtraq; cõtinere, & ab vtrisq; sustineri, vt ad fortiter qui-
dem agendum per iram excitetur, ac roboretur, ad boni autem fruitionem concupi-
scentia efferatur. Quousq; igitur anima hoc ordine seipsam tutatur, rectis cogitatio-
nibus quasi quibusdam clauis, hunc istorum trium ordinem conseruans, alterum
ab altero quo ad virtutis cultum coadiuuatur: ratio enim irascendi & cupiendi vim
ad bonum dirigit, & ab illis vt diximus corroboratur. Si vero is ordo conuersus fue-
rit, & quod superesse debet subijciatur, & cupiendi ac irascendi vis rationem de loco
suo deiectam conculcet, tunc percussor ingreditur, tunc nulla sanguinis vis ipsi resi-
stit, nihil enim fides in Christum his prodest, qui peruersione huius ordinis corrum-
puntur. Primo enim superliminare inungendum, deinde vtrunq; postem tangendũ
sanguine iubet. Quomodo igitur poteris rationem primum Christi fide communi-
re, cum eum supra quærere iubearis, si supra eam in loco suo non inuenies, nullo cer-
te modo. Nec te turbet, quod primogenitorum cædem Aegyptijs illatam, & sangui-
nis effusionem atq; inunctionem à Iudæis factam in vnum contulimus, vnus enim
atque idem homo & Aegyptius & Iudæus varietate viuendi & varia voluntate acele
ctione intelligitur. Itaque si virtuosus esse velit, vitiorum radices enecet necesse est, &
adytum sanguine, id est Christi fide inungat, vt tuta virtus perficiatur, ad quem qui-
B dem spiritalem legis sensum quæ sequuntur mirifice congruunt. Iubent enim nu-
trimentum assumendum esse, id est corpus vnde sanguis effusus est, quo repellit Ae-
gyptiorum percussor, si auditus nostros, id est tres illas animæ vires illo signatas per-
spexerit. Accedit quod edendi modum non remissum quendam tradit, vt in conui-
uijs fieri solet, vbi conuiuæ sedent, manibus liberis, & pedibus non ad iter calceatis,
& ad hæc effusis induti vestibus. Sed contra quasi ad iter pedes iussit comedendo ha
bere duris calceis calceatos, cingulo sustineri ac comprimi vestem ne effundatur, ac
in manibus baculum teneri, quo canes arceantur. In hac itaq; dispositione festinãter
agnum comedere iubentur, non operosa coquorum arte præparatum, sed igni vt cõ
tigit assum, quod vero comedere non possunt, id quoniam osseum est, igni tradere iu
bentur. Ex quibus omnibus manifestum est altius quoddam, hoc comedẽdi modo
voluisse legislatorem nobis ostendere. Quid enim si rectus, an sedens? si vt ad iter cal
ceatus an aliter? si festinanter an mature? si baculum manibus teneas, an non? Quid
inquam ad virtutem colendum, aut fugiẽda vitia, quod maxime latores legum respi-
ciunt, hęc afferunt? profecto nihil. Cur igitur ita iussit fieri? nisi spiritalem sensum se
quamur, nullã idoneam sufficientemq; caussam poterimus vnq̃ inuenire. Quare pa
tet etiã à nomine (transitum enim comestionem illam appellauit) quid illis rerũ inuo
lucris voluerit significare, monet enim per hæc ænigmata, vt consyderare ac intelli-
gere velimus trãsitum quendã esse hanc vitam nostrã. Nam posteaq̃ ingressi ad eam
sumus, necessitate quadam ad exitum semper cõpellimur, ad quem præparatos nos
esse vult pedibus & manibus, reliquoq; ad iter apparatu. Ne igit̃ spinis in hoc arduo
viuendi itinere pedes lædantur, non nudis pedibus, sed durioribus calceis communi
ti itinerare debemus. Spinæ autem, quæ pedibus infixæ non solum retinent, retar-
dantque, verum etiam enecant, peccata sunt, à quibus durities calceorum defendit:
continentissima videlicet tenuis ac dura vita, quæ debilitat atq; frangit spinarum acu-
mina, qbus à paruo tenuiq; principio ad interiora vsq; ad peccata sic ingrediuntur vt
penitus

penitus occidant. Ad hanc vitam faciendam, talaris vestis & effusa, id est voluptuo-
sa, & vitiosa viuendi ratio, quæ latissime patet, nimiumq; effunditur impedimẽto est. C
Quare cingulo quodam sursum trahenda est & coartanda, ne huc atq; illuc circun-
fluat. Cingulus vero modestia est, & diligens viuendi ratio, quæ nos monet ad neces-
sitatem, nõ ad voluptatem rebus vti. Quod autem pro modestia cingulum capiatur
etiam membra corporis, quæ cingulo connectuntur testimonio sunt: baculus vero,
quo & feras repellimus, & nonnunquam sustentamur, spes est. Hac enim sola indu-
cimur, vt labores simul & dolores sufferamus: hac fessos animos recreemus, hac fit,
vt ardentius plerunque in latrantes canes, alienas videlicet à veritate bestias insurga-
mus: hac armati longe illas ab ouibus nostris arceamus. Ex igne autem solum cibus
nobis propositus est: quoniam fides, quæ per cibum illum significatur ardentissima
esse debet, nihil humidum, aut labile, ac fluens possidens, sed firma ac stabilis, ex qua
comedemus quãtum nobis possibile. Osseum autem ac durum nobis igni tradimus,
quod vt quale sit inspiciatur. Illud teneamus, duo esse diuinorum præceptorum ge-
nera. Nam alia huiuscemodi sunt, vt possibile nobis sit ea plene intelligere, probabi-
lemque de ipsis reddere rationem. Hæc non ignauiter, nec quasi coacti pertractare
debemus, sed vt famescentes comedunt, cum desyderio scilicet & libenter, vt ad bo-
nam nobis hic cibus valetudinem animę possit prodesse. Alia sic latẽt vt duriora sint,
quàm vt vel plene intelligere, vel reddere rationem queamus: vt si quis quæreret, quę
nam sit substantia dei, quæ sit necessitas eorum quæ fiunt, aliaq; quamplurima quæ
curiose multi quærunt. Hæc oia spiritui sancto relinquemus, qui dei profunda inue
stigat & scit, vt apostolus ait. Nam ignem pro spiritu capi plerunq; in sacris literis,
nemo lacte ipsarum nutritus negabit. Hoc est etiam quod sapientia monet, altiora te
non quæras, id est noli ossa Christi conterere, non enim eges scientia ipsorum. Sic
educit ab Aegypto Moyses populum, & quicunque eius vestigia sequitur. Hoc mo- D
do ab Aegyptiaci peccati tyrãnide omnes liberat, qui ei parent. Oportet autem nos,
qui talem ducem sequimur, non omnino pauperes esse, nec diuitarum Aegypti ex-
pertes: nec penuriam eorum pati, quæ alienigenis pulchra sunt, sed mutuo ab ipsis
accipere, ac apud nos retinere. Quod præcepto Moysi tunc in Aegypto populus fe-
cit, non quia precia magnæ, longæq; seruitutis exigenda putaret: non enim in men-
dacio exigenda erant. Mendacij quippe reus est, qui non restituit aliena, quæ restitu-
endi fide interposita sibi commissa sunt. Sed quia nos ea re instruere volunt non esse
negligenda bona indigne ab alienis possessa. Indigni possessores auri atque argenti
erant Aegyptij: decipiuntur ab Hebræis mutuo petentibus, quæ redditum non erant,
vt quæ dei sunt ab indignis auferant ipsi, deo postea ad constructionem tabernaculi
oblaturi. Quo Hebræorum facto nos monemur, non esse negligendas doctrinarum
diuitias, quas gentes possident: Moralem, Naturalemque philosophiam, Astrono-
miam, Geometriam, Musicam, Dialecticam, cæterasque scientias, quibus alieni ab
ecclesia florent, accipere ab illis, ac illos abutentes priuare si possibile est, & in melio-
res vsus transferre iubemur. Quando autem Moyses circa construendum hoc in lo-
co moratur, diuinitus sibi dictũ affirmat, quid tu ad me clamas? Quam ob rem mo-
net, vt ego arbitror, sonoram esse illam vocem, & vsq; ad diuinas aures magnitudine
sua peruenire, quę non contentione clamoris, sed puritate cordis sua meditatione cõ
cipitur. Ei autem qui sic ad dominũ orat, paruum iam frater afferre auxilium posse
videtur. Frater dico ille qui descendenti à monte Moysi deo ita disponente, obuiam
fuerat progressus, quem diuinitus datum homini angelum diximus. Sed ab ipso
deo mirifice, à tyrannis ac hostis humani generis insidijs homines eruuntur. Nam
qui Aegyptum fugiens, Aegyptios iam fines fide transiuit, si tentationum æstum
extimuerit, ab ipso deo petendam esse sibi salutem, à duce instruitur. Cum enim vn-
dique circundatus inimici viribus sit, tunc necessario (non enim datur alius exitus)
mare

A mare diuinitus ita scinditur, vt per illud ambulare possit, ad quod nubes, id enim du ci nomen, ductu suo deducit, qua quidem nube spiritus sancti gratiam multi etiam ante nos significare recte asseuerarūt: à spiritu enim ad bonum reducimur, spiritum qui sequimur, aquam pertransimus. Spiritus iter ad se per aquam præparat, Spiritu libertas confirmatur, Spiritus is, qui nos in seruitutem trahere conatur, aqua conteri tur. Hæc qui audit, aquæ sacramentum non ignorabit, in quam fidelis cum vniuerso nostri hostis descendens exercitu, solus emergit, inde hostibus detentis atq; oppressis aquatquis enim non videbit equos Aegyptiorum, sagittarios, funditores, armatos, equites ac pedites, currus, vniuersamque ipsorum potentiam varias esse animi passiones, quibus seruituti homo subijcitur? Quid em ab illo Aegyptiorum exercitu ira effusa, voluptas effrenata, dolor immoderatus, auaritiæ fœditas, differt? Nōne quasi hasta tremens iræ impetus est? Nonne quasi effrenati equi huc & illuc currum trahē tes, nimiæ voluptates animum vexant? erant etiam cristatæ vt historia tradit in curri bus tres videlicet in singulis bellatores, quibus tripartitam animi potestatem intelli gi credimus, rationalem scilicet, concupiscibilē, irascibilem, has tres potentias depra uatas. Quæ omnia eorumq; affinia cum duce suo, vna scilicet cum fideli, in aquā baptismatis incidunt, natura vero aquæ, præcedente virga fidei & potestate, illuminantis ducentisq; nebuiç, spiritus videlicet sancti, fidelibus quidē q ad eam refugiūt vitā præstat, persecutoribus asst mortem infert. Quare illud quoq; ab historia discimus, quales nos post aquæ transitum esse debeamus: nihil enim ab exercitu hostis, qui nobiscum in aquam incidit, nobiscum attrahendū cum emergimus est. Nam qui cum hostis egressus ab aqua simul est, is quoniam in aqua hostem non submersit, sed viuum inde secum eduxit, etiam post aquam in seruitute remāsit. Ita tale quid est, vt latius explicetur, quod oporteat omnes qui sacramentalem baptismatis aquam transeunt, vniuersum vitiorum exercitum in aqua occidere, vt auaritiam, rapacem men-

B tem, luxuriā, libidinē, superbiam, elationem animi, inuidiam, cuncta hæc & his similia. Nec solum effectus vitiorum, sed animi motus, atq; perturbationes, quæ hominum naturā quodammodo consecuntur, in quātum possibile est, in aqua submersas relinquere debemus. Nam sicut etiam in pasca dixit (id enim est nomen hostiæ, cuius sanguis mortem ab vrēte repellit) azymos panes edere iubet. Azymum autem est quod fermentum, rem tēpore rancidam, secum immixtum non habet. Quo pacto docuit, ne vitiorum reliquias, sequenti post fidem vitæ immisceamus, sed quasi ab alio initio viuere incipiamus, peccandi seriem ad fidem vsq; continuatam dirumpentes: ita hoc in loco Aegyptum omnem, id est, omnem peccandi speciem in aqua submergendam re ipsa instruxit, vt inde soli absque peccato emergamus. Quod historiæ factum tunc legimus, enectos scilicet in aquis hostes, & Iudæos inde solos euasisse. Sed multi vel ignorātia præceptorum longius, vel temeritate ac inconstantia, sordidum prioris vitæ fermentum in posteriorem vitam traducunt, & feros Aegypti milites post baptismum secum adducunt. Nam qui rapina ditati sunt, aut periurio prædam possident, aut adulterio vxores duxerunt, aut aliquid vetitum ante baptismi donum commiserunt, si lauacri gratia ab his se peccatis liberatos putant in iniuria permanentes, vehementer errant, nec possunt intelligere duris nimium se dominis, quasi nexos inseruire: Crudelis enim domina ac rabiosa luxuria est, libidine quasi stimulis seruilem mentem exaguans. Alia non minus crudelis domina auaritia: quippe nullam vnquam requiem seruientibus ei præbere solet, sed quanto plura diei ac noctis laboribus & cruciatibus imperio dominæ quæritant, cupiditatemque suam explere conātur, tanto magis anguntur, quasi nihil fecerint, magisque inanes ac famescentes reperiuntur. Eodemque modo cætera vitia dominantur. Quibus qui seruit quamuis in aquam descenderit, nondum tamen in ea quidem sententia sacramentalem tetigit aquā, cuius propriū est perniciosi tyranni ac exercitus sui destructio. Sed

peosequamur ordine cętera vt incepimus. Nam qui mare id, quod intelleximus iam
pertransiuit, & Aegyptium vidit in aquis extinctum, non solum ad Moysen virtutis C
virgam gerẽtem eespicit, sed principaliter quidem in deum credit, vt historia tradit.
Obtemperat etiam Moysi diuinæ maiestatis cultor, quod nunc quoq; ab his fit qui
per aquam vere transierunt, qui seipsos deo dediderunt, & sacerdotibus suis obtem-
pecant. Iter post hæc Iudæi tribus peregeeunt diebus, castrametatique in quodam lo
co fuerunt, vbi aquam reppererunt amaritudine nimia nequaquam potabilem. Sed
lignum à Moyse in aquam Immissum in dulcedinem amaritudinem eius cõuertit.
Huic historiæ res ipsa, quã spiritualibus accidere Iudæis videmus, optime congruit.
Nam qui voluptatibus in baptismo eenũtiauit, quibus in peiore vita seruiebat, ama-
rum atque aeduum Christi iugum ei primo videtur, sed lignũ quoddam immissum,
id est resurrectionis mysterium, quod per lignum, per crucem videlicet Christi, qui
in cruce mortuus est, id Inquam resurrectionis mysterium toto corde admissum at-
que creditum, suauioeem reddit vitam, quæ secundum Christum est, omnibus quæ
dulcedine sensum perfundunt, spe futurorum iucundissime conditam. Deduxit eos
postea illud iter ad loca palmis consita & fontibus amœna, quibus in locis fessi requi
erunt. Erant autem duodecim quidem fontes aquæ lympidæ, atque dulcis. Palmæ
vero septuaginta magnitudine mirabiles specie, pulcherrimę, fructu perutiles. Quid
igitur hoc historiæ discimus ordine? quod scilicet crucis mysteriũ quo potabilis vir
tutis aqua sitientibus fit, ad euangelicã nos adducit doctrinam, in qua fontes quidẽ
duodecim sunt ipsi Apostoli: duodecim enim ad prædicandũ euãgeliũ dominus ele
git, per quos euangelij sonitũ emanare voluit. Nam quod apostolis concessam diui-
nitus gratiam psalmista multo ante cecinit, vbi dicit in cantionibus benedicite domi
num deum ex fontibus Israel. Septuaginta vero palmæ post duodecim discipu-
los ordinati apostoli sunt, qui tot numero fuerunt, quot palmas fuisse narrat histo-
ria. Verum quoniam quæ deinceps naerantur mansiones, per ea quæ diximus faci- D
les sunt intellectu: virtutes enim mihi significare vidẽtur, in quibus qui nubẽ sequit,
castrametatur & requiescit brevitatis causa sponte trãsgressus, mieaculi non obliui-
scar illius, quo dura & solida lapidis natura in aquarum conuersa molliciem potus
sitientibus facta est. Quamuis nõ sit difficile anagogicæ speculationi seriem histociæ
adaptaee atque cõnectere. Nam qui Aegyptiũ in aquis mortuũ dereliquit, & amaea
ligno crucis dulcia sibi confecit, & abũdanter ex fontibus apostolicis bibit, is iam to
tũ Christũ suscipit. Lapis eñ, vt Apostolo placet, Christus est, siccus & durus nimiũ
infidelibus, cui si qui virgam fidei adducant, potus fit sitientibus intro in ipsos fluẽs
atq; manens. Ego eñ & pater meus, inqt, veniemus, & mansionẽ in ipso faciemus.
Illud vero prætermittendum nullo pacto est, quod postea q̃ maee transierunt, postea
q̃ amaritudo aquarum sitienti virtute ligni in dulcedinem conuersa est, postea q̃ deli
tiose apud fontes & palmas fuerunt, postea denique q̃ ex lapide biberũt, tunc quæ ab
Aegypto viatica & cibos sibi assumpserunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutri-
mento quod ab Aegypto ferebãt absumpto, desuper sibi defluit cibus varius simul &
simplex. Simplex visu atque vnicus, qualiter varius? ad singulorũ cupiditates se ver-
tens, qd igitur hinc discimus? quod oporteat videlicet fide, baptismate, labore, omni
virtute, omni euangelica doctrina, mundos pueosq; animos nostros facere, ita vt o-
mnino alienigeni mores, & Aegyptiaca vita, vitiorũ scilicet omnium turba nos defi
ciat, & demum depurato, defecatoq; animo cœlestem cibum esse suscipiendum, quẽ
nulla nobis satio agriculturæ artibus pduxit. Sed panis est abq; semine, absq; arati-
one, absq; alio humano opere nobis paratus. Is desuper defluẽs in terris inuenitur: pa
nis enim qui de cœlo descẽdit, qui verus cibus est, qui ænigmatice hac historia signi
ficatur, non incorporea quædam res est. Quo enim pacto res incorporea corpori ci-
bus fiet? res vero quæ incorporea non est, corpus omnino est. Huius corporis panem
non

A non aratio,non satio,non agricolarum opus effecit,sed terra intacta permansit, & ta
men pane plena fuit,quo famescentes mysterium virginis perdocti facile saturãtur.
Is igitur mirabilis sine agricultura panis varietate qualitatis ad suscipientium habitu
dinem virtutem suam cõmutat. Nam cum sit panis ignorat labefieri, sic in carnẽ vers
ti,nouit olus imitari:quicquid denique assumenti cõueniens & expetitũ sit, vt Aposto
lus vult,qui hanc nobis mensam pręparauit, in id commutatur. Sic enim diuinus ille
vir perfectioribus solidorum,& in caruis speciẽ hunc cibũ fieri docet,infirmioribus
olus,infantibus lac. Quæcunque aũt de cibo illo narrat historia, præcepta, statutaque
sunt ad bene recteque viuendũ: æqualiter enim oĩbus propositũ fuisse cibũ asseuerat.
Nec plus aut minus,quàm indigẽtia exigebat, à validioribus aut imbecillioribus col
ligebatur: quod meo iudicio præceptio quædam est, omnes communiter instruens,
ne plura quàm naturæ sufficiant causa viuendi ex his materialibus appetamus. Sed
probe teneamus vnam esse communem in omnibus edendi mensuram, diurnam
sufficientiam. Nam si etiam plura,q̃ indigentia flagitat p̃parata fuerint, venter tamẽ
vltra naturã suam suscipere non potest, neque p̃parationis magnitudine correspõdet.
Sed sicut historia tradit,nec q multũ acceperit superabundauerit, cũ habuerit vbi su
perabundans locauerit, nec qui paucũ collegit, indiguerit: contracta enim indigentia
cõmensurataque ad acceptũ fuit. Quod vero si qs stulta cupiditate deponẽdi quicquã
ex illo cibo in crastinũ deposuerit, totũ in vermes cõmutatum fuisse dicit. Quasi tuba
quadã ea re historia intonuit, omne q̃d vltra indigentiã mente auara conseruat, in
sequenti die, in futuro videlicet seculo in vermes aduersus eos, qui conseruarũt cõmu
tatur. Ita per hunc vermem illũ ego immortalem vermem intelligo, qui plus haben-
di cupiditate viuificatur. Die aũt sabbati solum illęsum, quod deponebatur permane
bat. Qua ex re tunc hac deponendi superfluitate prouida mente vtendum docemur,
B quando ipsum depositum corruptionem pati non potest. Id enim post huius vitę pa
rasceuen in quiete, quæ post mortem est, vtilissimũ erit: dies namque ante sabbatũ para
sceue, id est p̃paratio ad sabbatũ, & est, & appellatur. Hæc vero p̃parationis dies hæc
vita est, in qua præparamus, quæ ad futurã vitã nobis præsto erunt. Nam in illa non
agricultura, non mercatura, non militia, non quicquam horum, quę hic facimus, no
bis concedetur. Sed in quiete omnium, quæ hic agimus ac cessatione, versabimur,
fructus duntaxat operum quæ hic seminauimus colligentes, fructus iucundissimos
quidem, si huius vitæ semina bona erant, amaros autem atque perniciosos, secun-
dum quòd hæc agricultura nobis produxit. Nam qui in spiritu seminat, inquit, vi-
tam æternam ex spiritu metet, qui in carne seminat, corruptionem metet ex car-
ne. Præparatio igitur quæ ad melius est, sola proprie parasceue nominatur: & ita no-
men eius à lege constituitur, cuius depositum incorruptio est. Si quis autem in peius
deponit, nec est, nec dicitur præparatio: bonorum enim priuationẽ nullus iure præ-
parationem, sed præparationis casum nuncupabit. Idcirco solam ad melius prępara
tionem, historia nobis proposuit, contrarium eius inquirenti prudenter relinquens.
Verum quemadmodum cum conscriptus exercitus fuerit, primum commeatus pa-
ratur, quàm in expeditionem exeat, eodem modo virtutis quoque milites primum my
sticum commeatum accipiunt, & sic aduersus alienigenas exeunt, Iesum qui Moysi
successit ducem possidentes. Vides qua serie historia procedit? vides quomodo no-
stro cuncta proposito congruunt? Quousque imbecillis homo in fide est, pernitio-
sa tyranni seruitute oppressus, non ipse se ab hoste tutatur: nec enim potest. Sed qui
semper infirmis adest, qui crebris hostem ac magnis vulneribus potest fundere, is
pro suis pugnat, is hostem submergit, is suos defendit. Cum vero in libertatem iam
vendicatus homo fit, cum ligno amara in dulcedinem aqua versa refocillatus fuerit,
cum fontiũ & palmarũ amœnitate requieuerit, cũ lapidis mysterio sitim expulerit,
cum denique cœlesti cibo fuerit vsus, tunc non per aliũ fugat hostes, sed quasi qui iam

puerorum

puerorum ætatem excesserit,& in iuuenum robur peruenerit, ipse pro seipso manus
cum aduersario inserit,duce vsus non Moyse dei cultore,sed ipso deo.Lex quæ in fi C
gura futurorum & vmbra data est, inexpugnabilis in veris certaminibus est, in qui
bus dux est,qui Moysi successit,qui legem adimpleuit,qui vel nomine ipso ducis He
bræorum multo ante prædicatus est. Populus autem si quidem eleuatas legislatoris
manus respicit,vincit facile hostes.Sin vero depressas,cedit hostibus. Significat autē
manuum Moysi in altum sublatio, legis in altissimos sensus accōmodationem, de
missio humilem,terrenam,literalemque legis obseruationem. Quod vero sacerdos
graues Moysi manus sustinet auxilio vsus cognatione sibi cōiuncti, neque alienū est
à sensu altiore,quem sequimur.Verum enim sacerdotium concessæ sibi gratiæ auxi
lio vtens,sensum legis duricie Iudaici cordis in terram deiectum in altum rursus re
ducit,& ne omnino cadat lapide sustentat,vt rectior per extensionem manuum con
sistens,sensum spiritalem suum respicientibus ostendat. Nam vere ijs,qui in legem
respicere possunt,crucis mysterium vndique fere patet,vt euangelium quoque dicit,
iota & apicem à lege non præterire,transuersam lineā & perpendicularem, ac rectā,
quibus figura crucis describitur,per Iota & Apicem ostendens. Quæ res in Moyse
tunc conspecta,qui pro lege ipsa ponitur,victoriam respicientibus præbuit. Sed ite
rum continuis progressionibus nostra mens ad sublimiora extollitur. Nam qui ci
bo refectus est,& in prælio fortiter gessit hostesque deiecit, is tunc ad ineffabilem dei
cognitionē adducitur.Docet igitur nos his omnibus historia,quot quantaque opor
teat agere ante,quàm ad montem, hoc est ad cognitionem dei mentem erigere aude
amus,antea,quam in caliginem ingrediamur vbi deus est,ante,quam diuina præce
pta tabulis impressa suscipiamus: & si alicuius peccato confringantur, alias manu
confectas deo afferre ac dei digito rursus eas in ipsas literarum figuras cælare, quæ
in primis fuerant.Sed melius est ad historiæ ordinem anagogicum sensum accom D
modare.Nam qui ad Moysem nubemque respicit, quibus duobus ad virtutem ho
mines deducuntur, vt sit moyses quidem pro lege legisque præceptis, nubes autem
dux legis cū mūdo corde in aquis tyrannū interfecerit,cū aquas amaras biberit,alie
nam à voluptatibus vitam vixerit, quæ amara & difficilis primum,deinde facilis ac
iucunda gustantibus immissione ligni videtur.Cum palmarum,ac fontium amœni
tate,euāgelicæ scilicet doctrinæ fluentis labores depulerit, si aqua viua quæ lapis est,
videlicet Christus sitim sedauerit,si cœlesti cibo seipsum repleuerit,si insertis mani
bus cum hoste vicerit.Quam quidem victoriam extensio manuum Moysi,per quā
mysterium crucis figuratur,præstitit.Quo mysterio verus Israel quoq; vincit.Cum
hæc omnia peregerit,tunc demum ad speculationem supremæ naturę adducitur,ad
quam non animi tantum &corporis aspersionibus quibusdā depurgati,sed vestium
quoq; deducit mundicies, vt scilicet non occulta solum, verum etiam manifesta &
apparentia decora ita fiant,vt interiori animi dispositioni conueniāt.Non enim ve
stium macula,ne ad deum ascendamus vnquam vetabit, sed studia, quæ in hac vi
ta suscipimus quasi vestes sunt,quibus homo induitur.Hęc igitur studia & hos ami
ctus non turpes,sed purissimos esse decet.Hac re diligenter facta, armentisq; bruto
rum longe à monte pulsis,sic ad altissimas ascendit speculationes. Qua ex re, vt ego
arbitror,illud nobis significatur, quod debeamus hāc ex sensu factā cognitionem,
cum qua intelligibile contemplamur,omnino contemnere: proprium enim naturæ
brutorum est ex sensu solo absque intellectus operatione aliqua gubernari: nam aut
visus,aut auditus,aut aliorum quispiam sensuum,non voluntas,neque ratio appeti
ones brutorum mouet.Quare motus sui omnes, & opera sensuum sunt. Speculatio
autem qua deum contemplamur,nec visu,nec auditu quantum in se est,indigetne
que consueta quadam comprehensione,intellectioneq; percipitur:oculus enim non
vidit,nec auris audiuit:non est enim quicquam eorum,quæ in cor hominis ascende
re

A re consueuerunt. Quare oportet, si quis ad contemplationem eius accedere velit, ab omni sensuali & irrationali motu mentem suam permundaret: ac ita cũ omnem opinionem, quæ ex sensibus originem habeat, ex mente abstruserit, consuetudineq; coniugis suæ caruerit (coniunx vero hic sensus intelligitur, qui cõiunctus naturæ nostræ nobiscum habitat) Hac igitur cum caruerit, sic deniq; poterit ad montem accedere. Mons autem arduus vere ac ascensu difficilis, Theologia est: cuius vix multitudo ad radices peruenire potest. Si quis vero Moyses est, poterit etiam altius ascendere, soni tusq; tubarum magis ascendendo maiores sentire. Est autem tuba non paruum stuporem per auditum efficiens veritatis prædicatio, magnum quidem statim ab initio sonans, magis autem atq; magis in vltimis intonans. Insonuit lex & prophetæ diuinum incarnationis mysterium: sed imbecilliores erant illæ primę voces, quàm vt possent duros commouere. Auditus idcirco Iudæorum surditas, tubarum sonum minime suscepit. Sed prophetarũ tubæ paulatim procedentes, sonantius cecinerunt. Nam vltimæ voces, quæ euangelica prædicatione factæ sunt, auditum commouerunt, spiritu sic per organa vehementius in posterioribus intonante. Organa vero ac instrumenta vnum sonum spiritualem edentia, Prophetæ atq; Apostoli sunt: quorum sonus, vt Psalmista dicit, in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum. Quod vero multitudo vocem illam audire non potuit, sed commisit Moysi, vt ipse per seipsum secreta illa perciperet, populũq; postea doceret, quæcunq; diuina doctrina didicerit, id quoq; in ecclesia fieri totum videmus: non enim permittitur omnibus ad mysteriorum cognitionem seipsos intrudere, sed eligitur vnus e multis diuinarũ rerum capax, cui cęteri auditum cum obedientia præbeant, illud sibi credendum faciendumq; putãtes, quod ab eo qui initiatus est audierint. Non omnes, inquit, apostoli sunt, sed prophetæ omnes: quod hodie in multis ecclesijs parum seruat. Nam multi cũ adhuc prioris vitę maculã nõ absterserint, ipsi illoti, ac amictu vitæ sordido vestes,

B irrationalem sensum in omnibus pluris facientes, diuinum hunc ascensum rapere audent, vnde ipsi suis cogitationibus, quasi lapidibus obruuntur. Nam hæreticorum opiniones lapides quidã sunt, quibus prauorum inuentores dogmatũ obruuntur. Quid autem significat, quod in caliginem seipsum prius Moyses intromisit, deinde in ea deum prospexit? Contrarium enim id quodammodo videtur primæ visioni: nam tunc in luce, nunc in caligine deum videt. Sed id quoq; à serie anagogici sensus abhorrere non putamus: per hanc enim diuersitatem historiæ docemur, quod veritatis cognitio ijs lux est, à quibus primo percepta est. Veritatis enim oppositum tenebra est, cuius depulsio, non nisi lucis præsentia fit. Verum mens hominis ad maiora semper & perfectiora procedens, quanto magis ad dei speculationem accedit, tanto magis perspicit, quod diuina natura inuisibilis atq; incomprehensibilis est. Nam cum reliquerit non solum omnia, quæ sensu percipiuntur, verumetiam cuncta quæ mente inspiciuntur, ac semper ad interiora progrediatur, tunc caligine vndique circunseptus, in inuisibili & incomprehensibili deum videt. In hoc enim consistit dei vera cognitio, in hoc est eius visio, vt videas q̃d videri nõ possit, q̃d oẽm cognitionẽ cognitio eius excedit, quasi caligine quadã ipsa incomprehensibilitate vndiq; cõtenta. Quapropter diuinus etiam Ioannes, qui in splendidissimam hanc caliginem peruenerat, non dubitauit exclamare, deum nunquam vllus vidit: non solum hominibus, sed intellectuali omni naturæ impossibilem diuinæ substantiæ cognitionem hac negatione determinans. Quare Moyses etiam cũ virtutibus maior factus fuit, tunc confitetur in caligine deum vidisse, id est, tunc demum cognouisse illam esse diuinam naturam, quę cognitionem & comprehensionem omnem excedit. Intrauit enim Moyses (historia inquit) in caliginem, vbi deus erat. Quisnam deus? qui posuit tenebras occultationem suam, vt cecinit Dauid ille, qui etiam in eadem caligine initiatus est: quam qui intrauit, quæ per caliginem didicit, vt fiat firmior hæc sententia nobis di-

uina voce atq; authoritate comprobata. Vetat enim in primis diuinum præceptum, C
ne alicuius rei, quam cognoscas deo similem putes: omnis enim intellectus, qui phan
tastica quadam cogitatione, quasi coniectura diuinam naturam apprehendit, simu-
lachrum quidem dei finxit in mēte, deum autem non intellexit. Verum cum virtus,
quæ secundum veritatem est, bipartita sit, partimq; fide in deum, partim recta viuen
di ratione constituatur (pietatis enim profecto pars non parua est mundicies vitæ)
primum didicit quid oporteat de deo cognoscere: quod quidem cognoscere, nihil
aliud est, quàm nihil eorum esse deum cognoscere, quæ humana mens potest cogno
scere. Deinde aliam virtutis partem diligenter docetur: docetur enim quibus operi-
bus bene viuendi ratio perficiatur: ac demum in tabernaculū, quod manus nulla fue
rat fabricata ingreditur. Quis sequetur hunc, qui per tot tantaq; scandit? ac mentem
semper in altius extollit? qui cum in vnum cacumen ascenderit, ad alterum illud sibi
fit gradus, & illud iterum atq; iterū ad aliud, ita vt de altiori in altius semper ascēdat,
semperq; seipso fiat præstātior? Primum cum cæteri omnes ad ascensum deficerent,
radices montis solus supergreditur. Deinde tubarum sonitus auribus percepit altitu
dine montis mirabili. Ipse quoq; mirifice eleuatus, ad hæc inuisibilia diuinæ cogni-
tionis penetralia ingreditur. Nec ibi permansit, sed in tabernaculum nulla manu fa-
ctū pertransit: certe nanq; ad hunc tandem ille finem peruenit, qui huiusmodi ascen
sibus exaltatur. Sed illa quoq; sententia de cœlesti tuba ad diuinam perducēte cogni
tionem, non est improbanda, cœlum enim & omnia quæ in cœlo sunt, siue varij mo
tus, siue diuersæ magnitudines, siue splendores alius alium fulgore perstringentes,
mirabilis fabrica, sapientiam dei voce magna exclamat, maximamq; ipsius maiesta-
tem ac potestatem per ea quę videntur, enarrat. Vnde dictum est: Cœli enarrant glo
riam dei. Hæc igitur est illa tuba, quæ sonora, clara, magnaq; voce continue veritatis
doctrinam prædicat, vt propheta etiam quidam ait: Cœlum tuba desuper sonum de-
dit. Hunc sonū ex inspectione rerū oīm factū, si quis mūdus est, si quis cordis auditū D
ac ductus ipsius nō segnis recte suscipit, tandem eo mentis inquisitione peruenit, vbi
deus est. Id vero caligo à scriptura nuncupatur, quo incognoscibile ac in cōprehensi-
bile ipsius, vt diximus, significatur. Illuc aūt cum peruenerit, tabernaculum nulla ma
nu fabricatum perspicit, & imitatione inferioribus materiali ostēdit. Quod aūt, qua-
leq; est tabernaculum illud absq; manu fabricatum? quod quasi exemplar in monte
Moysi proponitur, vt ad illud respiciens manu ꝑparet, efficiatq; hoībus tantum mira
culum. Vide nanq;, inquit, vt omnia facias, secundum similitudinem, quæ tibi mon-
strata est in monte. Columnæ aureæ, basi argentea inhærentes: aliç rursus columnæ,
quarum capita & bases ex ære: quod vero inter extrema erat, ex argento erat, quibus
oībus quasi subiectum ex ligno erat incorruptibili, circū circa vero per superficiem
splendor prædictæ materiei circunfundebatur, & arca similiter purissimo auro ful-
gens: quod autem aurum hoc sustinebat, ipsum quoq; lignum erat incorruptibile.
Candelabrum deinceps basi quidem vnicum, in septem aūt ramos in cacumine diui
sum, septem lucernas per ramos sustinebat. Huius candelabri materia purissimum
erat aurum, non concauum, nec ligno sustentatū, sed solidū. Iuxta hęc propiciatoriū
erat, & altare, & quæ dicuntur cherubin, quorū alis arca adumbrabatur. Hæc omnia
ex auro erant solido, nihil aliud in seipsis habentia. Præter hæc erant coria purpureo
colore pertincta, cortynæ mira varietate distinctæ, ac inaudito contextæ artificio, di
uersis coloribus alio aliū suscipientibus ad pulchritudinem cortynarū, qbus in duo
diuidebatur tabernaculum, in partem scilicet visiblem, in quā adytum sacerdotes ha
bebāt, & in partem secretiorē atq; abditā: nomen aūt priori parti sancta erat, occul-
tæ vero parti atq; reconditæ sancta sanctorum. Sed quis omnia exquisita poterit ra-
tione spiritaliter intelligere, quæ in illo tabernaculo fuerint diuinitus fabricata?
Quis hæc quorum sunt imagines ac imitationes exponet? quisnam quam vtilitatem
viden

videntes hinc consequantur, quidue lucrentur ex materiali immaterialium figura A explicabit? Rectius certe est exquisitissimam atque altissimam horum rationem ab illis petere, qui gratia spiritus profunda dei queanr perquirere, si quis nunc talis est vt spiritu mysteria loquatur, sicut ait Apostolus. Quod autem à nobis coniectione quadam hæc ad propositum accommodantibus dicitur, id indicio legentium rotum relinquimus: nec reclamabimus si reiecerint, nec lętabimur si susceperint. Dicimus ergo nonnihil ex Paulo, qui mysterium breuiter tetigit, adiuti, quod in figura prædoctus fuit Moyses tabernaculum, quo vniuersa continentur, id vero Christus dei virtus & dei sapientia: quæ quidem sapientia dei non manu facta, sed increata cum sit secundum naturam suam creaturam suscepit, quando secundum nos carne oportuit tabernaculum hoc fabricari. Item idem alio atque alio modo factum & non factum est, natura inquantum aute secula fuit, increatum est: inquantum corporalem hanc concretionem suscepit, creatum factumque est. Nec obscurum est, quod dicimus, ijs qui fidei nostræ mysterium complectuntur: vnum enim est ex omnibus tabernaculum, quod & ante secula fuit, & in nouissimis temporibus factum est. Id temporaliter ita fieri non indigebat: quomodo enim quod ante omnia erat tempora, factione indigebit temporali? Verum propter nos, qui prauis consilijs id corrumpimus, quod etiam secundum nos voluit fieri, vt extra ipsum quod est, ad seipsum scilicet nos reduceret. Tabernaculum igitur ipse vnigenitus deus est, qui vniuersa in seipso continet, qui ex nobis etiam sibi tabernaculum fabricatus est. Nemo autem ex zelatoribus Christi conturbetur, si tantam rem tabernaculum appellamus: quasi quicquam detrahatur diuinæ naturæ propter vocabuli vilitatem: nec enim vnquam dignum illa natura verbum inuenietur. Nam quæ ab hominibus proferũtur, æqualiter à significanda illa natura omnia distant. Sed cætera, quæ de deo dicũtur pie ad B ostentandam diuinam quandam virtutem capiuntur: vt medicus, pastor, protector pauis, virtus, via, ianua, mansio, aqua, lapis, fons, aliaque huiusmodi: sic consentanea quadam significatione tabernaculum quoque dicimus. Virtus enim, quæ omnia continet, in qua vniuersa deitatis plenitudo inhabitat, cum commune id omnium tectum sit, cumque vniuersa in ipso contineat, non iniuria tabernaculum nuncupatur. Oportet autẽ vt tabernaculi visio mystico tabernaculo sic conueniat, vt singula ipsius ad aliquid non indignũ mysterio nos deducant. Ac quoniam diuinus apostolus visionem ipse quoque totius tabernaculi consecutus, cum in cœlestibus adytis per spiritum sibi mysteria paradisi reuelata sint, Cortynam inferioris tabernaculi carnem Christi esse ait, non erit alienum ad hanc apostolicam vnius partis expositionem respicientes, totam de tabernaculo nostram sententiam explicare. Fiet autem nobis per ipsius apostoli verba in intelligentia ænigmatum tabernaculi facilior aditus, ait enim de vnigenito, quem nomine tabernaculi nuncupari diximus, quia in eo creata sunt omnia, visibilia & inuisibilia, siue throni siue potestates, siue principatus, siue dominationes, siue virtutes. Quas ob res columnæ argento atque auro refulgentes, & vectes, ac annuli, cherubin quoque illa, quæ suis arcam contegunt alis, cæteraque omnia, quæ ad sustinendum contegendumque tabernaculum describuntur, si quis ad superius tabernaculum respicit, angelorum est multitudo in tabernaculo ipso conspecta, quo corporea hæc, secundum dei voluntatem sustinentur atque reguntur. In illo enim tabernaculo veri vectes nostri & habitant, & sunt, qui ad ministerium mittuntur, propter futuros salutis hæredes, qui sicuti quidam annuli in animos saluandorum immittuntur, ad sublimitatem virtutis ad terram deiectos eleuantes. Hunc afit altiorem esse sensum scripturæ in hoc loco, inde patet, quod cherubin illa materialia suis alis tegebant mysteria, quæ in arca erant, vt litera dicit. Nam id nomen ijs angelis attribuitur, vt Esaias & Ezechiel aiunt, qui circa diuinam maiestatem inspi-

ciuntur. Arca vero fœderis, alis ipsorum cherubin contecta, hic illud dicitur, quod
apud Esaiam facie significatur. Nam vt arca hic, ita ibi facies cherubicis alis contegi C
affirmatur. Vnum igitur ab vtrisque significari non dubitamus. Videtur autem mi-
hi incomprehensibile huius speculationis, quæ de ineffabilibus est, ænigmatice
significari. Cum vero de Lychnis, id est lucernis audis, quod septem partito ex vna
basi ac radice candelabri sustentabantur, vt lux abundanter vndique perluceret, iure
multiformes spiritus fulgores in hoc tabernaculo perfulgere intelliges: septem parti-
to enim spiritus radios etiam Esaias partitus. Propiciatorium autem quid sit, non
est opus expositione vlla vt intelligatur, cum Apostolus id enodauerit, qui ait quem
animarum nostrarum propiciatorium proposuit. Altare vero & thuribulum cum
audio, adorationem intelligo, quam huic tabernaculo cœlestes virtutes afferunt. Nō
enim solum inferorum atq; terrestrium, sed cœlestium quoque linguam ait laudem
atq; gloriam, vt rerum omnium principio reddere. Id enim gratum est ipsi sacrificiū
labiorum fructus, vt ait Apostolus, & odor orationis. Quod si corium his etiā inest
colore purpureo, & pili intexti, nō tamen speculationis huius series perturbabitur.
Nam oculus ille propheticus, in altissimam hac rerum visione, salutarē quoq; domi-
ni passionem tanquam e specula prospexit, quam ex vtroq; dictorum significatam
fuisse non ambigo. Rubedo enim sanguinem, pili autem mortem ostendunt. Nam cum
in corpore pilus absq; sensu sit, non iniuria mortis symbolum dicitur. Hæc igitur in
superiore tabernaculo materialibus illius significata putamus. In inferiore vero quo-
niam sæpius à Paulo ecclesia Christus appellatur, Christus autem, vt diximus, supe-
rius tabernaculum est, non est alienū, si quis ecclesiam suam inferius esse tabernaculū
arbitretur, in quo columnæ sunt mysteriorum ecclesię ministri, quos hoc ipso nomi-
ne nonnunquam appellamus: ministros autem apostolos, prophetas, doctores. Nec D
enim solum Petrus & Ioannes & Iacobus columnæ ecclesiæ sunt, nec Ioannes bapti-
sta tantum ardens erat lychnus, sed omnes, quibus ecclesia sustentatur, qui suis operi
bus luminaria facti sunt, hi columnæ & lychni nuncupātur. Vos estis lux mundi, ve
ritas apostolis ait: ac rursum alios diuus Apostolus, quasi columnas hortatur, cum
dicit: Firmi estote atq; immobiles. At vero Timotheum columnam pulcherrimam
fabricatus est, cum ipsum firmitatem veritatis suę vocis doctrina effecerit. Hoc in ta
bernaculo & sacrificium laudis, & thus orationis in mane ac vesperum adhiberi sem
per videmus. Hoc sic intelligere Dauid ille nos inducit, qui incensum orationis in
odorem suauitatis dirigit, & manuum extēsionem sacrificiū esse asserit vespertinū.
Vrnas vero, id est vasa ad lauandum, quis ambiget eos esse, qui per sacramentalem
aquam peccatorum sordes auferunt. Talis vrna erat Ioannes lauans in Iordane ad
pœnitentiam homines. Talis erat Petrus, tria milia hominum simul ad baptismi la-
uacrum deducens. Philippus quoq; vrna Candacis fuit. Quid multa? omnibus qui
ad baptismi donum veniunt, ij ac lotoria sunt, qui ministerio suo gratiam præbent.
Atria vero, quæ inter se complicata in circulum connectuntur, pacem, concordiam,
& charitatem credentiū esse non absurde quispiā dixerit. Sic enim Dauid hunc locū
exposuisse videtur, cum dicat: Qui ponis terminos tuos pacem. Corium vero purpu-
reum, & saga ex pilis, ad ornatum tabernaculi pertinentia, accommodate intelligen
tur, si pro corio mortificatio pronæ ad peccandum carnis, pro sagis strictior viuen-
di norma, & quasi durior intelligitur: his enim maxime ecclesiæ tabernaculum exor
natur. Coria enim cum nullam in se viuendi virtutem à natura retineāt, colore rube-
dinis florere videntur: quod ostēdit floridam spiritus gratiā nō habitare in hoīe, nisi
primo peccati vim in seipso mortificauerit. Si vero pudorē etiā modestiā coloris ru-
bedine significari quispiam contendat, non certe reluctabor. Pilorum aūt intricatio
asperam tactui texturam efficiens, asperam & passionum omnium abstinētiam, atq;
continentiam subostendit. Quæ omnia maxime ita se habere confirmat eorum

vita

A vita, qui continua viuunt virginitate. Quæ vero intus erant, sancta sanctorum nominabantur, ad quæ multitudo peruenire non poterat, hæc rerum veritatem significant. Veritatem hanc mysterij nostri dico rem sanctam, & sanctam sanctorum, & multis incomprehensibilem. Hæc veritas in adytis tabernaculi constituta, absque curiositate aliqua intelligi, ac recipi debet. Credendum enim est ita esse, vt ecclesia prædicat, non tamē oculis omnium cerni posse, sed in mentis ipsius penetralibus indubitabilem veritatem permanere. Hæc aliaque huius tabernaculi visione ab omni sorde mundatus oculus ille mentis Mosaicæ doctus, visionibusque his altius eleuatus, rursus ad cacumen alterius scandit speculationis, sacerdotalem perdiscens vestitum, in quo est tunica, & pectorale, quod varijs, ac diuersis lapidum fulgoribus resplēdebat, & thyara cum lamina super eam, fœminaliaque, & poma, & supra hæc omnia rationale, ac eius iudicium, & quæ in vtrisque inspicitur veritas, & horum vtrinque connectiua superhumeralia patriarcharum insculpta nominibus. Quorum omnium nomina multitudine ipsa ostendunt non sensualia quędam significari, quibus enim corporis vestibus hæc nomina, iudicium, rationale, veritas conueniūt? Quare patet, non huius sensibilis amictus gratia historiam esse descriptam, sed vt alius quidam ornatus animæ virtuosis operibus ostendatur. Nam quid sibi aliud voluerunt hæc nomina tria illis à Moyse imposita, iudiciū, rationale, veritas? aut cui vnquam corporali vesti hæc indita fuerunt? nulli profecto, nec enim conuenissēt, sed nomina ipsa quid præfigurauerint aperiunt, & laborem expositionis diminuunt. Hyacintho est talaris vestis tincta, qua qui hunc locum ante nos speculati sunt, aera significari affirmant. Ego autem vtrum habeat ad aereum colorem flos hyacinthinus affinitatem, an nō, nolo contendere. Rationem vero hanc non reijcio, non enim parum ad virtutem cō ducere videtur: hortatur enim hoc ænigmate omnem, qui dei sacerdotium assumere studet, seipsum ac corpus suum deo offerre hostiam, non enecatum, aut cæsum (Viuum enim hoc sacrificium, rationalisque cultus hic est) nec pingui quodam ac carnoso huius vitæ amictu. Sed tenue, sicut telam araneæ mūda viuendi ratione confectū, vt viuendi tenuitate leue, atque aereum factum, sursum posse ferri videatur. Hoc enim modo cum nouissimam tubam illam audiemus, omni onere liberati, leues ad iubentis vocem exiliemus: nec pondere vllo ad terram deprimemur, sed cum domino per aera sublimes feremur. Qui ergo, vt Psalmista dicit, quasi telam araneæ animam suam liquefecit, is etiam illam vestem seipsum induit, quæ à capite ad pedes vsque circunfunditur: nec enim mancam, aut truncam esse virtutem, sed integram, atque per omnes numeros perfectam lex vult. Aurea vero tintinabula, bonorum operum splendor sunt, malis punicis intercepta. Duo enim hæc sunt studia, quibus virtus tota cōflatur, recta in deum fides, & probata in hac vita conscientia. Hæc mala punica & tintinabula indumento Timothei Paulus ille innexuit, cum dicat oportere vt habeat fidem & probam conscientiam. Fides igitur sacerdotis, veluti tintinabulum clare atque sonore in sanctę trinitatis prędicatione exclamet. Vita vero naturam punicorum imitetur pomorum, quorum circunfusa exterius quasi testa, incomestibilis, duraque est, quod autem intus recon ditum est, & visu ex varietate coloris atque collocationis ordine iucundum est, & gustu iucundius, non parua dulcedine sensum afficiēs. Philosophica quoque & christianæ viuēdi ratio dura exterius, atque aspera sensui est, intus sæpius optimarum pulcherrimarumque rerum plena, tempore suo cum matura fuerit, cumque agricola noster poma punica huius vitæ aperiet, dulcissimā suorum fructuum præstabit fragrantiam. Apostolus etiam dicit, nullam disciplinam in præsenti vita videri lætitiam afferre, sed tristitiam, & id est, quod per exteriora pomi punici figuratur. Post hęc autem fructum pacificum reddit, & id est dulcedo interior, ac pulchritudo. Hanc vestem coffymbotam etiam iubet esse, vt à nobis quoque ipsis aliquid vlterius ad virtutis incrementum adinuenire conemur, quo indumētum ornatius fiat, sicuti

Paulus faciebat, qui ornatissimos indies cossymbos virtuti addebat. Nam cum lex permittat altari ministrantes ex altari, & euangelij nuncios ex euangelio viuere. Ille C sine hac ad vitæ necessitatem mercede euangelium prædicauit, nudus, famescens, sitiens. Hi ergo illi sunt ornatissimi cossymbi, qui vestem secundum peccata contextam, si additi sunt, reddunt ornatiorem. Duo deinde tegumenta superimponuntur indumento illi talari vsq; pectus & renes ab humeris descendenti, duabus portis in vtroque humero adinuicem cõiuncta. Portæ autem sunt lapides, patriarcharum nomina sex vnusquisq; cælata ferentes. Horum tegminũ magna varietate colorum textura erat confecta: hyacinthus purpura connexebatur, & cocci rubedo bisso iungebatur: & his omnibus aurea fila erãt inspersa, ita vt ex multicolore hac tinctura vnus quidam commixtus splendor ex teguminibus refulgeret. Ex quibus discere possumus, quod indumenta superiora, quæ cordis sunt ornamenta, multis varijsque constant virtutibus. Hyacinthus enim ex purpura complicatur, nam viuendi puritas, atque mundicies naturæ regno coniungitur. Natura enim quodam modo ipsa duce, vna cum pudoris rubore laudabilis viuendi nascitur ratio. Aurum autem his tincturæ floribus refulgens, reseruatum huic vitæ thesaurum subostendit. Patriarcharum quoque nomina lapidibus insculpta, non parum nobis ad virtutis ornatum conferunt. Præteritorum enim virorum, qui optime vixerunt, exemplis vita nostra corroboratur. Sed huic tegminum ornatui alius rursum desuper ornatus coniungitur: scuta enim aurea ex vtrisque tegminibus dependent, hęc sustinent fabricatum quidem ex auro figura quadratum, duodecim lapidibus resplendens ordine quodam dispositis. Quatuor autem ordines erãnt, quorum vnusquisque trinitatem lapidum continebat. Lapides autem ita erant varij, vt nullius ad alterum esset similitudo: proprio enim singuli splendore fulgebant. Sed figura quidem ornamenti hæc. Spiritalis vero sensus scutorum quidem, quæ ab humeris dependebant, armatos nos esse adhortatur aduersus tyrannum, & hostem nostrum. Virtus enim, vt à Paulo dictum est, D fide ac bona constat conscientia: quibus ita esse aduersus inimicorum tela munitos oportet, vt his iustitiæ armis, dextris atque sinistris, inuulnerabiles maneamus. Quadratus autem ille ornatus, qui vtrinq; à scutis dependebat, in quo nomina patriarcharum, qui tribubus cognomina dederunt, impressa lapidibus, fuerunt cordis tegmẽta. Quare diligenter nos docet, omnibus patriarcharũ virtutibus animum eius esse exornatum, qui duobus his scutis aduersarij tela repulerit. Quadrata vero figura stabilitatem virtutis ostendit. Nam hæc figura æqualiter vndiq; angulis & conuexis nixa lateribus, non facile de loco mouetur. At vero catenulæ, quibus ornamenta hæc ad brachia connectuntur, præcipere mihi videntur oportere in altiori vita praxim speculationi cõiungere. Cor enim speculationis loco poni videtur, brachia vero operationis. Caput autem diademate coronatum, reseruatã virtuosis coronam significat: quam is exornat, qui aurea lamina ineffabilibus erat notis cælatus. Ita induto, vestitoq; sacerdoti nullum calciamentum imponitur, ne tardior ad currendum sit, aut vix mobilis, pelles secum attrahẽs animalium mortuorum. Nam vt iam diximus impedimento calcei fuerant Moysi, cum ad ardentem rubum accederet. Quod si in primo statim aditu reprobantur, multo magis à sacerdotis pede reijciuntur. Qui autem per omnes gradus, quos iam exposuimus ascenderit, is à deo sibi traditas tabulas ad populum defert, quibus diuina lex continetur, sed dura cũ peccato collisione diruptæ conteruntur. Peccatum vero simulachri cultus erat in vituli similitudine constituti, quod à Moyse contritum, aquaq; dissolutum, ipsis qui peccarunt, factus est potus. Ita omnimodo ea materia, quæ hominum peccato subministrauit deleta est. Prophetice igitur hæc historia de ijs, quæ nostris temporibus facta sunt exclamauit. Omnis enim circa simulachra error, e vita hominum ablatus est: nec amplius nostrorũ principum pietate à pio credentiũ ore debitus, qui christiana freti laudatissima professi-

one

A one, impietati seruientia, idolorum templa deleuerunt. Videmus praeterea quae sancta fuerunt, apud impietatis mysteria, quasi aquã instabilem delapsa defluxisset aquã ab illorum ipsorum ore, qui cultu simulachrorum insaniebant, imbibitam. Nam cum cernas oculis qui huic vanitati erant penitus dediti, alia templorum suorum in quibus sperauerant, diruentes, alia in alios vsus trãsferentes, non magna historia clamare voce videtur futurum esse tempus olim in quo simulachrum omne, ore ipsorum, qui ab iniquitatis errore ad pietatem trãsponentur, delebitur ac imbibetur. Armat deinde Leuitas non in alienigenas, sed in suos ardenter Moyses, qui ab altera extremitate castrorum ad alteram cõfuse, vt quisque obuiam fieret, omnes interfecerunt. Ita cum pariter quicunque mucroni incideret occideretur, nemo interficientium quis amicus, aut quis inimicus discernebat, quis domesticus, quis affinis, quis cognatus, aut alienus nemo prospiciebat, sed vnicus atque par aduersus omnes, in quos inciderãt erat impetus. Vnde discimus idcirco absque dispositione punitos fuisse, quoniã vna omes ad malum conspirantes, ratione vitij quasi vnus effecti sunt, & veluti cũ quispiam vnũ hominem peccatis commotus suis caedit vehementer, non hoc aut illud suum affligit membrum, sed quo flagellum cõmode potest inferri, illud verberat. Bene eñ nouit quancunque partem percusserit, ad totum corpus inde sensum doloris transfiturum: sic quae sine dispositione tunc adhibebatur punitio, omnes qui conspiratione vitij, quasi erant in vnũ corpus conflati, misere in modũ castigabat. Quare si nõ nunquam peccatis hominum iram dei excitatã, non in oẽs, sed in aliquos ferri videamus, diuinae clemẽtiae magnitudinem admirari debemus qua fit, vt non omnes sicuti merẽtur percutiant, oẽs tamen flagellis castigentur. Verũ id ex ipsa historia nõ altius intellecta discimus. Ad sublimius aũt reducere volentes, illud prius consyderabimus, q̃d cõmuni praeconio legislator exclamauit: Si quis est dñi, ad me veniat. Qua voce lex ipsa omnibus edicere videtur, si quis deum amare vult, me legem amet, nã qui legis amicus est, certe dei quoque amicus est. Iubet deinde ijs, qui tali p̃conio cõgregati sunt absque disquisitione & in fratres, amicos, & proximos gladio ferociter vti. Superioris speculationis seriem sequentes, dicimus, omnem hominem, qui ad legem ac deum respicit malorũ domesticorum caede purgari. Nec enim semper frater, aut amicus, aut proximus in meliorem à scriptura partem accipitur. Sed sunt nõnulli fratres, amici, proximi, qui quasi alieni, ac inimici nobis aduersant, quos eas arbitramur esse cogitationes, quarum vita nobis mortem, mors vero vitam solet inducere. Haec expositio illis etiam conuenit, quae de Aaron diximus. Ibi enim pro fratre socium atque protectorẽ diuinitus nobis datum, angelum intelleximus, qui aduersus Aegyptios signa operatur, qui etiam maior aetate iure dictus est: nam angelica natura homine prius creata est. Frater vero, quia est quaedam profecto intellectualis, & angelicae naturae ad intellectum & animam humanam affinitas: quas ob res, & si vtroque in loco frater dicitur, non habet tamen locum oppositio, quomodo is frater appellari possit, qui in malum accipitur, cum aequiuoce fratris nomẽ, nunc in bonum, nũc in malum, vt diximus, accipiatur. Aduersus igitur hos malos fratres gladiorum opponit aciem Moyses. Quod enim alijs quis iubet, sibi quoque ipsi sancit. Horum fratrum caedes peccatorũ interitus est. Nam qui aduersarij consilijs fixum atque statutum in animo malum deleuit, aduersarium in seipso interfecit. Haec autẽ sententia spiritualis firmior esse atque verior videbitur, si quae dam etiam alia in historia dicta huic conuenire ostendemus. Imperatum eñ fuisse ab Aaron dicitur, vt inaures ab auribus vxorũ tollerẽt, hae conflatae simulachri materia fuerũt. Dicimus igit̃ quod Moyses Hebraeorũ virtutẽ inauribus exornare voluit, id est lex, quam pro moyse intelligimus obedientiam, quae per inaures significatur, Iudaeorum virtutem confirmauit, quam tollit Aaron, vt inobedientia ipsorum ostenderet ad cultum idolorum esse peruentũ. Idcirco statim ad primum peccandi aditum inaures auferuntur, vt iam praeuaricationis & inobedientiae consilia

consilia cœpisse viderentur, qui diuinum præceptum negligendum esse hortabâtur. C
Id ergo est quod dicimus auferre ab auri præceptorum inanem. Quare qui hos fra-
tres, hos amicos, hos proximos interimet, audiet illã vocem, quam à Moyse illi perce
perunt, qui tunc sine disquisitione multos e cultoribus idoli occiderunt: consecrastis,
inquit, manus vestras hodie domino, in suo vnusquisq; filio vel fratre, vt detur super
vos benedictio. Sed opportune modo primorum parentum fecimus mentionem, vt
discamus quo nam pacto diuinitus confectas tabulas, in quibus lex erat impressa in
terram manibus Moysi proiectas, à duritie subiectæ terræ contritas, à Moyse rursus
fuisse susceptas, non omnino easdem, sed scriptura solum, quæ in illis erat impressa.
Materiam enim earum ex inferiori hac suscepit materia Moyses, virtutique ipsius
subiecit, qui legem rursus in his secundis tabulis cælauit: & sic gratiam reuocauit, cũ
in lapideis tabulis legem reportauerit, in quibus ipsa deus legis voces cęlauerat. Hinc
enim induci possumus, vt diuinam de nobis clementiam intelligere queamus. Nam
si vera dicit Apostolus, sicuti certe dicit, qui dei profunda spiritu quæsiuit, per has
secundas tabulas, corda nostra, id est intellectum animi ducem ac oculum intellige-
re debemus. Vnde discere licet infractam, atq; immortalem diuinis fabricatam ma-
nibus naturam nostram in principio fuisse, quam lex non scripta sed innata, non ex-
terius acquisita, sed impressa exornabat. Naturaliter enim nobis voluntas legis ine-
rat, quę ad malorum abominationem, & bonorum expetitionem nos institueret. Ve-
rum postea quàm peccati sonitum, in auribus nostris suscepimus, quem quidem so-
nitum scriptura vocem serpentis, hæc vero de tabulis historia vocem vino cantan-
tium nuncupauit, tunc naturæ integritas in terram decidit, & contrita est. Sed rur-
sum verus legislator, cuius figuram Moyses gerebat, ex natura nostra, naturæ nostrę
tabulas sibi confecit, nec enim nuptiarum solennitas carnem dominicam produxit,
sed ipse suæ carnis factus lapicida, digito dei eam inscripsit. Spiritus enim sanctus
peruenit in virginem, & excelsi eam virtus obumbrauit. Quo facto rursus natura D
confracta facta est, illius impressione digiti immortalitatem consecuta: digitus enim
sæpius à scriptura spiritus sanctus appellatur. Hoc igitur modo ad gloriosius Moy-
ses commutatus fuit, adeo vt inferioribus his oculis tanta, talisque gloria cerni nequi-
ret: quam quidem immutationẽ qui nostræ fidei mysteria nouit, non ignorabit quo-
modo allegoricus hic sensus historiæ consentaneus est. Nam qui cõtritam naturam
nostram, in integritatem traduxit, qui languores nostros portauit, & sanauit ægro-
tos, postea quàm in pristinam pulchritudinem dirutas naturæ nostræ tabulas resti-
tuit, dei vt diximus, digito cælatas, nõ amplius indignorum oculis capi potest. Nam
tanta est amplitudo gloriæ atq; maiestatis eius, vt visus eorum nequeat ad ipsum ac-
cedere. Profecto enim cum in maiestate sua, vt dicit euangelium, veniet, ac omnes
angeli secum, vix iusti gloriæ ipsius erunt capaces: impij autem & Iudaisantes tantæ
visionis expertes erunt, vt Isaias ait: tollatur impius ne videat gloriam domini. Sed
iam multa de hoc, quare ad reliqua transeamus. Ambigere profecto quispiam pote-
rit quomodo Moyses, quem tot tantisque visionibus deum vidisse scriptura testatur, *
quo cum deus ita loquebatur, vt si quis amicum suum alloqueretur, orat nunc quasi
nunquam vidisset, vt videat. Et quomodo diuina vox modo annuit oranti quod pe-
tit, & hanc quoque gratiam sibi velle conferre non negat, modo in desperationem
ducit, cum asserat non esse hãc vitam hominum eius rei, quam postulabat capacem,
& ad hæc, quem locum esse apud se deus dicit, & quem in loco lapidem, & quod in
lapide foramen, in quod iubet peruenire Moysem, deinde deum manum suam ad os
foraminis illius positurum, & cum transierit Moysem inuocatum à foramine, poste-
riora eius, qui vocauit inspecturum: hæc enim scriptura narrat, & sic asserit deum à
Moyse perspectum, sicut diuina voce sibi fuerat promissum. Hæc omnia, si quis se-
cundum literam solum consyderet, non obscurus, duntaxat quærentibus sensus fiet,

verum

verum etiam non rectas de eo generabit opiniones: sola enim figurata anterius, atq;
A posterius habent, omnis figura corporis terminus est. Quare qui figuram deo attri-
buit, corpus ipsum consequenter putabit: corpus autem omne compositum est, com
positum porro diuersorum ac differêtium concursu constituitur. Quicquid vero sic
constitutum est, indissolubile non est, quodque dissoluitur, id corrumpitur: dissolu-
tio enim corruptio compositi est. Quas ob res si quis posterius dei secũdum literam
capiet, in hoc inconueniens consequêter deducetur. Nam ante ac retro in figura cer
te est, figura in corpore, corpus natura dissolubile, dissolubile autem incorruptibile
esse non potest. Sic qui omnino literæ seruit, rerum ipsarum consequentia corrupti-
bilem esse Deum opinari compellitur. Est autem Deus incorruptibilis omnino atq;
immortalis. Non est ergo vbique sequenda litera. Quod si hac in parte altiorem,
quàm litera patitur, sensum quærere cogimur, quis alienum esse scriptura dicet, si ad
spiritualem sensum totâ reducimus? nam cum necesse sit partes aliquas spiritaliter
intelligere, totum quoq; necesse, vt & possit & debeat, sicuti partes intelligi: est enim
totum ex partibus, quare partium naturâ sapiat necesse est. Locus igitur apud Deum
& lapis in loco, & in lapide quædam capacitas, quam foramê appellauit, ingressusq;
Moysi ad illud, impositio quoque manus Dei in ore foraminis, & trangressio eius, &
vocatio, ac denique posteriorum partium aspectatio, ad altius, & conuenientius nor-
ma regulaque anagogica sic reducetur. Quemadmodum igitur grauia & rotunda
corpora, si e cacuminibus montiũ lapsa deorsum fuerint, & si nullus postea impellat,
ipsa tamen per se vehementiore impetu, si nihil impedimento sit semper deferuntur,
quousque ad planiciem descenderint. Sic anima cuius natura sursum fertur, terre-
nis absoluta cupiditatibus, ardentior indies fit, velociusque pertransit, ad sublimio-
ra semper conscendens. Nam cum nihil sibi sit impedimento, per se ipsam ad natu-
B ram boni fertur. Attrahit enim ad se natura ipsius boni, omnes qui ad pulchritudi-
nis eius radios, sanis possint oculis respicere, ita fit vt cœlestium desyderio semper
ad maiora (vt apostolus ait) consurgat, ac semper ad altiora peruolet. Nam cum per
ea, quæ iam percepit, ad maiora & perspicere & aspicere possit, maiore atque maiore
desyderio semper ardet, ac sic indesinenter sursum fertur, his quæ peracta sunt robu
stior facta: solum enim virtutis actio nutrit laborem, viresq; auget. Quapropter
magnus ille Moyses, cũ semel per scalâ in qua deus innixus erat, vt Iacob dicit, ascen
dere cœpisset, nunquam stetit, nunquam terminum motus nouit, sed semper de gra-
du in gradum ascendebat: nec enim deficere vnquam potest altior gradus. Negauit
falsam Aegyptiorum reginæ coniunctionem, qua filius eius putabatur: Hebræum vl
tus est, ad desertam & solitariam se transtulit vitam, quam humanæ perturbationes
non vexant, pauit cicurium animalium gregem, vidit resplendentem lucem diui-
nam, abiecit calceos, vt facilius ad lucem accederet, in libertatem vindicauit suos, ho
stem vndis vidit submersum, lucida nube ductus est, sicco lapide sedauit sitim, à cœ-
lo deduxit panem. Præterea extensione manuum alienigenam fudit, sonitum tubæ
audiuit, caliginem subijt, ad penetralia diuini tabernaculi ingressus est, sacerdotij
didicit mysteria, simulachrum destruxit, propitium Deum reddidit, legem de deo-
rum prauitate dirutam restituit, gloria effulsit. Ac tot tantisque sublimationibus
elatus adhuc ardet desyderio, adhuc tanquam famescens ac sitiens, tanquam eo ca-
rens, quo semper fruebatur, orat vt videat, non vt ipse capere potest, sed vt se habet
qui desyderatur. Vnde arbitror immenso desyderio atque ardenti erga deum ita fu-
isse effectum, quod visionibus sibi enituit, vt ferre non posset, quin ab ijs, quæ com-
prehêdit ad occultiora compelleret: quocirca supremæ pulchritudinis amator, quod
iam viderat, tanquam imaginem eius, quod non viderat credens, ipso frui primiti-
uo desyderabat. Id ergo vult audax in monte illa petitio, ne per specula & imagines,
sed per veram & propriam faciem frui pulchritudine posset. Diuina vero vox per ea

quæ

quæ negat, concedit, quod petitur, pauculis verbis immensam sententiæ profunditatem subaperiens. Annuit enim facturum se quod petebatur: finem autem atque cessionem huius desyderij futurum non promisit, nec enim ita quispiam deum videre potest, vt videndi definat desyderium. Nam in hoc profecto deus videtur, vt nunquam definas ad eum respicere. Quare inquit non poteris, videre faciem meam, nec enim videbit homo faciem meam & viuet: non quia causa mortis videntibus fit illa facies (nam quomodo vitæ facies causa appropinquantibus mortis esse poterit?) verum quoniam & si viuificat quidem deus natura, proprium tamen suum est, vt omnem cognitionem excedat. Idcirco qui eorum quæ cognoscuntur deum esse opinatur, quasi deuiasset ab eo qui est, ad id quod esse putatur, vitam nõ habet. Nam qui vere est, is vera vita est, & hic cognitione non comprehenditur. Quare si hæc viuificans natura cognitionem omnem excedit, non est profecto vita id quod cognoscitur, quod vero vita non est, id vitam præbere non potest. Sic igitur desyderium Moysi adimpletur, vt insatiabile permaneat: disce enim ex istis, quod deus natura interminabilis est, nullo termino comprehensus. Nam si aliquo termino concludi intelligatur, necesse est termino illi aliquid connectatur: omnino enim quod terminatur, ad aliud desinit, vt terrestrium terminus aer est, & aqua rerum aquaticarum. Quemadmodum igitur pisces aqua, & aues aere circuncluduntur, & cum sint in medio istorum elemẽtorum, aquæ tamen quædam superficies ad piscem, & aeris ad volatile terminatur: sic necesse est si deus termino concluditur, heterogenea quadam natura contineri. Est enim quod continet contento maius. At vero deus natura bonum esse conceditur, quod autem ad bonum comparatum heterogeneum est, non bonum, sed malum esse comprehenditur, & est vt diximus, quod continet contento maius. Quare si termino deus continetur, consequens erit superari vincique à malo, cum continentium vis ea quæ continentur exuperet. Id autem adeo absurdũ est, vt nullus vnquam mentis compos sic esse opinatus sit. Est ergo interminabilis diuina natura, & interminabile comprehendi non potest. Quare qui diuinam pulchritudinem videre desyderat, & ad id tendit, in hoc cursu semper consistat. Et id est vere deum videre, vt nunquam id desyderium terminetur. Quare necesse est, vt cum videamus, sicut nobis possibile est, maiore videndi desyderio exardescamus, & sic nullus vnquam terminus abscindet nobis iter huius: cum neque ipsius boni terminus aliquis sit, nec satietas desyderij huius possit fieri. Sed quis nã est ille locus, qui apud deum esse intelligitur? Quid ille lapis? quæ est illa capacitas in lapide? quæ est illa manus dei, quæ os lapidei foraminis retinet? transitus vero dei quis est? aut posterius eius, quod Moyses videre permittitur? oportet enim profecto magnum quid vnumquodque istorum esse, & deo tonanti non indignum, ita vt omnium visione, quam ad hunc vsque diem Moyses viderat, maior hæc & sublimior credi possit, quomodo igitur illorum verborum profunditatem intelligemus? auxilio scilicet illius, qui & Moysi, & omnibus qui eum amant, planam ad omne bonum viam solet præstare. Ecce inquit locus apud me. Quod sic intelligendum est, quod ab ijs quæ mox diximus, non sit alienũ. Locum igitur dicit non superficie circunfusum, nec quãtitate vlla descriptũ (nec enim est in immenso mensura) sed ad infinitũ atque interminabile loci nomine, qui circũscripta mensura terminatũ, auditorẽ deducit, hunc ergo sensum subostendere mihi videtur. Quoniam tibi Moyses ad anteriora pergendi semper ingens desyderiũ est, nec vllo huius cursus labore defatigaris, nec terminũ huius assequendi boni constituis, sed semper inhias ad maiora, scias tantum esse apud me locum, vt nunquam terminum eius cursu aut volatu aliquo queas inuenire, hic autem cursus atque volatus status quidã est alia ratione, sistam enim inquit te in lapide, mirabile auditu quomodo vnũ ac idem est status, & motus est, si quid ascẽdit, non stat, si stat, non ascendit, at hic ascẽdit, quia stat. Nam qui caducus ac instabilis cogitationibus

est

A eſt, non fixus in bono nec permanens, ſed mobilis atque fluctuans cogitationibus varijs oppreſſus & conquaſſatus, is nunquam ad ſublimitatem veræ vitæ aſcendit, ſicut qui colles conantur ſcādere ſabulo, nā etſi proiectis in longum pedibus magna tranſire ſpacia videantur, ſemper tamen ad inferiora delapſo ſabulo deferuntur. Motus igitur fit, progreſſus autem nullus fit. At ſi quis, vt pſalmiſta dicit, à fece profundi retractos pedes in hoc poſuerit lapide, lapis autem Chriſtus eſt plenitudo virtutum omnium, quanto firmior ac nobilior, vt Paulus conſulit, in bono fuerit, tanto velocius volat hac ſtabilitate quaſi pennis eleuatus. Cum igitur locum apud ſe oſtendit, ad perpetuum curſum exhortatur. Cum ſtatum in lapide daturum ſe promittit, modum diuini curſus illius Moyſi ſubaperit. Capacitas vero aut foramē lapidis verbis Apoſtoli expoſitum eſt, cum, domum non manufactam cœleſtem ſpe, ijs reſeruari, qui terreſtre tabernaculū diſſoluerunt, aſſerat. Nam certe qui curſum perfecit, vt ipſe dicit, in lato illo & capaciſſimo ſtudio, quod diuina vox locum appellauit, qui videlicet fidem conſeruauit, ac in lapide vti ænigmatice dicitur, pedes ſuos firmauit, is corona iuſtitiæ, à manu eius qui hæc certamina nobis poſuit coronabitur. Hæc autem gloria multis nūcupatur à ſcriptura nominibus, vna enim & eadem res hic quidem lapidis capacitas appellatur, in alijs autem paradiſus deliciæ, tabernaculum æternū, mānſio apud patrem, patriarchę ſinus, regio viuentium, aqua requietis, Hieruſalem ſuperior, regnum cœlorum, Babylon vocationis, corona gratiarum, corona pulchritudinis, turris fortitudinis, ſupermenſale gaudium, dei cōſenſus, ſedes iudicij, locus nominatiſſimus, occultum tabernaculum. Vna ergo illius gloriæ hæc quoq; appellatio eſt Moyſi in lapidem ingreſſus. Nam quoniam Chriſtus lapis eſt, vt Paulo placet, omnem autem bonorum ſpem in Chriſto firmiter eſſe credimus: qui bonū aliquod adeptus eſt, is in Chriſto eſt, qui omne bonum continet: qui vero ad Chriſtum peruenit, & à manu dei tectus eſt (manus autem dei quid aliud eſſe poteſt, quam creatrix

B rerum virtus?) ipſe vnigenitus deus, per quē omnia facta ſunt, qui & currentibus locus eſt, & via, vt ipſe dicit, & lapis confirmatorum, & domus quieſcentiū, qui ad hūc inquam peruenit, is audiet vocātem, is in poſterioribus vocantis conſtituetur vt ſcriptura monet, quod probe Dauid ille intellexit, habitanti enim in auxilio excelſi dicit, in ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, quod eſt poſt deum eſſe cōſtitutum. Nam ſcapulæ poſteriora ſunt, de ſe autem clamat: Adhæſit anima mea poſt te, & ſuſcepit me dextera tua. Vides quomodo pſalmiſta cum hiſtoria cōſentit. Nam vt hic dicitur eum à dextera ſuſcipi, qui poſt deum adhæſit: ſic ibi eum manus tegit, qui dei vocem expectat in lapide. Sed dominus quoq; qui Moyſi oracula dedit, qui ad implendū legē ſuam venit, ænigma id enodans apertiſſime, ſimiliter ad diſcipulos ait. Si quis inquit vult poſt me venire, non dixit ante me. Hoc quoq; ipſum cuidam de vita æterna cogitanti præcipit dicens, veni & ſequere me: qui autem ſequitur, non faciem, ſed tergum aſpicit. Docetur igitur Moyſes deſyderans deum videre, quomodo poteſt deus videri: ſequi enim deum corde ac animo ſemper quocunque ducat, idipſum eſt deum videre, etenim tranſitus ille dei, ducem eſſe deum ſequentis ſignificat, cum nō ſit poſſibile viam ignoranti recte ac tuto iter peragere, niſi poſt ducem recte ſequatur. Dux igitur præeundo ſequenti viam monſtrat: qui autem ſequitur, tunc à recta via non aberrat, cum ſemper ducis tergum reſpiciat. Nam qui ad latera ſe transfert, aut ducentis faciem cernere ſtudet, non facit eam viam, quā dux oſtendit, ac ideo dicitur ei, facies mea non videbitur tibi, hoc eſt noli ad faciem ducentis dei occurrere, ne in oppoſitum curſus fiat. Nam ſi bonum bono contrarium non eſt, & qui ducentis faciem videt, ducenti oppoſitus eſt, cum ducens bonus ſit, ipſe malus eſt, contrarium virtuti vitium, quare Moyſes non ex oppoſito conſpicit deum, ſed tergum eius reſpicit. Nam qui ex oppoſito deum aſpicit, non viuet, vt vox diuina teſtatur, non videbit inquit homo faciē meā, & viuet. Vides quantū eſt vt aliquis diſcat deum ſequi. Nam

poſt

post illos ascensus mirabiles, post gloriosas visiones, post inaudita miracula, vix iu- C
xta finem vitæ hanc consecutus est gratiam, vt disceret deum sequi, nihil enim am-
plius mali officere illi potest, qui post deum hoc modo constitutus est. Inuidia post
hæc fraterna ipsum inuadit, inuidia maiorum princeps, mortis mater, prima peccati
ianua, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ causa, igno
miniæ principium. Inuidia enim nos longe exterminauit à paradiso, versa in serpen
tem aduersus Euam: inuidia repulit à ligno vitæ, sacrisque impassibilitatis vestibus de
tractis, ficulnis ignominiose folijs induit: inuidia eam aduersus fratrē armauit, mor
tem, quæ septuplum punita est, induxit. Inuidia Ioseph in seruitutem detrusit, inui
dia dico mortifer stimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis venenosa, tabes
sponte adhibita, telum amarum, figens animam clauus, flamma cordis, intestinorum
ignis, hanc qui habet, non suis malis, sed alienis bonis infelix est, & contra non suo
bono, sed malis proximi felix est: inuidus enim felicitate aliorū dolet, calamitatibus
gaudet. Miluos cadaueribus pasci, & preciosis vnguentis emori aiunt: videtur enim
natura sua ad putridū ac putrulentū esse affinis: quando vero huic morbo subiectus
est, amicorum commodis quasi vnguento tabescit: & si quid calamitosum incidisse
proximo intellexerit, ilico aduolat, posito inuadit adunco, quo si qua latent, distrahit
atque dissipat, & in medium proponit omnibus. Multos hic inuidiæ morbus ante Mo
ysi tempora deiecit. Moysem vero aggressus, tāquam vas figuli in lapidem collisum
dirutus, ac in vita contritus est, in quo maxime quātum sit cum deo ambulare quod
Moyses faciebat, facile prospicitur, quomodo enim Inuidia illi obesse potuisset, qui
diuino studio atque loco cucurrit? qui in lapide stetit, & in capacitatem ipsius fuerat
immissus? qui deum post terga sequebatur? qui non ducentis faciem aspiciebat, sed
tergum obediens respiciebat? Secutus deum est, idcirco beatus, idcirco altior fuit, q̄
vt ad ipsum sagitta inuidię posset peruenire. Sed Aaron quidem atque Maria inuidiæ
morbo superati, quasi arcum seipsi præbuerunt, quo verba sicuti spicula in Moysem D
proiecerunt. At Moyses tantum aberat ab huiusmodi ægritudine, vt cum neque ca-
ptus neque læsus ab ea sit, non solum nullam ipse de inuidentibus pœnam sumpsit,
verum etiam Deum precibus placabilem ipsis reddidit. Docuit ergo nos per ea quæ
fecit, nullis telorum ictibus eum tangi, qui virtutis scuto seipsum tutatur. Retundit
enim ac habetat huius scuti firma soliditas aciem cuspidis, imo procul totum reijcit
telum. Est autem horum telorum percussiuum scutum ipse deus, quem armiger vir-
tutum induit. Induite nanque vos inquit dominum Iesum. Hac infrangibili armatu
ra Moyses armatus, maligni sagittarij arcum fecit inanem. Nam nec dolore aliquo,
aut perturbatione aduersus iniuriatos commotus est, & posteaquam diuinitus con-
demnatos vidit, nam se illis coniunctum non ignorauit, sed deo pro fratribus suppli
cauit, quod non fecisset nisi deum sequeretur, qui sibi præcedens tutam sequēdi viam
demonstrabat. Verum humanæ naturæ hostis à Moyse repulsus, manus ad imbecil
les transtulit, bellum & voracitatem ventris quasi equitatum populo immisit, eumque
victum Aegyptiarum epularum auiditate strictius illigauit. Moysi aūt supra omniū
turbationem iam cōstituto magnæ fuerat curæ futura hæreditas, quæ repromissa est
Aegyptum fugientibus, ac ad eam proficiscentibus terram, vnde lac & mel commi-
xta simul scaturiunt. Hac de causa exploratores missos de bonis illius regionis inter-
rogan hi aūt sunt alij boni, alij mali, & boni quidē, vt ego sentio, sunt rectæ cogitatio
nes de repromissa nobis beatitudine, Christi fide corroboratæ. Mali vero incredulæ
resurrectionis atque beatitudinis mentes, quæ fidem de repromissis humano generi
bonis retundere, ac infirmare conantur: quos omnes Moyses reprobauit, eisque so-
lum credidit, qui meliora de regione illa referebāt. Iesus autem horum omnium prin
ceps erat, ad quem Moyses respiciens firmam habebat spem, de futuris racemis con-
firmatus. Iesum vero audiens, racemum ex ligno pendentem, non dubitabis quis sit, &

ad

A ad quem Moyses quoq; ille respiciens, indubitabili spe cõsolabatur. Racemus enim ex ligno dependens, quis nam alius erit, q̃ is qui in nouissimis seculis ex ligno pependit ? cuius sanguis potus factus est credẽtibus salutaris, Moyse id ænigmatice nobis prædicente. Sanguinem enim inquit vuæ bibebant vinum, qua ex re salutaris Christi passio prænuntiatur. Verum iter rursus per deserta fit, & laborat siti populus, qui repromissionis bona desperauit. Moyses vero rursus per lapidẽ inundare aquis eremum fecit, quæ res quantum qualeque sit pœnitentię sacramentum docet. Nam qui postquam semel biberunt e lapide, quamuis ad ventrem & Aegyptias voluptates lapsi, bonorum priuatione, ac doloris perpessione in deserto condemnentur: possunt tamen virtute pœnitentiæ, lapidem quem dereliquerunt inuenire, at fontes quos delinquendo obserarunt pœnitendo reserare. Immortales nanq; aquæ illis ex hoc lapide fluunt, qui Iesu explorationem veram etiam putauerunt, & ad racemum respiciunt ex quo pro nobis sanguis defluxit. Verum populus nondum vestigia Moysi recte sequi didicit, sed ad seruiles adhuc lapsus cupiditates, Aegyptias expetit voluptates. Qua ex re historia clamare videtur, labilem esse maxime ad huiusmodi vitia naturam humanam, milleque modis seductam ad ea cadere. Quare perito medico nobis opus esse, qui sicut Moyses, artificiose aduersus victricem voluptatem semper resistens, non dimittat, vt ad mortem vsque morbus homines detrudat. Etenim, vt asserit historia, serpentibus ipsis turpis illa cupiditas imminebat: serpentes quippe venenoso morsu homines inuadebant. At vero legislator serpentis specie verorum serpentum vim expulit, vt clare id exponamus. Vnum ergo contra hos pestiferos cupiditatis morbos antidotum est mundicies animi, pietatis mysterio celebrata. Caput autem omnium, quæ in hoc Christianæ professionis credimus est firma rectaque fide in passionem illius respicere, qui pro nobis passus est: crux vero passio eius fuit: quare qui crucem respicit, vt historia hortatur, ei venenum cupiditatum obesse non

B potest. Crucem antem respicere nihil aliud est, quàm vt huic mundo quasi mortuos, ac crucifixos nos præbeamus, fixos in virtute, immobiles in peccando: dei, vt ait psalmista, timore quasi clauo carnem nostram infigentes. Clauus autem, qui carnem hanc retinet, continentia est. Quoniam igitur praua cupiditas mortiferos terrenis e rebus nobis serpentes immittit (quicquid enim ex praua cupiditate nascitur, serpẽs est) Idcirco iam din lex antidotum nobis in ligno monstrauit. Id vero serpentis est simulachrum, non serpens, sicut & Paulus dicit, in similitudine carnis peccati, veræ eñ serpens peccatum est, & qui ad peccatum trãsfugit, serpentinam induitur naturam: ab hoc igitur peccato & adhuc serpentina natura homo, per illum liberatur, qui peccati speciem subijt, qui factus est secundum nos, qui peccando ad speciem serpentis conuersi sumus: per eum igitur ne morsus mortem inferant factum est: ipsæ vero feræ nõ sunt destructæ: feras autem dico cupiditates ipsas prauas. Nam & si praue peccantium mors nullam habeat in illos vim qui crucem respiciũt, carnis tamen aduersus spiritum innata cupiditas nõ omnino destructa est. Insurgunt enim & fidelibus sæpenumero cupiditatis morsus, quos ad sublatum ligno respicientes repellunt, timore pręcepti quasi antidoto vim veneni dissipantes: quod autem mysterium crucis sublatione serpentis in deserto figurabatur, aperte nos docuit veritas, cum dicit: & sicut moyses exaltauit serpẽtem in deserto, sic filiũ hoĩs exaltari oportet. Sed iterũ atq; iterum peccati proteruitas, quasi serie quadam, vsu ab alijs ad alia prorumpit, & legislator vt optimus quidam medicus ad morborum genera curam habet paratam. Nam cum serpentum morsus nihil mali amplius afferebat in serpentis simulachrum respicientibus, quod ænigma iam satis ex dictis intelligitur, alia peccandi via hostis, qui aduersus nos semper meditatur, ac cogitat, inuenta est, quæ nostris temporibus latissime quoq; patet: nam posteaquam morbus iste cupiditatis modestiore vita deferbuerit, ad sacerdotium irrumpunt, humanis suffragijs, imperiosisq; ordinationi-

busdiſpenſationem dei vituperãtes: ita homines ſi vno peccandi modo non vicerit
alio atq; alio aduerſarius noſter conatur deijcere. Vexantur eſcarum Aegypti cupi- C
ditate, vnde ſerpentes immiſſi ſunt, ſimulachro pendentis ſerpentis ex ligno ſuperan-
tur, ita crucifixi fides vei figurata liberauit. Cupiditatis autem morbo depulſo, ſuper-
bia locum eius occupauit. Nam cum humile atque abiectum eſſe crederent ordinem
ſuum ſeruare, ad dignitatem ſacerdotij ſeipſos intrudere conãtur, ac eos depellere
non erubeſcunt, qui myſterium id fuerant diuinitus conſecuti: ſed multi terræ hiatu
abſorpti perierunt, reliqui fulminibus conflagrarunt. Docet igitur meo iudicio his
hiſtoria, finem ſupercilij, atque ſuperbię definitionem ſic edicere: Superbia eſt deſcen
ſus ad inferiora, quod ſi vis verbi, vt multis videtur, contrarium oſtendat, (Superbus
enim qui ſuper alios eſt, dici videtur) non admiraberis: veritatem enim diuinæ hiſto
riæ ſequi malo, quàm nominum impoſitionem, nam ſi qui ſe ſuper alios pręferre vo
lũt, hiatu terrę demerſi, ad infima decidunt. Non eſt contemnenda definitio, cum di-
cimus caſum ad infima ſuperbiam eſſe. His igitur moderatos nos Moyſes facit, do-
cetque non extolli rebus bene geſtis, ſed ſemper quod adeſt ac inſtat animaduertere
recteque id diſponere. Non enim quoniam voluptatem ſuperaſti, nullo idcirco am-
plius morbo deuinci potes, omnis animi morbus ac perturbatio caſus quidam eſt,
cumque perturbationes inter ſe differant, tamen non differunt. Quare ſicut per lubri
cam voluptatem quiſpiam lapſus decidit, ſic ſuperbia intricatus ac ſubmerſus deci-
dit. Nullum autem expetet caſum vnquam qui mentis compos eſt, ſed æqualiter
omnem ſemper euitabit ac fugiet, quapropter ſi quem videris aliqua voluptate ſupe-
riorem, vt alios excedens videatur ſacerdotio ſtudere, hunc puta illum eſſe, qui pra-
ua elatione animi ad inferiora deprimatur. Docet enim per ea quæ ſequuntur hiſto-
ria, non humanam rem quandam, ſed diuinam ſacerdotium eſſe, & docet hoc mo- D
do: Virgas ab vnaquaque tribu accipit Moyſes, eas illorum qui dederunt nomini-
bus inſcripſit, ac tabernaculo appoſuit. Firmiter enim credebat quod miraculo quo-
dam per virgam, quam vnuſquiſque attulit, deſuper ſacerdos manifeſtaretur, quo
facto aliorum quidem virgæ ſicut erant permanſerunt: at deſtinati diuinitus ſacer-
dotis virga non extrinſeca humiditate, ſed virtute dei immiſſa radices propagauit,
ramos emiſit, & floribus exornata, demum fructum produxit, fructus erat nux, qua-
re grauiter caſtigati quieuerunt. Sed vide quomodo vndique peregrinata hiſtoriæ
diuina prouidentia nos docet: hoc enim fructu, quem Aaronis virga ediderat, qua-
lis debeat eſſe ſacerdotis vita monemur, aſpera enim & continens, duraque debet ex-
terius eſſe, intus autem & in occulto ſuaue quoddam edulium continere, quod tunc
manifeſtatur cum maturum fuerit, & corruptus fuerit ſtypticus ac circunfuſus cor-
tex, & lignea nuclei teſta defracta. Quare ſi ſacerdotis examinaueris vitã inueneriſq;
redolentem vnguentis ac roſis, biſſo & purpura florentem, ac menſis pinguibus inhę
rentem, in qua non adhibentur niſi defecata, & clariſſima vina, & vnguenta precioſiſ
ſima, & quæcunque alia ſuauia ijs guſtatu videntur, quibus hoc ſeculo frui propoſue
runt, recte in hunc Euangelicis vtens verbis, fructum video, ſacerdotalem arborem
non cognoſco, alius eſt enim ſacerdotij fructus ab iſto. Ille continentiam habet, ille
delitias: ille terrena humiditate non pingueſcit, huic multi e terra voluptatum afflu-
unt riui. Hunc igitur etiam morbum homines cum effugerint, tunc tuti per alienige
nas tranſeunt, lege ita per regiam plateam conducente, vt ad neutrã poſſint partẽ de-
clinare. Nam ſicut ſi præceps locus vtrinq; eſſet, ingentẽ oſtẽdens hiatũ, anguſtũ iter
per mediũ facienti periculoſiſſimũ eſſet huc atq; illuc declinare: Sic nullo pacto via q
nobis à lege datur, relinquenda eſt, quam dñs anguſtam appellauit, cum nec ad lęuã,
nec ad dextram excedere liceat. Hic autem ſermo in medio virtutes locatas eſſe oſtẽ-
dit. Vitium enim omne ad virtutem collatum, aut deficit, aut excedit, vt verbi cau-
ſa, ſi audaciam confers ad fortitudinem, eſt exceſſus quidam: ſi timorem, defectus à
fortitudine

A fortitudine inuenitur: quod vero inter hęc quasi angusto tramite versatur, expers ex-
tremorum vtriusque, id virtutis est, eodem modo cætera quoque omnia quæ virtutis
nomine nuncupantur, vitiorum affinitate vtrinque circundantur. Sapientia versutiæ
& simplicitatis media est: nec serpentum versutia, nec columbæ simplicitas, si per se
ipsum vtrunque consyderes, laudanda est: sed qui inter hæc habitus est, virtus est. Si-
militer qui à modestia deficit, luxu corrumpitur: qui excedit in ipsa nimiæ tenuitatis
nota, huius conscientia, vt Apostolus ait, inusta est. Ille ad voluptates pecudum mo
re fertur, hic etiam matrimonium quasi adulterium abominatur & eijcit: inter hos
autem modestus se cōtinet, neque ad omnem effusus voluptatem, & matrimonium,
vt decet, suscipiens. Verum quoniam, vt dominus ait, hic mūdus in prauo iacet, estque
alieni generis ab ijs qui legem sequuntur, quicquid virtuti opponitur, id vero est pra
uitas: quicunque per hanc viam ambulat, tuto per virtutis iter transibit, si publicam, si
virtuti tutam, albamque cōtinue viam peraget, nusquam ad finitima inuia diuertens.
Sed quoniam, vt iam dictum est, cū ascensu virtutis insidiæ aduersarij conscendunt,
idoneas in singulorum viuendi rationem peccandi causas excogitantis, alia tunc va
fredine insidiari populo statuit, quem videbat iam ad deum conuersum rectius viue
re, ac veluti graues expertique imperatores, cum difficile putauerint victoriam aperto
posse consequi marte, dissimulationibus atque insidijs hostem superare conantur: Sic
vitiorum omnium dux atque imperator diabolus, si quos iam in virtute stabiliores vi
det, non aperte in faciem obijcit gladium, sed clam & per insidias de loco pellere stu-
det. Idcirco augur quidā maleficus, occultis quibusdam viribus dæmonū ad malefa
ciendum vel verbis solis paratus, à tyranno Madianitarum vocatur: qui cum venisset,
nō vt volebat, maledixit, sed diuina virtute compulsus populo vel inuitus benedixit,
B qua ex re facile intelligitur nullas artes magicas, nullas hostis humani generis insi-
dias aduersus eos valere, qui vitutem colunt: sed etiam prauitatis tela reijciūt, qui dei
præsidio defendūtur. Habebat Balaam auguria, tenebat oracula, & ad hæc auditu asi
næ ignota nonnūquam perdiscebat: cuius vocem (quoniam ipse solebat brutorum
animalium clamores, & garritus auium cooperante diabolo intelligere) quasi articu
latā significantemque historia enarrauit: ostendens ad hoc vanitatis seductos à dæmo
nibus deuenire, vt modum vocis brutorum obseruent, ac inde significantis doctrinam
vocis accipere arbitrentur. Nam tunc attendens eis quibus seducebatur artibus, inex
pugnabiles esse Iudæos, aduersus quos ducebatur, perductus est. Sic & in Euangeli-
ca historia legio dæmonum, quamuis aduersus dominum præparata esset, cum ta-
men aduenientis vim iam ferre non posset, clamat inuita veritatem, quod hic est ipse
dei filius, cui conuenienti tempore ignem peccatoribus æternum retribuet. Dicebat
enim legio illa, scimus quis tu es sanctus dei, & venisti ante tēpus vexare nos, quod &
tunc factum est. Vis enim dæmonum, quæ augurem sequebatur, inuictum esse popu
lum dei vatem ipsum edocuit. Ita nullam potest iniquitas edere vocem in virtuosos,
qua possit efficere peiores, sed maledicere studens, benedicit, nec enim macula vlla
sordescunt innocentes: quomodo enim auaritia, qui omnia cōtemnit, maculabitur?
quomodo quasi luxuriosus ac vagans, solitarius homo vituperatur? quomodo ira mi-
ti nocebit? quomodo elatæ ceruices humilem vexabunt? aut alia quæpiam macula
immaculatum maculabit? His enim hæc intentio viuendi est, nullas hosti ansas præ-
stare, vt sicut Apostolus ait, nihil habeat confusus aduersarius dicere. Quocirca ad
maledicendū vocatus Balaam clamat: Quomodo maledicam cui non maledicit do
minus? id est, quomodo maledicam, qui nullam maledicendi materiam præbuit?
cuius inuulnerabilis vita est, quia dei scuto protegitur. Verum tametsi hac maledicē
di via nihil in populum hostis efficit, tamen quia virtute diuina defendi Iudæos
agnouit, non cessauit, sed fœdissima voluptate à diuino remouere studet auxilio. Nā
cum omnis voluptas facile ad vitium alliciat, tum vero fœdissimus Veneris actus

libidinosos præsertim iuniorum animos adunco detentos hamo attrahit. Id inde patet, nam armis præualebant, qui hostis ensem sua virtute reruderunt: qui legiones armatas fuderunt atque fugarunt, mulieris forma percussi ceciderunt, ita qui viros vicerunt, mulieribus peruincuntur. Nam simul atque mulieres apparuerunt, formosa pro telis corpora obijcientes, fortitudinis statim obliti, ad voluptates deuoluti sunt, hic ad nephandas libidines lapsus hostibus Iudæos diuino priuatos patrocinio trucidandos prodidisset, nisi zelator Phinees ardore suo diuinam sententiam præuenisset, nam & iudex & carnifex ipse factus est, sacerdotaliq; vsus officio sanguine peccatū purgauit, sanguine inquam animalis non innoxij, sed eorum qui nephando crimine conuenerunt, quorum & corpora vno ictu transfixa, & voluptas morte confusa diuinam iram mitigarunt. Hacne re salutare quoddam consilium historia præberet? nam cum multi sint morbi & ægritudines animi, quibus homines capiuntur, nihil tantam in nos vim habere ostendit, quantam spurcissima hæc libido. Nam si viros illos, qui Aegyptiorū equitatu diuinitus tecti non timuerūt, qui Amelechitas fuderunt, qui ipsorum Madianitarum legiones fugarunt, simul ac visæ sunt mulieres, voluptatis mācipia factos asserit: quid aliud hinc nos esse instruit, quàm voluptatem hanc valde cauendam esse, quæ titillationibus suis viros armis inuictos superauit, quodq; impudentius est, palam agi turpitudinem persuasit? ita bestialis ad libidinem impetus in pecudes homines vertit. Nam humanæ conditionis obliti penitus, non modo sua crimina non celabant, verumetiam porcorum more, alter in alterius oculis palàm sordibus deuoluti turpitudine sceleris gloriabantur. Quare aperte nos monet historia, procul à tam terribili bestia nobis esse habitandum, ne morbus more ignis propter vicinitatē flammā ad nos vsq; trāsmittat: quod & Salomon in Sapiētia docet: Ne calces inqt, ardentes nudo pede carbones, nec ignē in sinu deponas, & in Euangelio dominus, vt longe ab hac nos peste abduceret, cupiditatem ipsam, quę videndo irrepere solet, quasi radicem voluptatis euulsit, ostendens non esse suscipiendam cupiditatem visu, quæ ad actum ipsum planissima via est. Nam perniciosus omnis morbus pestilentiæ more, si semel principalia occupauerit membra, sola morte sedatur. Sed non esse opus in lōgius arbitror Moysi vitam producere. Nam si quis ad præstantiorem viuendi rationem reduxerit, non exigua ex iam dictis ad veram philosophiam viatica, & virtutis exempla poterit habere, qui autem meliori est animo, quàm vt suadere pro virtute velit, nec etiam si multo plura conscribemus commouebitur. Verum quoniam incipientes eam perfectam esse vitam descripsimus, cuius progressum nulla descriptio perfectionis vetat, sed incrementum ipsum ad maiora & meliora via est ad perfectionem, Mosaicæ vitæ orationem deduximus, veritatem illius descriptionis ostendere. Videmus enim illum cōtinue per totam vitam ad altiora sublimatū, multo sublimiorē se ipso in finem vitæ factū fuisse, vt quasi aquila super nubes, & ad ipsum æthera intellectualem circulari ascensu prouectus esse videatur: tamen natus est, cum iniuriā habere, partu masculi Aegyptijs facere putabant, cum lege tyrannus mares paruulos insequebatur: sed à parentibus primum, deinde ab ipsis legum perniciosis latoribus sublatus, superauit legis minas, & vixit. Ita qui lege mortis eum damnarunt, non solum viuere, sed bene quoq; viuere ipsum curauerunt, ac per omnes Aegyptiorum doctrinas educauerunt. Magnitudine deinde animi omnem honorem humanum, omnem regiam dignitatē, omnemq; gloriā aspernatus est, magnificentissimum enim ac regium iudicauit, non satellitibus ornatuq; regio, sed virtute custodiri, & virtutis ornatu gloriari. Aegyptio deinde interfecto ciuem seruauit, pro quibus nos inimicum atq; amicum animę intelleximus. Post hæc quietē ac solitudinē maioris sibi disciplinæ fecit magistrā, & sic luce ac rubo fulgente animū illustrauit. Sudet cōmunē facere suis felicitatē sibi diuinitus præstitā. Qua in re dupliciter vim suę virtutis manifestauit, cū Aegyptios resistētes multis modis atq;

crebris

crebris vulneribus vlciſcendo,tum ſuos ab om̃i ſemper imminenti calamitate cõſer-
A uando. Ducit per mare ſiccis tantum populum pedibus, nõ nauibus, ſed fide pelagus
tranſit. Fecit vt profunda maris terra ſicca Hebræis eſſet, Aegyptijs vero vt erant pro-
funda,atq; aſpera maria. Cecinit parta victoria laudem,eſt illuminatus, menſam ex
diuinis delitijs ſibi p̃parauit,manus ſurſum erexit, & Amalech debellauit. Acceſſit
ad montem,in caliginem ſe intulit,tubam audiuit,Deo propinquior factus eſt,in ſu-
periore tabernaculo habitauit,ſacerdotium exornauit,inferius tabernaculum condi
dit,legibus vitam hominum muniuit, bella plurima inuictus geſſit ac in fine ſuarũ
rerum geſtarum perniciem luxuriæ per ſacerdotem puniuit: & poſt hæc omnia in
montem requietis aſcendit, non deſcendit ad inferiores terras, quo turba populi ex
repromiſſione reſpiciebat,nec enim illicitur terrenis, qui cœleſtibus inuigilauit, ſed
ſurſum ad ipſum montis verticem cõſtitutus,vt peritiſſimus ſtatuarius tota vitæ ſuæ
diligenter conficta ſtatua non finem in extremo fictionis termino, ſed verticem im
poſuit,quid enim dicit hiſtoria de ipſo? mortuus eſt Moyſes ſeruus domini per ver-
bum dei, nec vllus nouit ſepulchrum eius, nec oculi eius caliginauerunt, nec facies
eius corrupta eſt. Hinc enim diſcere licet, quot quantiſque virtutibus hoc ſacro no-
mine dignus homo efficitur,vt dei ſeruus appelletur, dei enim ſeruus vere ille eſt,
qui cætera omnia ſuperauit. Nam deo ſeruire quiſpiam non poteſt, niſi omnia quæ
in hoc mundo ſunt, propter deum ſpreuerit. Hoc autem ipſi virtuoſæ quoque vitæ
huius ſeculi finem affert,verbo dei conſummatum,finem dico viuum,cui non ſucce
dat ſepultura,cui non addatur tumulus, qui nullam oculis caliginem, nullam faciei
corruptionem inducat, quid igitur hiſtoria nos hinc admonet? ad vnum eſſe finem
nobis in hac vita reſpiciendum, vt ſerui dei nomen aſſequamur. Nam cum omnes
inimicos deuiceris Idumæum, Madianitam:cum aquas tranſieris, cum nube illumi-
B natus fueris,cum ligni virtute dulciores biberis aquas, cum lapidis fluenta potaue-
ris,cum cœleſtem panem comederis, cum mũditie atque caſtimonia iter tibi ad mõ-
tem conſeceris, cum tubarum ſonitu diuina in monte ſacramenta didiceris, cum in
caligine deo ipſi appropinquaueris, ac ab eo tabernaculi myſteria, & ſacerdotij di-
gnitatem perceperis,cum tui cordis fueris lapicida,cum aureum ſimulachrum,id eſt
auaritiæ cultum ex animo deleueris:cum exaltatus à deo fueris, vt Balaamicis arti-
bus capi nequeas (his autem magicis artibus varias huius vitæ peſtes intelligimus,
quibus homines in beſtias commutantur) cum tibi germinauerit ſacerdotij virga,
non humiditate terrena,ſed à ſeipſa nucem producens: cuius cortices amari & auſte
ri,nucleus ad comedendum ſuauis & vtilis ſit:cum omnes qui aduerſus tuam audent
dignitatem inſurgere,aut terra obrueris ſecundum Datham,aut igne conſumpſeris
ſecundum Core:tunc demum accedes ad finem. Finem autem dico, cuius gratia cę
tera ſunt. Nam vt agriculturæ finis eſt frugum perceptio, ædificationis ædium eſt
habitatio,& nauigationis diuitiæ,certaminis corona: ſic virtuoſæ vitę finis eſt, vt ſer
uus dei & ſis,& vociteris,quam quidem ad rem & illud accedit,vt ſepultura obrui ne-
queas quod ſit,ſi vitiorum omnium denudatam vitam colueris. Verum huius diui-
næ ſeruitutis aliud quoque ſignum hiſtoria tradit: nec enim oculus caliginabit, nec
facies ſerui dei corrumpetur. Nam oculus qui ſemper in luce eſt, quonam modo vl
tenebrarum caliginabit, quarum omnino expers eſt? & qui vitam integram ſemper
ſecutus eſt, quomodo corrumpetur? Nam cum ad imaginem dei factus ſit,nec à ſe
ipſo degenerauerit,neceſſe eſt,vt huius imaginis notiones incorruptibilitatem & im
mutabilitatem retineat. Habes de vita perfecta in breui hac oratione meum iudici-
um, nam tanquam exemplar quoddam perfectionis vitam Moyſi deſcripſimus, ex
qua vnum hominum monſtratæ huius pulchritudinis charactera depingere licebit.
Quod aũt perfectionem hoĩ poſſibilem Moyſes aſſecutus eſt, diuinæ vocis teſtimo-
nio perhibetur: Cognoui te, inquit, præter omnes. Accedit quod amicus dei ab ipſo

deo

A DIVI GREGORII NAZANZENI SERMO DE MODERANDIS DISPVtationibus, interprete [redacted]



IN tam alacri conuentu, tamq; populosa concione vestra, summa nobis nauandæ operæ offertur opportunitas. Age, quid mercis vobis exhibebimus? Desit licet, quod communi huic respondeat alacritati, non deest tamen, quantum e facultate nostra desyderari potest. Illa sane postulat maiora, hæc vero exhibet mediocria. Cæterum satius fuerit aliqd pro viribus afferre, quàm omnino comparere inopem. Enimuero in diuinis humanisq;, non qui nō talia pręstat, sed qui non vult, reprehensionem meretur. Et ego pastor sum humilis & inops, alijsq; pastoribus (vt modeste dicam) adhuc parum gratus, improbo iudicio ratione que iusta: an pusillanimitate & inuidia id contingat, nescio, deus scit, & declarabit apertius dies ille reuelationis, ignisq; consummationis, quo iudicantur purganturue nostra omnia. Atqui periclitabor pro virili, ne donum gratiæ recondam, neue lucernam sub modium ponam, neue talentum terræ infodiam (id quod sæpenumero audiui à vobis, qui silentium meum ægre ferentes, ignauiam op-
B probratis) sed vt erudiam vos sermonibus veritatis, spirituiq; magis idoneos parem.

Vnde igitur fratres, vt vos perfectiores reddam, exordiar? Aut quibus sermonibus athletas, quorum præsens est festiuitas, ornabo? Quid primum præcipuumue dicam? An quod animabus nostris summopere conducit, an quod præsenti tempori accommodatius est? Hac vtique via docebimus. Quod nam illud, de quo honestissime, addo, & summa vtilitate habemus sermonem? Pax. Quid item, de quo loqui indecentissimum simul fuerit atq; damnosissimum? Discordia. Iam quia semel rogare, respondereq; cœpi pergam etiam sequundo interrogare: Quid est quod pacem soluit maxime? & quid est quod discordiā introducere solet? vt dum quasi fontes perturbationum obturamus & exiccamus, vel morborum causas amputamus, commodius simul & quæ inde fluunt, vel pullulant, succidantur. Neq; enim fieri potest, vt de fine bene cognoscant, quibus initium non satis animaduersum sit.

Igitur lubetne nobis ipsis in causa hac differere, & docere, an mihi curam vestri gerenti eam declarandam examinandamue commendatis? Quod si vobis gratum, vt ipse dicam, paratus sum. Sin, vt dicētes vos audiam, multo sum paratior. Scio quod ceditis. Arbitremini enim vos, neq; imperitos, neq; inutiles curandarum animarum medicos: siue vera, siue vana sit hæc opinio vestra.

Ne admiremini, si inexpectatum dixero sermonē. Plane inopinatus est, verus tamen, vt vel ego saltem affirmo, sed & vos astipulabimini, modo ad finem vsq; discendo expectate. Et nunc ne eo, quod reprehēdimus, vitio laboretis, vt par est, attenti auditores rationem feruori vestro iungite.

Præsentis turbelæ causa sunt ingenia calida, & excellentia, non equidem, vt simpliciter ignea, & eximia. Neq; enim calorem reprehēdimus, sine quo nullum præclarum opus, siue pietatis, siue virtutis geri potest, sed immodicum illum, cum stupiditate, & imperitia, imperitiæq; mala prole temeritate (Est enim temeritas inscitiæ proles) Quippe ingenia ad virtutem inualida, eadem & ad malitiam segnia sunt & inagi

lia. Neq; in alteram partem magis propendunt. Quales ferme sunt torpidorum mo- C
tiones. Contra, quæ vegeta, si parent rationis magisterio, bona virtutis sunt armat
sin rationem scientiamque reijciant, opportuna malitiæ sunt instrumēta. Siquidem
& equum, qui [redacted] victoriam, ferocem & generosum
esse conuenit: qui inutilis erit, [redacted] erudiri, exercitationeque laboriosa
non euadat mansuetior. En hoc est, quod, [redacted]mum, membra diuellit, fra-
tres dissidere fecit, ciuitates turbauit, plebes in rabiem egit, armauit gentes, euocauit
in bella reges, cōmisit sacerdotes & populū, sacerdotesq; inter se, & populū inter se,
parentes incitauit aduersus filios, & filios aduersus parentes, maritos exacerbauit in
vxores, & vxores in viros. Similiter & oīa cognationis noīa, seruos & dn̄os inter se,
magistros & discipulos, senes & iuuenes, vt contempta lege verecūdiæ, quę maximū
virtutis adminiculum, legem pertinaciæ introducerent: per quam facti sumus, non
tribus, vt olim Israeli opprobratum, & non Israel ac Iuda duæ vnius paruęque gentis
sectæ, sed per domos coniugiaque, & necessitudines, & quantum possibile, vnusquis-
que aduersus seipsum sectus est, & totus orbis, hominumque vniuersum genus, ad
quod diuinus sermo peruenit: & destituti sumus omni principatu, quibus multi erāt
principes, & secus infernū dispersa sunt ossa nostra. Et par erat, deuictis hostibus ex-
teris, nunc mutuis excidijs subuerteremur: & veluti furiosi, qui carnes proprias inua
dunt, non sentiremus malum nostrum, sed gauderemus magis quàm alij, quibus lu-
dibrio sumus: & ita lucro in damnum cedente duceremus pro cultu deo exhibendo,
dissidijs separari & incendi: non laudata illa separatione, sed ignominiosa: nec pur-
gatorio incendio, sed pernicioso, non enim separat gladius verbi, quod est gladius
Christi, separans fideles ab infidelibus, neque mittitur & accenditur ignis, qui est fi-
des & feruor spiritus, materiam absumens & deuorans, sed contra, prius secamur & D
absumimur. Hoc est, quod ecclesiam vnā fecit esse partes multas, & disiunxit non in
vnum Paulum, vel Cepham, vel Apollo, vel plantatorem aliquem, vel irrigatorem,
vel alium quendam: sed multos nobis induxit Paulos, Apollos, & Cephas. Quo-
rum nominibus vocamur, magis quàm Christi magno illo & nouo nomine, insu-
per & eorum esse dicimur. Atque vtinam tantum duntaxat dicere liceret, sed pro vno
(horreo dicere) induxit multos Christos: nempe eum qui gignitur, & qui creatur:
eum qui à Maria incipit, & qui resolutus est in id vnde vt esset processit, & hominē
mente carentem: eum qui vere sit, & qui apparuerit esse. Sic & multos spiritus inse-
rūt, increatum scilicet & creaturam, pari honore colendum, & effectum, & tenue no-
men. Noscere oportet vnum patrem expertem principij, & ingenitum: vnum item
filium ex patre genitum: sed & vnum spiritum ex deo habentem substātiam, qui pa-
tri quidem innascibilitate, filio autem generatione cedet, in alijs vero eiusdem sit na
turæ, maiestatis, glorię & honoris. Hæc scienda sunt, hæc cōfitenda, hactenus sapien
dum: multa autem loquacitas, variæq; nouitates vocum & sermonum, ociosis relin-
quendę. Quid ergo illud est, quod hæc omnia excitauit? Calor irrefrenabilis, expers
rationis ac scientiæ, & fidei nauigium gubernaculo destitutum. Quum igitur hoc sci
amus fratres, ne simus segnes ad bonum, ne vnquam paulisper obdormiescamus in
mortem, dormientibusque nobis mala semina interserat inimicus. Desidia enim so-
mno æqua lance confertur. Sed neque ignei simus, nihil consyderantes, solaque no-
stra sectantes, vt ne extollamur, neue e regia via excidamus. Omnino æque peccabi-
tur, siue calcaribus nobis ob ignauiam opus fuerit, siue in præceps proni ob calorem
ferimur. Ex vtroq; potius, quod conducibile decerpamus: ex illa videlicet mansuetu
dinem, ex hoc zelū. In vtroq; fugiamus, quod noxium: in illa torporem, in hoc teme
ritatē, vt ne deficiēdo simus absq; fructu, neue excellendo periclitemur. Perinde inu
tilis est ociosa desidia, & calor disciplinæ nescius. Illa enim bono non appropiat, hic
vero etiam transiliēdo excidit, dextro aliquid faciens dexterius. Idipsum & diuus So
lomon

A lomon bene sciens: Ne declines (ait) in dextera, neq; in sinistra, neq; per contraria in
æque malum cadas peccatum, tametsi natura dextrum laudet. Vias enim, inquit, quæ
à dextris, nouit dominus: peruersæ autem sunt quę à sinistris. Quo pacto igitur pro-
bat dextrum, & iterum abducit à dextrę [illegible] eo quod dextrum appareat, &
non sit. Ad quod alio loco spectans inquit: Ne sis iustus plurimum, neque immodi
ce sapiens. Eodem enim modo se habent sapientia & iustitia, si citra bonitatem &
virtutem excellens in opere & sermone fuerit calor, quòd defectu excessuque similiter
perniciosus sit, sicut si quid regulæ addatur, vel auferatur. Quapropter nullus sapien
tior quàm bonum fuerit: nullus lege iustior, nullus regula laxior, nullus mandato
sublimior esto. Id quo pacto fiet? si spectantes mundum, & naturæ legem laudamus:
& sic obsequentes rationi, ordinem bonum non contemnimus. Aspicite in cœlum
sursum, & in terram deorsum, & cogitate quomodo constiterit vniuersum, & vnde,
& quod nunc nomen vniuerso, & quod fuit ante quàm adornaretur. Ordine opifex
sermo disposuit, & disposita sunt omnia: tametsi fieri potuit, quòd omnia ceu vnum ali-
quid simul substiterint. Nam qui dedit his quæ nō erant, vt essent, & cum fierent, spe-
cies indidit & figuras, idem nec impotens erat vniuersum simul proferre, & adorna-
re. Verum ideo primum quid & secundum numeratur, & tertium, & cætera, vt mox
cum creaturis ipsis comes ingrederetur ordo. Quocirca ordo vniuersum constituit,
ordo continet tam cœlestia quàm terrestria. Ordo est in mentalibus, ordo in sensibi
libus, ordo in angelis, ordo in astris, motu & magnitudine, habitudine, continentia,
& splendore. Alia est claritas solis, alia lunæ, & alia astrorum. Astrum enim ab astro
differt claritate. Ordo est in anni partibus & temporibus, quæ mundo nunc adueni-
unt, nunc tacite abeunt, vt austeritatem mediocritate mitigent. Ordo est in mensuris
interuallisq; diei ac noctis. Ordo in elementis, e quibus corpora. Ordo circumegit
cœlum, tenuauit aerem, terram supposuit, quin & superposuit, naturam humectam
B fudit, & congregauit, ventos misit, quibus alios non submisit, aquam in nubibus col
ligauit, & non cohibuit, sed sparsit super faciem vniuersæ terræ indiscriminatim &
bono ordine. Atque hæc non in paucis, neque in vnam aliquā occasionem, vel tem-
pus, sed ab initio ad finem vsque, eadem via diriguntur & circumeunt, solidata sunt,
& mouentur: solidata quidem verbo, mouentur autem fluxu. Statuit ipsa (inquit) in
seculum seculi, præceptum posuit, & non præteribit, & hoc solidationis est: sed quod
factum est aliquid, vel fiēdum est, ipsum est fluxuræ. Quandiu autem ordo in rebus
principatum tenet, vniuersum (κόσμος & proprio nomine) mundus est, & immobi
lis perseuerat rerum pulchritudo. Ordinis autem prætermissio, & ornatus negligen-
tia, nouatis rebus, induxerūt in aere fulmina, in terra commotiones, in mari inunda-
tiones, in vrbibus & domibus bella, in corporibus morbos, in animabus peccata. Ista
omnia non ordinis, neque pacis, sed turbationis & deordinationis sunt nomina. Ce-
lebrem quoque illam vltimam corruptionem, quam expectamus fratres, non aliud
quid esse arbitramur, quàm deordinationis abundantiam. Colligauit enim ordo, sol
uet autem deordinatio, quando vt soluatur, vel in meliorem transeat conditionem
vniuersum ei, à quo colligatum est, placuerit. Ordo animantibus omnibus, natiuita-
tis & educationis leges, ac suum cuiq; locum præscripsit: neq; delphinum quis agros
sulcantem, neq; bouem aquis natantem vidit, sicut nec solem nocte minui & imple-
ri, nec lunam interdiu facem ignei iubaris proferre. Montes (ait) excelsi ceruis, & pe
tra refugium cuniculis. Fecit lunā in tēpora, sol cognouit occasum suum. Noctescit,
& homo somno corripitur: & feræ libertate fruuntur, quærentes singulæ alimētum
quod sibi à conditore datur. Diescit, & congregantur bestiæ, opusq; suū homo aggre
ditur: & quātum ad ordinem, legem, ac rationem naturæ spectat, cedimus inuicem.
Adijciam & hoc, quod maximum, nobisq; peculiarissimum. Ordo hominem ex ra

tionali, irrationalique temperatura, rationale animal constituit, non sine mysterio,
puluerem menti, & mentem spiritui copulando. Et vt maius quoddam miraculum C
in suo figmento operaref, idem saluauit et dissoluit. Vnum enim superinduxit, & al-
terum subduxit, vt in flumine fieri solet, immortalitatemq; mortali per solutionem
acquisiuit. Ipse etiam à brutis nos discreuit, ciuitates inhabitare fecit, leges condidit,
virtuti præmia, sceleribus supplicia decreuit, artes inuenit, coniugia adaptauit, vitæ
austeritatem amoris erga liberos affectione mansuetiorem reddidit, & maiorem ali-
quam quàm est humilis & carnalis illa, affectionem in intimis penetralibus colloca
uit, nempe eam quæ in deum est. Et quid opus singillatim percensere? Ordo eorum
quæ sunt, parens est, ac conseruatio secura. Et solus (si ei vox tribuatur) hunc condi-
toris omnium sermonem recte dixerit. Quando vniuersum essentiam recipiebat, &
subsistebat, quando præparabat thronum suum super ventos, & firmabat nubes su-
periores, quando fundabat terram, & muniebat fontes subcœlestes, & spiritu oris sui
virtutem omnem largiebatur, & reliqua. Iam cuius gratia ista omnia commemora-
ui, & quo iam diu anhelat sermo? Ordo & in ecclesijs definiuit, vt esset grex quidam
& essent pastores, esset quod regeret, & quod regeretur: & quod quidem quasi caput,
illud vero manus, aliud autem pedes, aliud item oculus, aliud denique aliud quod-
dam corporis membrum, siue præstans, siue minus præstans ad vsum elegantemq;
proportionem totius. Et sicut in corporibus membra inter se non sunt diuulsa, sed to
tum ex diuersis cohærentibus vnum est corpus, neque eadem omnium operatio, etiā
si eadem sit, cum mutua opera ad necessitatem vti beneuole comprobāt & annuunt.
Et neque oculus ambulat, sed iter monstrat, & ducatum præbet: neque pes prospe-
ctat, sed transit, & transfert: neque lingua vocem excipit, neq; aures loquuntur, quod
linguæ est, hoc enim aurium est. Et nares olfactus sensoria sunt, guttur vero cibos
gustat, ait Iob. Manus autem dandi recipiendique instrumētum est. Cæterum mens
dux omnium, à qua sentiendi vis, & ad quam sensatio proficiscitur. Sic & apud nos, D
qui sumus commune corpus Christi, omnes quidem vnum corpus sumus in Chri-
sto, singillatim vero Christi, & inter nos membra, & cum alterum principatum ob-
tineat & præsideat, alterum dirigitur & ducitur: & licet non idem sit regere & regi, fi-
unt tamen vtraq; vnum, ab eodem spiritu in vnum Christum coadaptata & compo-
sita, etiam si subditi quantocunq; interstitio distent, & duces quantacunq; eminentia
antecellant, eruditione, vsu & ætate. Etiam spiritus prophetarum, prophetis subiecti
sunt. Ne controuertas. Paulus dicit: Et alios quidem posuit deus in ecclesia, primum
apostolos, deinde prophetas, tertio doctores: primum propter veritatem, secundo
propter vmbram, tertio ob vtilis illustrationis mensuram. Et spiritus quidem vnus
est, dona autem non æqualia: nam neq; spiritus receptacula æqualia sunt. Siquidem
vni quidem datur sermo sapientiæ per spiritū, alij vero sermo scientiæ, vel reuelatio-
nis, alij aūt fides solida, & indubia, alij aūt efficaciæ virtutū sublimiūq; miraculoꝝ,
alij dona medicaminum, subsidia, hoc est præfecturæ, gubernationes, hoc est mode-
rationes carnis, genera linguarum, interpretationes linguaꝝ, quæ minora sunt do-
na & posteriora iuxta reputationem fidei. Hunc ordinem revereamur fratres, hunc
custodiamus, & ille sit auris, alius lingua, ille manus, hic aliud quiddā. Et ille quidē
doceat, hic vero discat, alius aūt laboret manibus, vt det ijs qui indigēt, & mutuare cu
piunt. Ad hæc ille quidem regat, & ad pericula præmittatur, hic vero per ministeriū
iudicetur. Qui docet, ordinate. Prophetæ enim duo vel tres loquantur, & vicissim, &
vnus interpretetur, alio declarante, prior cedat. Qui discit, in obedientia: & qui sup-
peditat, in hilaritate: & qui ministrat, in alacritate. Ne omnes simus lingua, quod fre-
quentissimum est, ne oēs apostoli, ne omnes prophetemus, ne omnes interpretemur.
Magnum quiddam est de deo loqui, sed multo maius si quis seipsum purificet deo.

Siquidem

A Siquidem in animam malam non ingreditur sapientia. Iussi item sumus seminare
ad iustitiam, & vindemiare fructum vitæ, vt & illuminemur luce scientiæ. Quippe
Pauli sententia est, dominũ cognosci, per hoc quod diligimus: docere autem, per hoc
quod cognoscitur. Sciuitq; φ hæc via ad scientiam melior esset, quàm inflans illa opi
natio. Magnum est agere doctorem, at citrã periculum discitur. Quid teipsum facis
pastorem, cum sis ouis? Quid caput efficeris, cum sis pes? Quid attentas ducere exerci
tum, qui inter milites ordinatus es? Quid magna & dubia maris lucra sectaris, q po-
tes absq; periculo terram colere? Quod si vir es iuxta Christum, & sunt tibi exercita-
ti sensus, luceatq; tibi lumen scientiæ, loquere dei sapientiam, quã loquuntur perfecti,
q̃ abscondita est in mysterio: & illã tunc loquere, vbi concreditã acceperis, & oppor-
tunitas se obtulerit. Quid enim habes à teipso, quod nõ datum est? An non accepisti?
Sin adhuc paruulus es sensu, & humi reptans, nec talis, qui paribus gressibus cũ adul
tioribus incedas: fias Corinthius, educare lacte. Quid vis solidiorẽ cibũ, quem mem
bra non cõcoquunt, sed ob infirmitatem pro cibo habent? Loquere tum, si quid me-
lius habes silentio. Nosti q̃ laudetur, ordinem labijs ornare. Dilige aũt silentium, vbi
melius fuerit silere q̃ loqui. Et alia quidẽ dicenda sunt, alia vero audienda: & alia lau
danda, alia amare rejcienda. Nescitis fratres quantus sit agon noster, qui hoc subli-
miori loco præsidemus, præsertim si vestræ multitudini leges feramus. At fortassis
plerique ex nobis ipsis (quod & lachrymis dignum) ignoramus, quo pacto omnis co-
gitatio, & sermo, & opus librentur apud deũ: & non solũ apud deũ, sed & apud hoĩm
quamplurimos, qui tardi ad sua, præproperi ad aliena exquirẽda, facilius alijs maxi-
ma, q̃ nobis minima permittant: & quamuis indoctiores sint, citius tamen nostram
pietatem, quàm mediocrem suipsorum ignorantiam deprehendant. Nescitis quale
ex deo donum sit silentium, & carere omni loquendi necessitate: & habere in sua po-
testate sermonem alium suspendere, alium explanare, & ita esse compotem tam ser-
B monis quàm silentij. Porro sermo omnis natura debilis est, facileque pellitur: & ob
sermonem, quo oppugnari potest, haud satis liber & firmus: & cum primis sermo de
deo eoq; magis quo sermonis subiectum maius, emulationis plus, & periculum mo
lestius. Et quid fiduciæ erit timidis? cogitabimus? loquemurę audiemus? in quibus
tribus versatur periculũ. Nam & cogitare graue, & interpretari difficile, & puras obti
nere aures operosius. Equidem deus lux est, & lux summa, cuius tenuis quidem de-
fluxus, & descendens tantum radiatio videtur, lux omnis etiam fulgidissima. Sed vi
des? nostram caliginem calcat, & tenebras posuit absconditum suum, interpositis il-
lis inter nos & ipsum? sicut olim Moyses velamen posuit inter se & cæcitatem Israelis
vt ne facile spectet tenebricosa natura recõditam pulchritudinem, paucisque dignãt
& ne, quod leui opera indeptum, facile possidetur, facile etiam abijciatur. Lux apud
lucem semper ad summa trahentem, per desyderium conuertetur: & mens purgata
purgatissimæ appropinquæ partim nunc apparet, partim posthac pręmium erit vir
tutis, per quam ad ipsam in hac vita tendimus, vel per quam ipsi etiam assimilamur.
Videmus enim nunc, ait, per speculum & in ænigmatis, tunc autem facie ad faciem:
nunc scio ex parte, tunc autem cognoscã sicut & cognitus sum. Et cum tanta nostra
sit humilitas, qualis erit ergo promissio? & cum tantum sit scire deum: quãtum quod
cognoscemus? Hęc Paulus magnus ille veritatis præco, ille gentiũ in fide doctor, ille
q magnũ orbis circulũ euangelio impleuit, qui nõ alteri quàm Christo viuit, qui vs-
que in tertium cœlum peruenit, qui spectator paradisi, qui in votis habuit dissolui
ob perfectionem. Præterea Moyses vix vidit posteriora dei per petram. Quæcunq;
ea sint, & quæcunque sit petra, certe multis precibus promissionem obtinuit: neque
quantum desyderabat vidit, sed multo plus erat quod eum fugiebat, quàm quod ap-
parebat. Moyses erat ille Pharaonis deus, tanti dux populi, taliq; miraculorum vir-
tute pręclarus. Tu autem quos enutristi e cœlo? quam aquam e petra elicuisti? quod

pelagus diuisisti virga? quē populum duxisti per liquidū quasi siccum? quem Ama-
lech expugnasti precibus, & manuum extensione, & cruce, quæ à longe præfigura- C
tur? vt inter calamitates numeres, quod non deum totum cognoscis, & ob id omnia
crepant, sursumq; ac deorsum feruntur? An non etiam hic cum Moysis mentionem
feci, didicisti doni officium ordinisque legem? Si Moyses es, concede intra nubem,
& loquere deo, & vocem audi, & accipe legem, & statue legem. Sin Aaron, conscen-
de quidem, sed extra nubem consistito, propius tamen. Quod si Ithamar es aliquis,
vel Eleazar tertius à Moyse, vel aliquis ex senatu septuaginta patrum, stes aliquanto
remotius, & tertium stationis locum occupa. Denique si e populo, multitudineque
vnus es, caue, montem accesseris: quem si bestia contingit, lapidibus adobruetur:
sed manens in loco inferiori solam vocem audi, huiusque gratia teipsum sanctifica,
& purifica, sicut ordo tuus postulat. Et vt pluribus te erudiam, quis sacerdotum ma-
nus initiabat? Moyses. Quis initiatorum primus? Aaron. Insuper pro his quis apud
deum intercedebat? quis respondebat populo? Si autem in sancta sanctorum ingre-
diendum, quis præter vnū intrabat? Et semperne ille? Minime, sed quotannis semel,
idq; stato die. Ferebant & tabernaculum aliqui, verum nulli præter leuitas, & ij, sicut
ordinatum erat: nam aliqui preciosiora, aliqui minus preciosa, prout ferentium erat
dignitas. Quia autem & tabernaculum custodiri opus erat, deputati erant custodes:
& in his nihil, quamuis paruum, absque discrimine & ordine gerebatur: alius enim
hoc quod ad tabernaculum pertinebat, alius aliud asseruabat. At si nobis parua quę-
dam gloria contigerit, & sæpe ne ipsa quidem, sed vtcunque duo vel tria verbula sa-
cræ scripturæ apprehenderimus, ea ipsa est repentina, & vno die orta sapientia, tur-
risq; illa Chalanes, quæ linguas probe diuisit. Vnde necesse est nos euadere arrogan-
tes, & rebelles Moysi, ac iniurios & impios, velut Dathan & Abiron: quorum si arro-
gantiā & ceruicositatem non vitauerimus, finem quoq; & mortem non effugiemus.
Iam si placet, etiam aliūde ordinem, qui & ipse laudatus sit, proferamus, dignum pla- D
ne præsente commemoratione & hortatu. Vides discipulos, qui cum omēs sint egre-
gij, & electione digni, vocatur tamen hic quidem Petra, & concredūtur ei fundamen-
ta ecclesiæ. Ille vero plus diligitur, & super pectus Iesu requiescit, & ferunt alij haud
grauatim hos honore præferri. Et cum accerserentur à Christo, vt in montem simul
ascenderent, vbi deitatem per claritatem monstraret, & eum qui in carne latebat nu-
daret, aliqui duntaxat ascenderunt: neque enim omnes tanti miraculi spectatores
fuere, sed Petrus, Iacobus & Ioannes, qui ante alios erant, & numerabantur. Quos
etiam adesse iussit sibi, cum in agone futurus erat, parumper secedens, & orans prius-
quam pateretur? Profecto illos ipsos. Hæc à Christo prælatio facta, alioquin bono
ordine cuncta disposita. Nunc hoc rogabat Petrus, illud vero Philippus: hoc Iudas,
aliud Thomas, alius quis aliud: nec omnes idem, nec vnus omnia, sed suo quisq; lo-
co, & vnum aliquid super quo rogabatur quisque. Dixeris sed illud quoq: Quid tibi
videtur? vult aliquid dicere Philippus, nec audet solus, & Andream assumit. Vult &
Petrus rogare aliquid, & nutu præmittit Ioannem. Vbi hoc loco seueritas? vbi prin-
cipatus amor? Qua ratione cum fuerint discipuli Christi, potuissent magis compro-
bare mansuetum & humile cor Christi? esseq; se seruos eius, qui propter nos seruus
factus est, & omnem gloriam in omnibus retulit in patrem, vt nobis boni ordinis mo-
destiæq; exemplū daret? Eam modestiā (si negligimus tantū colere, quantū vellem,
quāuis nō simus oībus immodestiores) certe de maximis & in maximis demonstre-
mus. An nescis, q; non tanta iudicatur humilitas in rebus paruis, in quas sæpe osten-
tatio & mendax virtutis forma incidit, quanta probatur in maximis. Mihi sane non
statim modestus videtur quisquis de seipso parua loquitur, & ad paucos, & raro: ne-
que quisquis humiliorem se humiliter alloquitur: sed si quis de deo modeste loqui-
tur, & alia loqui, alia tacere nouit, & fatetur in alijs suam ignorantiam, & concedit ei
cui

cui concreditus est sermo, sentitq; alium magis spiritualem, in contemplandoq; pro-
A fecisse amplius. Turpe quidē eligere vestem & victū nō splendidiorē, sed frugaliorē,
& humilitatem, propriæq; fragilitatis conscientiam declarare ieiunijs, vigilijs, duris
cubilibus, labore, nullisq; non castigationibus. In diuinis aūt sermonibus imperato-
rē aliquem agere, vel tyrannū, nulliq; in aliquo cedere, superciliūq; vltra oēs docto-
res legis attollere. Hic aūt humilitas honesta est, simul & secura. Supplodit & subsibi
lat hic calidorū nostrorū aliqs. Quid igitur? silebimus de deo? iubes ne hoc? de quo po
tius q̄ de deo loq̄mur? Et quō saluū erit dictū hoc: Semp laus eius ī ore meo, &c. Bene
dicā dñm in omni tēpore. et, Ecce labia mea nō prohibebo? Et eius gñis meditata, &
præfinita verba dicet. Cui eos qui bonum ordinem docent mansuete & nō moleste,
his verbis occurrere conuenit. Non præcipio silere, vir sapientissime, sed nec conten-
tionis studium fouere. Non occultare veritatem, sed nec docere aliquid præter legē.
Et ergo inter primos laudarim sapientiam eorum, qui diuinis sermonibus occupan
tur, vel occupati esse cupiunt, etiam si ipse nunquam his studijs prǽficerer, neq; miser
ob ipsa arguerer tanquam sapientiæ eruditionisq; contemptor. Auersor tamen im-
modestiam & insatiabilitatem, malimque ignauior quàm curiosior haberi: vel (si
vtrunque cauere, & medium aliquod assequi possem) malim iusto timidior quàm
audacior dici. At tu plane contrarium facis: quemadmodum si eum qui edendi in-
temperantiam prohiberet, reprehenderem, quasi prohiberet omnino edendum: vel
quasi laudaret cæcitatem, qui ad continentiam visus hortaretur. Si tibi sermo est in-
tellectus, responde aliquid (ait) nemo prohibiturus est. Sin minus, vinculum inijciat
labijs. Quanto magis congruit hoc ijs, qui ad docendum prompti sunt. Si tibi data
est occasio, doce. Sin minus, linguam compescito, & solue aures. Meditare diuina,
sed intra terminos te cohibe. Loquere ea quę sunt spiritus: & si fieri potest, nihil aliud
B & loquere potius quàm anhelando sermonem præcipita. Bonum est ac diuinum, di
uinarum rerum memoria semper extimulari ad deum, sed quatenus per rationis
captum permittitur. Ne curiosior sis scrutando patris naturam, filij essentiam, spiri-
tussancti gloriā, & potentiam, vnam illam in tribus deitatem & splendorem, insepa-
rabilem illam & naturam, & confessionem, & gloriam, spemq; eorum qui credide-
runt. Verbis consuetis vtere, ratio sit sapientiorū. Sufficiat tibi fundamentū habere,
superextruat architectus. Sufficiat tibi pane cor firmari, edulia varia diuitibus relin-
que. Nemo cordatus iudicat te etsi nō delitijs sumptuose: sed si non apposueris, vel
nō potaueris aqua pro tua facultate discipulum Christi, vel alium quempiam. Ne sis
velox in sermonibus (præcipit tibi sapientia) & cū pauper sis, ne cupias æquari locu-
pletiori. Est & seipsum noscere, neq; extolli, sapere. Haud idem est audire voces, quæ
omnino deficiunt, vel quæ immodico excessu increpātur. Melius est sapientem per
æquabilitatem cedere, q̄ imperitū per audaciam intumescere. In his quæ ad confessio
nem attinent, promptus esto, & velox, si quando à te requiratur: in reliquis sis meticu
losior: illic enim in tarditate, hic in acceleratione periculum est. Iam quid te grauat,
q̄ non in omnibus sermonibus potens es, nec in omni dubio & quæstione præsides,
alijq; te vel sapientiores vel audaciores apparent? Deo sint gratiæ, q & egregia dona
dat, & communibus donis seruare nos nouit. Neq; hoc in sermonibus solum mira-
culū est, sed & in creaturarū opificio, modo recte cogites. Nam vt in creaturis pri-
maria dona non aliquorū tantum sunt, sed omnium, & vnius creaturę communis est
gratia: ita & in fide, quæ saluant, non eorum tantum sunt qui magis possunt, sed &
eorum qui volunt. Quid pulchrius aere, igne, aqua, terra, pluuijs, fructibus domesti
cis & syluestribus, tecto, indumēto? & illorum cōmunis est participatio, vel in omni-
bus, vel plerisq;. Nam non est aliquis ita tyrannus, vt solus communi gratia fruatur.
Exoritur sol æqualiter, pluit diuitibus ac pauperibus, communis est noctis, ac diei vi
cissitudo, commune donum sanitas, cōmunis terminus vitæ, cōmunis mēsura & gra-

tia

tia corporis,communis sensuum virtus,& forte plus horum habet pauper, eo q̃ ampliores ob illa gratias agit,& communibus fruitur suauius, quàm qui potentiores C sunt facultatibus. Ista igitur communia sunt & æqualia,diuinæq; iustitiæ argumenta. Aurum autem & lapilli pellucidi,qui in precio habentur,& vestium mollities, & exquisita onerosiorque mensa, superfluæque possessiones,e quibus laborem habent possidentes,apparatũ autem rarius. Hoc etiam circa fidem ego animaduerto. Communia sunt,lex,prophetæ,testamenta,oracula testamentorum,gratia, eruditio,perfectio,passiones Christi,noua creatura,apostoli,euangelia,distributio spiritus, fides, spes,charitas,tam in deum quàm ex deo:& non ad mensurã, quemadmodum olim manna ingrato,indoctoque Israeli datum,sed quantum quisque vult,ascensus, illustratio,parua quidem,vt hic eam assequimur,clarior autem quàm speramus. Maximum illud. patris & filij & spiritussancti agnitio, primariæq; nostræ spei confessio. Quid his maius? quid etiam communius? Cæterum quæ super hæc, & si raro preciosiora sunt,tamen necessitate posteriora. Nam ea sine q̃bus impossibile est esse Christianum,longe vtiliora sunt ijs,quæ pauci assequuntur. Diues est aliquis contemplatione & vltra multos tollitur,spiritualiaq; spiritualibus comparat,& describit triphariam super latitudinem cordis sermonem,quo ædificat omnes,& quo multos & quo aliquos pro pluribus vel omnibus, & ægre fert q̃ pauper humi, & in profundis incedat? ascendat,& deducatur,& à mẽte feratur,& si placet,vsq; ad cœlum tertium,sicut Paulus,modo non sine comite scientia ac ratione,& ne excidat propter elationem, & ne per volatum sublimiorem pennas amittat. Quis inuideret tam laudabilem ascensionem? & quæ ruina tam grauis,qualis est elatione circũcingi,& nescire quàm profunde homines se remittant,& quantum adhuc à vera summitate deficit,etiam qui omnium summus? Alius autem paruus est sensu, & pauper lingua, nesciens sermonum strophas, narrationesq;, & ænigmata sapientum, & Pyrrhonis instantias,vel D prohibitiones,vel oppositiones,& syllogismorum Chrysippi resolutiones,vel Aristotelicarum technarum malignas artes, vel Platonicæ facundiæ præstigias, qui velut Aegyptia flagella in ecclesiam nostram irrumpẽtes eam misere vitiarunt:habet & ille vnde saluetur,& per quæ verba. Nihil gratia opulentius. Haud opus est tibi (ait) ascendere in cœlum,vt inde trahas Christum: neque descendere in abyssum,vt huc ipsum ex mortuis resuscites,curiosius inquirens vel primam naturam,vel postremã dispensationem. Prope te(ait)verbum est. Thesaurum hũc habent mens & lingua, illa credendo,hæc vero confitendo. Quid tam compendiarium, vt hæ diuitiæ? quid hoc munere facilius? Confitere Christum Iesum,& crede q̃ ex mortuis resurrexerit, & saluaberis. Iustitia q̃dẽ est,vel credidisse duntaxat:cõsummata vero salus cõfessum esse,& scientiæ adiecisse libertatẽ. Tu quæris aliq̃d salute maius,gloriã & splendorẽ, qui illic est:Ego aũt pro maximo duco saluari, & ea quæ alibi sunt tormenta effugere. Tu viã male tritã & inaccessam vadis,ego aũt tritã,& quæ multos saluauit. Nihil iniustius fide nostra fuerit,fratres,si solis sapientibus contigisset,& immodicam rationum demõstrationũq; logicarũ scientiam adeptis. Sane multos circa fidem sic se habere decebat,sicut circa aurum & argentũ,aliaq; mundanorũ preciosa, & à plerisque magno studio affectata. An deo amicum erit & familiare quod sublime,& ad quod pauci pertingunt: repudiabile autem & respuendum quod à pluribus valet assequi? Etenim neq; modesti hoĩes sic afficerentur,vt excellentibus tantũ gauderent honoribus,& maiores à quoquam q̃ præstare possent exigerent. An non deus in multis admirabilis,nihil sic peculiare habet,atq; omnibus illis benefacere? Ne ergo contemne solita,ne veneris noua,vt in multis sis probatior. Melior est portio parua in securitate,quàm magna cum debilitate. Erudiat te Solomon cõsilio suo:Et melior est inops ambulãs in simplicitate sua. Est & hoc prouerbium sapienter dictum. Pauper in sermone & scientia, qui simplicibus verbis ingreditur, & in his ceu in parua quadam

rate

rate seruatur, potior est imprudente versatilibus labijs, confidente in ostentatione
A sermonis cum imperitia euacuanteq; crucem Christi. Res sermone melior est, eo q
sermonis potentia est. Infirmitas est demonstrationis imminutio veritatis. Cur in
cœlum subuolas, qui non nisi pedester es? Cur turrim ædificas, ad quam perficien-
dam tibi sumptus desunt? Cur & tu metiris aquam & cœlum palmo, omnemq; terrã
pugno? Magna sunt elemẽta, neq; ab alio quàm factore suo emensa. Nosce teipsum.
Animoaduerte primum quę in manibus, quis sis, & quomodo formatus, & quomo
do constitutus. Nam imago es dei, & deteriori cuidam copulatus. Et quid est hoc
quod te mouit, quæ illa circa te sapientia, & quod naturæ tuæ sacramentum: quo pa
cto circumscribaris loco, & mens non finiatur: sed in eodem manens omnia accedit,
quomodo parua visio & ad plurima pertingit, & vtrum sit visi receptio quædam, an
ad illud transitio, quo pacto idem moueat & moueatur, quod per voluntatem guber
natur: quæ item quies, motus, quæ sensuum partitio: & quo pacto mens per eos cum
rebus externis conuersatur, et quæ extrinsecus adueniunt, assumit, quo pacto recipit
species, et quæ cõseruatio receptarum, an memoria? et quæ reparatio earum quæ ex-
ciderunt, an reuiuiscentia? quomodo sermo sit fœtura mentis, et sermonem in alte-
rius mente generet, et quomodo sermoni cogitatio communicetur, quomodo per
animam nutriatur corpus, et quomodo affectiones suas anima corpori communi-
cet, quomodo cõgelet timor, et soluat audacia, et contrahat tristitia, et diffundat vo-
luptas, et tabefaciat inuidia, et extollat superbia, et alleuiet spes, quomodo sanguine
feruente furor excandescat, et recedente, verecundia rubore suffundat, et quomodo
notæ affectionum sint in corporibus, quæ sit rationis præfectura, et quomodo omni
bus illis præsit, et mansuetos reddat inconditos rebellesq; affectionum motus, quo-
modo id quod incorporeum, sanguini spirituique imperet, et quo pacto istorum
B imminutio, animæ sit secessio. Hæc vel horum aliquid animo versa homo, non
enim adhuc dico, vt mediteris naturam, vel motum cœli, et ordinem astrorum, et mi
sturam elementorum, et animãtium varietates, et virtutum cœlestium successiones,
et superlationes, et omnia in quæ opifex sermo se extendit, et rationes prouidentiæ,
et administrationis, et in his non dico, aude, sed potius, verere, ne accedas ad superio-
ra, et quæ longe supra vires tuas sunt. Omnino sermo omnis, quo dedita opera de
superioribus contenditur, litigiosus est, et ambitiosus. Iam quemadmodum pueros
in primis moribus effingimus, vt posteriora vitia commodius deuitent, ita et in ser-
mone opus erit. Nec circa parua exhibeas te audacem, et indocilem, ne etiam circa
maiora inutilis fiet exercitatio. Facilius enim est initio vitijs non infici, et obuenien-
tia effugere, quàm si nos inuaserint, ea repellere, et virtute superiorem se illis mon-
strare, sicut et petram facilius est principio annexu tenere, quàm reuoluere si excidat.
Si autem incontinentiores, et morbo tuo non potes consulere, hæc meditare, in his
sciens esto, in minus periculosis exoperetur ambitio tua. Non accipis conditionem
hanc, neque frenum fert lingua tua, neque potentior es impetu, opus ergo erit toto
animo obniti, nullisque primis violentijs cedere, quamuis nec illarum certa sit co-
gnitionis mensura, et magis expedit esse magnum quàm exilem Hic tu ne iudices
fratrem, neque formidinem dicas impietatem, neque ob eas temere condemnans,
vel etiam parum sperans, qui mansuetudinem prætefers, sed hic te velim, quantum
licet, humilem, hic fratri primas da, ne magno suo damno, hic eum ira condemnari
& despici sit à Christo, spesq; vnica eijci, & ne cũ zizanijs excindatur latẽs triticum,
tuo forte tritico multo melius. Atqui corrigendus est ille, sed fiat hoc mãsuete, & hu
maniter, ne sis velut hostis, vel medicus nihil sciẽs q̃ vrere & secare. Ad hæc teipsum
agnoscito, & tuã infirmitatẽ. Quid enĩ si obscurę vides solẽ, cũ lemis, vel alijs incõmo
dis afficiantur oculi tui? Aut quid si verti tibi videantur omnia, cum ebrius forte sis,
vel